28. timò autem & (7.) cavillatoriè productus textus ex *L. quamvis. 39. Cod. de Transact.* quem Judex bonæ fidei, si ipsi Jura cordi sunt ita legat : *Qui tibi suasit, intra certum tempus factam Cessionem tempore*

illo

illo finito, ad quod conclusa initaque est illa, ab ea recedere te non posse falsum adseveravit, & in hypothesi, contra Conscientiam, Confessionem, Subsignationem & Honestatem, quis autem ille sit? Titius viderit, de quo dictum.

Non etiam ex verbis Armistitii, quæ ita sibi favere JCto indignissime facto fascinatus adv. Author credit, ut causam absolutam esse pronunciare veritus non fuerit; putaverimus tamen, *salvo Jure legitimi Contradictoris*, ne videatur sibi dictatorie Judex esse, qui pessimi Consilii Author est & vultum rerum & veritatis cognoscere cavillatoriè detrectat. Rex enim Christianissimus relinquit Dominos proprietarios, qui eidem Juramentum Fidelitatis præstiterunt in suo statu & plenaria perceptione Fructuum: Esto ita, sed Sempronienses ut futuri designati certissimi Hæredes, non tanquam Domini de præsenti præstiterunt; nulli etiam Fructus ipsis debiti, nisi quos per illegitimam occupationem facti via abstulêre, cæterum omnia penes Dominum Cedentem mansura erunt ex lege æquitatis. Quod autem de Dominiis cessis nulla mentio facta, nulla rescisio tentata, imò de Cessionibus tollendis nec unquam cogitatum &c. addit itemque non decere intentionem Regis extra limites suæ voluntatis extendi &c. illud profectò trophæum illud est, quod sibi ex ablatis Domino Cedenti spoliis statuit & erigit male Consulens. Quæ enim erat Christianissimi Regis intentio? nonne punctum supremo Superioritatis in reuniendo stabilire. Quæ intentio Domini Cedentis? an alia, quam Agnatis præstationem Præstandorum permittere? & ad interim, donec maximis Principibus plena Concordia redeat, sæpius allegatum Titulum & Jus Successionis quo poterat maximo Jure in recompensationem firmare remissis reliquis inter ipsos suæ Souverainitati subjectos aliosque Pactis conventis ad Jura Gentium & Romanorum Civilia. Absurde itaque argumentatur Detentor, nihil de cassandis Cessionibus actum, ergo manere omnes firmas; frustra porrò & ridicula de intentione Dnn. Plenipotentiariorum per testes doceri vult. Siquidem Juris Gentium Doctrina est, Pacificationes omnes juxta formam, vim & substantiam suam accurata fide in omnibus specifice expressis servandas: Et cum de non expressis quæritur, Jus Gentium obtinere, unicum Gentium

29.

30.

31.

32.

33.

34.

uno Reipubl. nexu non junctarum vinculum ; cum proinde nihil dictum specialiter sit, quis hominum dixerit, Pactum de obliteranda Cessione restituendisque omnibus quacunque ratione occasione Cessionis habitis in eventu secuti Armistitii locum invenisse? quis negaverit, omnia ipso Jure rediisse ad Dn. Cedentem, & Dn. Cessionarios in Jure Succedendi perpetuo illis cesso sese fundare amplius in Cessione non posse, sed suum olim ab intestato succedendo consecuturos? Et hæc quidem de utroque Statu tam qualis erat *ante Armistitium* quam *post illud conclusum* pro Illustriss. constantissima veritate muniuntur, transitorie, sed in conclusionis vim addendo: quoad Petitorium :

35. *An omnis Cessio qualis unquam fuit, quantaque cunque fuerit, vel facta vel intellecta vel supposita jam conciderit ?*

36. Et respondemus: Quandoquidem sacrosancta fide, Dominus Emundus & ejus Consiliarius Titius asseverarunt; & Illustriss. Dominus Cedens jurato contendit, & Documenta firmant, Cessionem usque ad certum tempus scil. Concordiæ vel Mutationis circa harum

37. Provinciarum Statum, initam ; *quando etiam*, eam revera accidisse nemo mortalium inficiatum, adeoque cessisse & venisse diem

38. adjectum ; *non minus* porrò, obstacula Domino Cedenti tum temporis Observantia protinus cessare, salvatamque adeo & Conscientiam & Jura redierunt & reversa sunt omnia in statum qualis fuerat ante Cessionem, nimirum *plenissimam Potestatem Domini sui* ; idque juxta Gentium & nostræ Civitatis Jura. Commendat ergo Illustriss. Dn. Comes quondam Cedens causam suam cum

39. honorabili Justitiæ imploratione eum in finem ; Ut Arresto Curiæ juxta omnia Civium Gentiumque Jura pronunciaretur : Dominos Cessionarios sub prætextu Cessionis *placitæ non placitæ ut ipsi putaverunt*, venditatique Juris Dominici intervertendo Possessionem & Usumfructum totius Comitatus, herciscendo Familiam viventis Domini Agnati, auferendoque vina, nullo Jure ad Comitatum & Cessionem, qua tales continentia injuste fecisse, adeoque ipsum in

omnia

omnia restituendum, cassandam factam Divisionem Bonorum condemnandosque Adversarios ad refundendum omne id, quod ex hac causa ad eos pervenit unquam vel pervenire potuit cum Expensis. *Quoad tempora Armistitium secuta* verò, Cessionem utpote quæ Cedente venienteque die purificata est intercidisse, cum simili Restitutione in eum Statum, qui ante eam extraditam fuerat, non minus cum omni Causâ & Expensis. 40.

Idque ita pronunciatum iri sperat Illustrissimus à Christianiss. Reg. Majest. Clementia, Parlamentorum animosa Integritate, & Justitiæ ipsius evidentissima Adsistentia!

Dixi!

(Secundum hanc Consultationem postea pronunciatum in Curia Gallorum Metensi, Cedensque restitutus.)

CONSULTATIO, sive RESPONSUM V.
De Alienatione Præfecturæ litigiosæ; ejusque petita Restitutione; Fructibus item perceptis & percipiendis, & horum Jure.

ARGUMENTUM.

1. SPECIES FACTI, *qualis haberi poterat.*
2. QUÆSTIONUM *propositarum specificatio;*
3. *Et* PRIMÆ *partitio, cujus*
4. *Artic. I.* De Jure petendi Fructus perceptos ex Præfectura à tempore latæ Sententiæ, usque ad adeptam Possessionem.
Unà cum Argumentis pro Negativa. *Ubi bona Fide, justo Titulo, & Agnatione.* dict. num. 4. *Terminatio Litis, an à Sententia prima? an secunda Instantiæ? derivanda.* 5. *quod videretur.* 6. *in quantum Possessor locupletior factus esset.* 7.
8. *Pro Affirmativa verò* seq. num. 8. *ubi de differentia Possessorii & Petitorii, & quæ Exceptiones ad alterutrum pertineant, de mala Fide post litem contestatam.* 9. *An Fructus à tempore primo motæ litis? an secutæ Condemnationis in secunda Instantia?* 10. *cum Præjudiciis Cameralibus.* 11. *(ubi quæri potuisset, an Sententia desertoria faciat, & qualiter Condemnationem in causa principali? & à quo tempore tum Fructus peten-*

petendi? quod transmitti ex vol. Cons. debuit) de differentia simplicis malæ Fidei, & admissi Spolii. 12.

13. *Artic. II.* An ante Restitutionem Fructuum in Petitorio agendum?
Ubi: an Exactio Fructuum ad Possessorium, an ad Petitorium pertineat? 14. *Sententia JCtorum.* 15. *& de Officio Judicis & Jure Partium.* 16. *Negativa firmatur.* 17. 18.

19. *Quæst. II.* Litigiosæ rei Emptor ad quos Fructus, & à quo tempore perceptos teneatur?
Ubi: de Executione contra Tertium. 20. *Litigiosum quid proprie dicatur?* 21. *Lis super Possessione an impediat Alienationem Proprietatis?* 22. *Jus petendi Fructus duplex.* 23. *Decretum Camer. Imper.* 24. *Sententia conclusiva.* 25.

1. Es gibt eine wiewohl nicht genugsam umständliche Species Facti uns zu End Unterschriebenen mit mehrerem und des Inhalts zu erkennen: Was gestalten nach Anno 1627. beschehenem zeitlichen Ableiben des letzten Grafen von Falckenstein/ Falckensteinischer Linie, Emich genannt/ desselben Vetter Frantz Christoph von Falckenstein/ Obersteinischer Linie, das Cöllnische Amt und Lehen-Guth Bretzenheim als naher Vetter an sich gezogen/ welchem aber des Verstorbenen ex Sorore Sidonia, weyl. Axelii Löwenhaupts/ Grafen zu Rasburg Gemahlin/ herstammende Nepotes, die Herren Grafen Johann Casimir/ und Steno von Löwenhaupt/ Grafen zu Rasburg und Falckenstein/ ꝛc. nicht allein widersprochen/ sondern auch bey Ihro Churfürstl. Durchl. zu Cölln verordneten Commissariis den 27. Augusti 1635. obsieglich so viel erhalten/ daß ihnen die Immission in ermeldtes Guth und dessen Pertinentien zuerkannt; hingegen der von Oberstein/ seinen Gegentheilen solches würcklich einzuraumen/ zuzustellen und folgen zu lassen/ condemniret worden/ jedoch salvo tam Domini Electoris Coloniensis, quam Comitis de Oberstein Jure in Petitorio, si voluerint, deducendo. Von welcher Urthel nachmalen von Obersteinischer Seiten an das Kayserl. Cammer-Gericht zu Speyer appelliret; sothane Appellation auch nach gedachten Frantz Christoph Grafen von Oberstein und dessen Herrn Bruders Lotharii zeitlichem Ablei-

Ableiben von dessen proximo Agnato Grafen Wilhelm Wirichen/ Grafen zu Falckenstein in Broich prosequiret; Die Præfectura aber lite pendente an Graf Alexandern von Vehlen den 10. Decembr. 1642. verkaufft; Der Herr Emptor auch impetrato desuper Consensu Electorali ut & Capituli mit derselben belehnet worden; Wider welches die Herren Grafen von Rasburg in Camera solennissimè protestiren lassen/ und endlich den 20. Maji 1653. daselbsten so viel erhalten / daß sie von außgegangener Ladung absolvirt und entlediget/ und nach 10. Jahren/ nemlich den 7. Maji 1663. das Mandatum de Exequendo von Chur-Cölln erkennt/ sie auch darauff immittiret und eingesetzet worden; alles mehrern Inhalts einer vorgelegten außführlichern Speciei Facti: Aus welchem allen diesesmal folgende Fragen worden:

1. Ob denen Herren Grafen von Rasburg die *Fructus percepti* vom *27. Augusti 1635.* da die erste Urthel ergangen/ biß auff die Zeit/ da sie in die *Possession* des *quæstioni*rten Guths Bregenheim gekommen/ gebühren? Und ob sie vor derselben *Restitution in Petitorio* zu handlen gehalten seyen? 2.

2. Von welcher Zeit der Graf von Vehlen als *rei litigiosæ Emptor & Detentor* die *Fructus perceptos* zu *restitui*ren schuldig seye?

Wann nun hierüber unsere Rechtliche Meynung allerkürtzlichst zu eröffnen wir ersuchet worden/ als hat solchem Annuthen platz zu geben unsere Obliegenheit und verpflichtete Liebe der Rechten und Gerechtigkeit erfordert/ und die vorgelegte Fragen/ juxta ea quæ proponuntur, zu resolviren/ so gehet quoad Quæstionem Primam und deren Articulum Primum

Ob denen Grafen von Rasburg die *Fructus percepti* vom *27. Augusti 1635.* da die erste Urthel ergangen / biß auff die Zeit der erlangten *Possession* gebühren? 3.

unsere Rechtliche Meynung dahin; daß man zwar von Seiten der Falckenstein-Bruchischen vermuthlich *pro Negativa* allegiren 4.

giren dörffte; daß dero Antecessor Graf Frantz Christoph von Oberstein sonder allen Zweiffel in Vornehmung der Apprehension des Ambts Bretzenheim in bona fide gestanden/ und die Occupation justo titulo vorgenommen/ weilen er nach Außweiß der Genealogi proximus Agnatus, und einfolglich Hæres, zumalen in Feudalibus, welche ihrer Natur und Eigenschafft nach auff die Weibliche Linie nicht/ sondern die Männliche erblich zu fallen pflegen/ gewesen; Legitimus itaque Possessor unusquisque habendus est, donec Lis judicialiter terminetur. Klock. *vol. 3. consil. 168. num. 3.*

5\. Nun wäre die Terminatio Litis in Anno 1635. nicht/ sondern allererst Anno 1653. da in Camera Imperiali die Desertoria außgesprochen worden/ erfolget: Lis enim non dicitur finita, quæ per viam Appellationis ad Superiorem delata fuit. *L. generaliter. 12. pr. D. de*

6\. *reb. cred. L. cum quidam. 21. in fin. Cod. de fid. Instrum.* Könten demnach/ wann je etwas der Fructuum perceptorum halben angefordert werden möchte/ mehrers nicht/ als diejenige so von Anno 1653.

7\. auffgehoben worden/ in Petitionem kommen; Allenfalls und so viel die Fructus antecedentium Annorum anlanget/ nur diejenige/ in quantum probari potest ipsum tempore rei judicatæ locupletiorem ex illis factum per *L. utrum. autem. 23. D. de petit. Hæred.* juncto text. expreff. *in L. si à Domino. 36. §. quo tempore. 4. D. eod. tit.* und was dergleichen mehr ex Circumstantiis angeführet werden möchte.

8\. Nachdem aber die vorgesetzte erste Exception nicht ad Possessorium, von welchem allhier vermittelst des instituirten Judicii Possessorii, excluso Petitorio, nach Anleitung Roberti Marantæ *part. 4. Spec. Aur. dist. jud. 7. num. 7.* gehandelt wird/ sondern ad Petitorium gehörig; und die Justitia in puncto præsensi Dominii die Justitiam apprehensæ Possessionis nicht nach sich führet/ per Jura notoria & P. Christin. *vol. 4. Decis. Belg. 139. num. 3. 4.* die übrigen auch ad bonæ fidei Possessorem, qualis, ut mox, dicetur, Comes de Falckenstein, post denunciatam cœptamque litem amplius non fuit, absonderlich

9\. zu restringiren; Als haben wir noch zur Zeit und bey so bewandten Umständen nicht finden können/ warum man von denen diesesfalls beschriebenen klaren Rechten abweichen solte; nemlich quod

quod bonæ fidei Possessor post litem contestatam vel actum huic similem, bona fide possidere desinat. per *L. item veniunt. 20. §. petitam. 11. D. de Hæred. petit. L. sed & si Lege. 25. §. de eo autem. 5. D. eod. cum simil. in specie §. 7. ejusd. Leg. L. 10. Cod. de acquir. Possess. L. 38. D. de Jur. Fisc.* Weilen dann hierauff Vorneme JCti und in specie Borgnin. Caval. der Meynung/ daß à die litis primo motæ, etiamsi in secunda demum Instantia condemnatio secuta sit, die Fructus zu restituiren seyen/ *part. 3. decis. 21. num. 24.* so bleiben wir billich dabey/ daß Falckenstein alle à tempore litis in prima Instantia contestatæ erhobene Fructus simpliciter, oder so man juxta rigorem Juris procediren wolte/ auch die da erhoben werden können/ ihnen denen Herren Obsiegern zu restituiren und gut zu machen schuldig und verbunden seye/ per *dict. L. 25. §. 4. D. de Hæred. petit.* & text. express. *in L. certum. 22. Cod. de rei vind. add. L. si fundum. 17. Cod. eod.* Welcher Opinion um so vielmehr beyzupflichten/ je mehr an hiesigem Kayserl. Cammer-Gericht sowohl in vorigem Seculo in Sachen Kettelspach contra Scherer/ Span contra Ursperg/ und Eberbach contra Wichen/ teste Rutger. Ruland. *de Commiss. part. 4. lib. 6. cap. 7. num. 9.* als auch dem jetzigen in Sachen Arnstätt contra Osten 4. Novembr. 1674. Waldeck contra Arschott 20. Octobr. 1675. außgesprochen worden; auch bißhero ex Stylo Curiæ Supremæ dermassen in vim Legis non scriptæ observiret und gehalten/ wann entweder pars victa allein in simplici mala fide superius mentionata gewesen? oder aber neben der Einnehmung der Possession einige Gewalt und Spoliation verübet worden? jenes falls jederzeit/ wie auch hiermit von uns geschiehet/ ex æquitate auff die Restitutionem perceptorum Fructuum allein; letzteren falls aber ad restituendos perceptos & percipiendos Fructus à tempore litis contestatæ, & multò magis à tempore latæ in prima Instantia Sententiæ, so viel die Præjudicia & Sententiæ Curiæ Imperialis außweisen/ zu condemniren und zu verdammen seye. 10. 11. 12.

Quoad Articulum Secundum Quæstionis Primæ: 13.

Ob die Hnn. Grafen von Rasburg d. Löwenhaupt vor *Restitution* der *Fructuum in Petitorio* zu handlen schuldig?

Seynd zwar verschiedene der Meynung/ daß solche Exactio & Adjudica- 14.

judicatio Fructuum nicht ad Possessorium sondern ad Petitorium gehörig seye. Wesenbec. *consil. 1. num. 24.* Cæsar. Contard. *in L. unic. Cod. si à moment. Possess.* Dannenhero die von Rasburg solchen Puncten in Petitorio außzumachen / und darüber Bescheids

15. zu erwarten / abzuweisen; Nachdem aber sothane Assertion von den Vornemsten JCtis nicht approbiret wird; hingegen gewissen Rechtens / quod in omnibus Remediis Possessoriis intentatis, & in interdictis in genere Fructus veniant, in term. M. Ant. Peregrin. *de Fideicommiss. artic. 45. num. 9.* Ant. Fab. *lib. 7. Cod. tit. 18. definit. 67.*

16. Petr. Gregor. *in Syntagm. Jur. lib. 21. cap. 9. num. 15.* So schliessen wir definitivè dahin / daß auff beyde Fälle / wann der Unter-Richter derentwegen gleich nichts außgesprochen / und sich des Nobilis Officii, welches er wohl thun mögen / nicht gebrauchet / er nichts destoweniger ex Mercenario Officio auff beschehene Ansprechung deßhalben Justitz zu administriren schuldig; wie solches in judicando consideriret worden in Camera in Sachen Ginet contra Ligeois, Appellationis, apud Klock. *Relat. Camer. 4. num. 99.* Johanniter-Meister contra Ost-Frießland / apud eund. *Relat. 12. num. 6.* von Galen contra Abtißin und Convent. St. Mariæ in Mün-

17. ster / apud eund. *Relat. 104. num. 37. 38.* Inmittelst aber die obsiegende Theil sich einzulassen nicht gehalten / oder das Petitorium vordringen zu lassen / quia non potest dici terminatum Possessorium, quamdiu plenissima Executio facta non est, nec quicquam Actum videtur, quamdiu aliquid restat agendum, per text. *in L.*

18. *penult. in fin. Cod. de his. quib. ut indign.* Wo aber bereits super Fructibus einiger Spruch verhanden / dieselbe sich noch vielweniger mit dem Petitorio zu beladen / ehender die Executio ratione Fructuum beschehen / per *dict. L. penult.* & in term. Ant. Fab. *lib. 3. Cod. tit. 7. definit. 8.* & P. Christinæ. *vol. 4. decis. 136. num. 12. cum alleg.*

19. Belangend nechst dem die Zweyte Haupt-Frag:

Von welcher Zeit der Graf von Vehlen / als *rei litigiosæ Emptor & Detentor* die *Fructus perceptos* zu *restituir*en schuldig?

20. Befindet sich in Facto, und ist an sich selbsten Juris, daß / wann gegen den Venditorem, Richterlicher Außspruch ergangen / alß-

dann

dann die Executio und Immissio contra tertium den Grafen von Vehlen geschehen könne / juxta Christinæ. *vol. 4. decis. 175. num. 11.* & in Contradictorio considerata in causa Dürschnabel contra Würtenberg / apud Klock. *Relat. Camer. 52. num. 7.* Indem aber / welches loco rationum dubitandi an- und eingeführet werden könte / das Guth Bretzenheim / das vitium litigiosi nicht an sich hat / non enim controvertebatur de ejus Dominio (quod omnino ad hunc effectum requiritur per *Auth. litigiosa. Cod. de litig. & Novell. 112. cap. 1.* Frantzk. *lib. 1. resol. 11. num. 29.* & Klock. *dict. Relat. 52. num. 8.*) sed tantùm de Possessione, super qua lis mota non facit rem litigiosam. Gail. *lib. 1. observat. 118. num. 5.* sed duntaxat solam Possessionem. D. Merckelbach. apud Klock. *vol. 2. consil. 55. num. 21. 22. cum alleg.* und dannenhero verschiedene JCti der Meynung / absonderlich Lancellot. *part. 2. de Attentat. cap. 4. in præfat. num. 529.* & post eum Klock. *dict. vol. 1. consil. 51. num. 72. cum citat.* quod lis mota super Possessione non impediat Alienationem Proprietatis; also daß auff die Restitutionem Fructuum temerè alienatæ & temerè adeptæ Possessionis, utpote quæ sola litigiosa dici potest, juxta Merckelbach. *citat. loc.* nicht geschlossen werden könte; So bleibet jedannoch dem Grafen von Rasburg übrig die Fructus nicht allein unter dem titulo, quanti eorum interest Possessionem in alium translatam non fuisse gegen Falckenstein-Bruch zu fordern / sondern auch gegen den Grafen von Vehlen die à tempore litis susceptæ perceptos Fructus, weilen aus denen 6. Rubricen der in Camera nach geendigter Haupt-Sach gegen Falckenstein eingegebenen Supplicationen genugsamlich erhellet / wie eifferig und inständigst der Graf sein Interesse, jam sciens rem ad alium omnibus modis quoad Possessionem pertinere zu deduciren gesucht / zu welchem Responso das Cammer-Gerichtliche Decretum: **Daß der Graf von Vehlen / ob er wolte / seine Nothdurfft** *in Petitorio* **am Chur-Cöllnischen Lehen-Hof außführen möchte / 2c.** deutliche Anleitung gibt; als aus welchem mala fides Domini Actoris genugsam zu ersehen / und dannenhero gegen denselben die Actio quoad Fructus illo tempore perceptos überflüßig fundirt / und er zu derselben Restitution Hoch-Richterlichen Amts-

21\.

22\.

23\.

24\.

wegen / juxta Jura superius allegata anzuhalten; und anbey zugleich denen Herren Klägern gegen denselben anteriorem malam fidem zu probiren und zu beweisen / und auff fernere und mehrere Fructus zu klagen allermaßen zu reserviren und vorzubehalten von Rechts wegen.

25. Daß vorgeschriebenes Responsum und Rechtliches Gutachten denen Rechten und dem vorgeschriebenen Facto gemäß / rc. rc. Speyer den 31. styl. vet. 1685.

JOHANNES DECKHERR, Dr. des Hochpreißl. Kayserl. Cammer-Gerichts Advocatus und Procurator.

CONSULTATIO, *sive* RESPONSUM VI.

De Jure & ratione Succedendi in Comitatu Imperii, sive ex Jure Communi, Pactis Familiæ; aut Senioratu.

ARGUMENTUM.

1. Species Facti:
2. *Consultationis in quatuor Sectiones partitio.*
3. *Sect. I.* Schema Genealogicum, *cum computat. Grad.*
4. *Sect. II.* De Jure Succedendi Agnati Remotioris, *Ex Præcedentia Primogenitorum & ex his natorum.* 4. *argum. Aur. Bull. Caroli IV.* 5. *cum utriusque applicatione.* 6. *ex speciali Transactione in Familia.* 7. *juncta ex præmissis conclusione.* 8.
9. *Sect. III.* De Jure Senioris & defuncto propinquioris; *Ubi: de natura Successionis Collateralium ex Jure Civili, Feudali, Dd. & Imperii Praxi.* 10. 11. *de Repræsentationis Jure hoc casu cessante.* 12. *ut & favore Primogenitorum, cum notab. exemplo.* 13. *de Transactione Familiæ valida, vel non.* 14. priori *casu de Successione ex capite Majoratus, Senioratus, & Propinquitatis.* 15. posteriori, *de ea, quæ ex Jure Communi est.* 16. *de sensu & applicatione Aur. Bull.* 17. *de Sigismundi Imperat. Aur. Bull.* 18. *cum exemplo Palatino.* 19.
20. *Sect. IV.* De Validitate vel Invaliditate Prætensionum. *Ubi* Regula: *Jus Primogenituræ & Senioratus nullibi ipso Jure obtinere,*

tinere, nisi legitimè inductum. 21. *hic de Linea Collaterali inæquali & Jure Communi agi.* 22.

Casus præsentis habitus; *Quæst. I. Ubi de introducto Jure Primogenituræ & Senioratu.* 23. *de Requisitis necessariis adhibitis vel non. Quæst. II.* 24. *de Consensu Ordinum Provinciæ.* 25. *Liberorum Natorum.* 26. *Juramentis Partium.* 27. *Confirmatione Cæsarea.* 28. *De ea cassata vel non. Quæst. III.* 29. *& Affirmativa per singularia deducta.* 30. *ut & Confirmatione Cameræ Imperialis.* 31. *actum subjunctâ Sententia impartiali & vera.*

I. N. D. O.

SPECIES FACTI.

POstquam mortuo Illustriss. Domino Comite *Johanne Casimiro*, Comite in Leiningen & Dagsburg, Domino in Aspremont, Supremi Imperialis Cameræ Judicii Spirensis Præside, &c. &c. quondam &c. Domini *Philippi Georgii* Filio, & Domini *Emiconis* Nepote; inter Dominum *Emiconem Christianum*, ejusdem Familiæ Comitem, dict. Domini Defuncti ex Patrueli Dn. Emicone Filium; & Dominum *Johannem Carolum Augustum* ejus ex eod. Dn. Emicone Patrueli suo Nepotem, de ercíscunda Familia & dividendis inter se vel non dividendis relictis Provinciis, Arcibus, Villis, ipsi Familiæ ab immemoriali tempore affectis, gravis & magni momenti coram Illustrissimis Parlamentis *Brisacensi*, *Metensi*, & *S. Ludovici ad Saram* ventilata hucusque Controversia suborta fuit; Domino *Emicone Christiano* quidem ex Proximitate notoriâ, & in eventum Senioratu, Domino *Joh. Carolo Augusto* verò, ex Jure Primogenituræ, & tanquam ex inducta perpetua Successione solorum eorum, qui ex Primogenito (qualis ipse per Parentem suum Dn. Georgium Wilhelmum, similiter Primogenitum, esset) descendunt, cum exclusione omnium Secundogenitorum & ab his Descendentium; sibi universam Hæreditariam Massam vindicare volentibus: Nos infra subscripti consulti fuerimus, quid pro terminatione prolixæ litis nos coram Deo & Justitia, juxta Jura Communia, Jura & Consuetudines Germaniæ, Acta & Concordata Familiæ proposita æquum & justum judicandum esse? censeremus; honorabili huic petito dignè satisfacturi.

2. facturi. (1.) Proponemus Schema Genealogicum Familiæ Leiningo-Dagsburgicæ, & Perſonarum ſtatum: (2.) Domini Johannis Caroli Auguſti pro ſe adducta Argumenta: (3.) Domini Emiconis Chriſtiani Jura: cum Refutatione priorum. (4.) Validitatem vel Invaliditatem alterutrorum; & ſimul noſtram definitivam Sententiam, ſalvo Jure cujuscunque annectemus.

SECT. I.

3. ## *Schema Genealogicum.*

EMICO. †

JOH. LUDOVICUS. † — PHILIPPUS GEORGIUS. †

EMICO. † (filius Joh. Ludovici) — *JOH. CASIMIRUS.* † (de cujus Hæreditate relicta in Bonis Leiningo-Dagsburgicis pro una diſceptatur.) (filius Philippi Georgii)

Filii Emiconis: GEORG. WILHELMUS. † — *EMICH CHRISTIAN.* (Dominus Reus conventus à quo petitur, dum proxim. Gradûs & in eventum Senioratum prætendit.) — JOH. LUDOVIC. †

Filii Georg. Wilhelmi: GEORG. WILH. EMICH. † improlis. — *JOH. CAROL. AUG.* (modernus Actor prætenſionem ſuam in deſcendentiâ ex Primogenito fundans.)

Filius Joh. Ludovici: CARL. LUD. EM. LEOP. (qui extra litem conſtituti ſunt, neque Actorum neque Reorum vicibus fungentes.)

Eſtque proinde Dn. Emico Chriſtianus defuncto Dn. Joh. Caſimiro in Linea Collaterali inæquali *in quinto*; Dn. Joh. Carolus Auguſtus verò eidem Domino Defuncto *in ſexto* ejusdem Lineæ adeoque remotiori Agnationis Gradu, neceſſitudine addictus & Sanguine; nunc de Juribus Partium videbimus, & in

SECT. II.

De Argumentis Domini Joh. Caroli Auguſti quæ ipſe pro

pro suo succedendi Jure, alterius Domini Agnati Emic. Christiani exclusivo; adducere potest:

4. Ex quibus *primum & præcipuum* est: Ex Jure quidem Gentium constituta, ad Germanos devoluta, & huc usque præscripta Primogenitorum Præcedentia in Successionibus, præ omnibus Secundogenitis, quoad Familias Illustrissimas, uti hæc est, quas conservari & non destrui publice interest:

Ut fuisse Andr. Tiraquell. *tom. 1. Oper. de Jur. Primogenitur. pag. 305.* Nicol. Betf. *de Pact. Famil. Illustr. pag. 471. 476. 477. add. 456. & Dd. commun.*

5. *Alterum*, id Jus Personæ, Dignitati, Bonisque inhærens expressè confirmatum & stabilitum ex tit. 8. Aureæ Bullæ Imperatoris Caroli IV. ibi:

Jus, Vox & Potestas Electionis hujusmodi ad Filium suum Primogenitum &c. sine contradictione cujuspiam devolvatur. Si verò Primogenitus hujusmodi absque Hæredibus Masculinis &c. ab hac luce migraret &c. Jus ad Seniorem Fratrem Laicum per veram Paternam Lineam descendentem & deinceps ad illius Primogenitum Laicum devolvatur &c. &c.

6. Cum itaque dict. Dn. Actor ex Confessione omnium Agnatorum solus jam per veram Paternam Lineam descendat, & ipso cum Liberis Laicis legitimis aliquando defuncto, ejus Filius Primogenitus eodem Hæreditario Jure Regimen Comitatus suscepturus erit, satis evidens, Secundogenitum Emiconis Filium Dominum Emiconem Christianum, se vivo vivisque suis in futurum Liberis, nihil Juris prorsus prætendere posse.

Menoch. *lib. 6. consil. 643. num. 9. & per tot.* Clarus *lib. 3. Sentent. §. Testamentum. quæst. 63.* Betf. *dict. loc. pag. 368.*

7. Nec 3tiò minus expressissimè id ipsum disponitur in speciali Transactione 20. Decembr. Anni 1613. inter duos Fratres unicos & solos Dn. Joh. Ludovicum & Dn. Philippum Georgium (Comitis Emiconis Filios:) his formalibus inita, & Anno 1614. à Sacratiss. Cæsareâ Majestate 26. Maji confirmata: ibi:

Et ut hæc eò firmius & inviolabilius serventur, in posterum neque

ipsi

ipsi (Paciscentes) *neque ullus ex Comitibus Leiningensibus ex eorum Corpore descendens Hæredem per Testamentum sive aliam ultimam Voluntatem instituendi, aut Liberis, Fratribus, Agnatis aut alii cuicunque quicquam prælegandi, legandi sive alia ratione appropriandi Jus & facultatem habeant; sed eorum Comitatus, Dominia, Prædia, Fructus, cum omnibus Juribus indivisa conserventur & omni modo ad Primogenitum vel Seniorem & ejus Hæredes Masculos juxta Jura Primogenitorum & Fideicommissorum, & illis prorsus extinctis tum ad subsequentem ejusque Masculos Hæredes legitimos infallibiliter veniant & devolvantur; cum seqq.*

8. Quibus enixissimis verbis & sincerioris voluntatis formulis in conservandis Personis Primogenitis & harum Filiis Juribus & Bonis nihil per naturam, nihil per rationem evidentius tractari, transigi, scribi, vel per obtestationes confirmari & roborari potuit; præferendus itaque ex Actis & Actitatis Dn. Joh. Carolus Augustus, tanquam indisputabiliter ex Primogenito Domini Emiconis Filio legitimè descendens Nepos; ablegato ab omni prætensione Dn. Patruo Dn. Emicone Christiano. Hisce visis

SECT. III.

9. Sequuntur Domini *Emiconis Christiani Jura & Argumenta* pro se suique ipsius Prælatione: quæ in hisce consistunt:

10. (1.) Quod ad evitandos in re tanti momenti & Causa Successionis in Comitatu per mortem quondam Dn. Joh. Casimiri ad ipsum pertinentis & adjudicandæ diligentissimè considerandum sit: quod hic non & nunquam de adipiscenda Hæreditate alicujus ipsorum Ascendentis, sed inter Collaterales & quidem inæquales de Bonis non rectâ Ascendentis Defuncti, sed Collateralis sive ex latere venientis agatur; & consequenter ipse solus excluso Fratris sui Filio ad Hæreditatem juxta Gradus prærogativam admittendus sit, excluso prorsus remotiore, maxime, quia ipse ex mortui Domini Joh. Casimiri Patrueli Emicone Filius, alter Nepos, esset; tum ex Jure Communi Justinianeo:

per

per *L. Filius qui. 42. §. Cum Filius. 2. D. de bon. libert.* ibi: qui sequentis Gradus sunt non admittuntur interim, cum enim præcedit alia Possessio, qui sequitur accipere non potest, &c. & text. express. *in Novell. 118. cap. 3. §. 1.* 11.

tum ex Jure Feudali:

text. *in cap. Successionis. in fin. 2. Feud. 50.* & præ omn. Goldast. *de Jur. Major. lib. 2. cap. 3.*

tum constantissima Interpretum Sententia & Camer. Imper. Spirensis totiusque Imperii, & Vicinorum Praxi quam fusissimè citat & sequitur

Klock. *vol. 3. consil. 142.* in causa Comitis de Stolberg contra Stolberg. *num. 25. 26. 27. 28. 29. &c.* Consulens in causa Comit. Solmensium in Laubach contra Comit. Solmensem in Rödelheim. *in vol. 4. consil.* Klock. *adopt. num. 13.*

quam in quacunque hujusmodi Facti Specie in dubium vocare velle, non minus absonum, quam injustum foret;

12. Maximè (2.) cum Dn. Comes remotior Personam Parentis sui Georgii Wilhelmi repræsentare amplius, & sub specie hujus repræsentationis ad Successionem neutiquam adspirare possit; ut quod in hisce Gradibus & Casibus juxta *Novell. 118.* jam pridem certo certius evanuit; vel rectius nunquam locum habere potuit.

13. (3.) Quæ ab adverso de favoribus Primogenitorum adducuntur, in se & in thesi quidem prorsus vera sunt; in hypothesi verò, ubi agitur de Successione non in directa Linea conservanda sed in obliqua seu transversali pro Jure & Justitia æstimanda, certissimè succedere non possunt. Uti in allegatis causis Stolbergensi & Solmensi tractatum & definitum fuit; ut taceamus illam ipsam Fratrum Conventionem de Anno 1613. utpote *cum Clausula ex causis prægnantibus revocandi* initam, & revera postmodum in Anno 1623. die 27. Novembr. & Anno 1649. conjuncto Transigentium Consensu variè *interpolatam;* postea per Tractatus de $\frac{6}{18}$. Novembr. 1657. *concussam*, & denique Anno 1661. 28. Februar. prorsus cassatam & *sublatam* esse.

14. (4.) Unde Dominus Emico Christianus infallibiliter se vicisse & Sententia Judicis in Hæreditariis Bonis conservari & manuteneri debere putat; ita argumentatus: Aut Conventio de 20. Decembr.
15. 1613. valida est adhuc de præsenti: aut invalida: Si *prius*, admitti se debere ex capite Majoratus, Senioratus & Propinquitatis; quia verba sunt manifesta: omnimodo & Primogenitum *vel Seniorem*, qualis ipse est & non Dominus Competitor:

ut eleg. Klock. in dicta causa Stolbergensi *consil. 142. num. 53.* his verbis ait: *Data paritate terminorum Senior inter pares cæteris omnibus Agnatis in Linea Collaterali æquali* (ergò magis in inæquali uti hîc, ubi neminem antecedentem vel æquali Gradu Defunctum attingentem habet) *anteferri*; nimirum ut ibid. sequitur, *ob concursum trium qualitatum Ætatis, Proximitatis & Possessionis, &c.*

16. Si *posterius*, sive si est invalida; Redire totam litem quasi ad Jus Gentium, Civile Romanum, & Provinciarum Germanicarum, ex quo in Linea Collaterali inæquali proximior Remotiorem excludit; adeoque is, qui Defuncti Personam quinto Gradu attingit, eum qui est in sexto:

17. (5.) Quod Constitutionem Carolinam in Aurea Bulla attinet, rectissimè existimat, id specialissimè ad Electores & Electoratus pertinere, qui sine Cæsaris Ordinumque Consensu dividi non possunt; non verò ad Comitatus Imperii, qui omnes dividi possunt non solum, sed & indies dividuntur, ut alia Bona: nisi vel Tenor Investituræ id interdixerit; vel Pacta inter Membra de Familia eam discerptionem
18. prohibuerint. Quibus accedit Imperatoris Sigismundi ejusdem Aureæ Bullæ fida & certa interpretatio in Aur. Bull. Palatina comprehensa: ibi: *secundum Leges Romanas & Jura Communia*; id est: ut potior Jure esse debeat, qui prior Gradu est, eâ saltem restrictione, ut si plures Agnati ejusdem Gradus sint, Senior præferri debeat,
19. &c. uti hæc fusè demonstrata in Tractat. Monasterio-Osnabrugensibus sub 14. Decembr. 1647. à Legato Palatino Veldentino in puncto Prærogativæ præ Domo Bavarica: M. Casp. Londorp. *tom. 6. Actor. Publ. lib. 3. cap. 193.* Si itaque illa Præferentia tum obtinuit; certe multò magis hîc, ubi proximus Agnatus & Senior de Familia

cum

cum Remotiore & Juniore certat. Cætera, cum in hac Sect. *num. 3. & 4.* refutata videri velint, jam transmittimus; & perrecturi ad Conclusionem, sive

SECT. IV. 20.

De Validitate vel Invaliditate Prætensionum; juncta nostra definitiva Sententiâ.

In qua præsupponimus pro certa & infallibili jam roborata *Regula*, quod

In omnibus & quibuscunque Casibus Successionum, sive illi privatos Homines concernant, sive Principes, Comites, Barones tangant, non præsumatur Jus Primogenituræ vel Senioratus obtinere; nisi vel ex Lege Imperii Publica (ut in Electoribus Secularibus factum) vel per Pacta Familiarum à Cæsar. Majest. ratihabita introductum sit; & hæc vitio visibili careant. 21.

Secundò: Quod, ubi agitur, de adipiscenda Hæreditate defuncti Agnati in Linea Collaterali inæquali proprior Sanguine, id est, qui talis tempore mortis Agnati fuit, excludat quasi ex Jure Gentium Remotiorem. 22.

Sequitur de nostri casus habitu

Ubi Prima Quæstio præjudicialis sequenti decisionem dabit: 23.
An per Pacta inter duos Fratres, quondam Dn. Joh. Ludovicum & Philippum Georgium Anno 1613. 20. Decembr. inita Jus Primogenituræ vel Senioratus seu Fideicommissi perpetui in Familiam introductum sit?

Quæ quidem tum ob verba expressa, tum ob enixam voluntatem Paciscentium certissimè *affirmanda* est; ibi: *& si una Linea finita fuerit, non plures quam unicus regens Comes de Leiningen sit, & quidem semper Primogenitus vel Senior Reginimis capax præferatur &c.* & pauló post, ibi: *juxta Jura Primogenituræ & Fideicommissorum &c. &c.*

Secunda: *An à Dominis Paciscentibus omnia & singula Requisita in ejusmodi Casibus ex Jure Germanorum* 24.

scripto requiri solita impleta; omnes Solennitates adhibitæ; consultique illi, quorum intererat fieri vel non fieri, ita ut cum effectu sustineri possint?

25. Quam *negamus*, secundum ea quæ nobis proposita sunt: namque (1.) communis Ordinum Provinciæ seu Comitatus Deliberatio & Consensus, qui non attento eorum interesse, (agebatur enim de novo Domino eveniente casu ipsis constituendo;) non adhibitus, diligentissimè vero in Cassatorio Pacto petitus & obtentus; quod substantiale erat:

Nic. Betf. *de Pact. Famil. Illustr. cap. 9. pag. 709. vers. Tertiò necessarium, &c.* & ita in Domo Brunsvicensi tam nostro, quam superiori Seculo observatum & pronunciatum.

26. (2.) Quia inita sunt jam natis Liberis; quibus non consultis neque auditis Jus in momento Nativitatis ad Successionem quæsitum non gravari, multo minus adimi potuit.

Limnæus *lib. 4. Jur. Publ. cap. 8. num. 121.* Castillo *de Alim. cap. 36. §. 1. num. 43.* Betf. *citat. loc. vers. Secundò &c.*

27. (3.) Quia neque Juramentis Paciscentium, neque Juramentis Successorum, neque Subditorum, ab initio & postea ad singulos evenientes casus præstandis munita sunt, quod summè necessarium, & omissum vitiat Contractum.

citat. Betf. *pag. 710. vers. Quartò &c. Quintò &c. & pag. 712. vers. Septimo &c. & fusiss.* Springsf. *de Apanag. cap. 5. num. 53. cum mult. seqq.* atque ita observatum in Causa Hassiaca.

28. (4.) Quia Confirmatio ab Imperatore non in Publicis Imperii Comitiis, adhibitis in Consilium Ordinibus, & hîc tamen tantum, *salvo Jure cujuscunque*, facta fuit; quod necessarium erat.

juxta Besold. *consil. 148. num. 40.* Myler. ad Rumelin. *part. 2. dissertat. 5. thes. 8. lit. c.* Betf. *citat. loc. pag. 712. vers. Octavò &c.* Exemplum in dicta causa Brunsvicensi apud allegat. Springsf. *cap. 5. num. 59.*

Quod proinde ab initio ob defectum substantialium ex Sensu, Usu & Observantia totius Germaniæ, ejusque Familiarum Illustrium & probatissimorum Jurisconsultorum nullum fuit, nunquam, ut

malæ

malæ radici implantatum & lubricis fundamentis nixum, Pactum potuit convalescere. Et ita Juris est!

L. 29. L. 100. L. 210. D. de Reg. Jur. & ibi Gothofred.

Verum, ne quicquam ad solidam resolutionem litis omittamus, diligenter videbimus; de

Quæst. Tertia: *An, posito, omnia Legis scripta & non scripta Solennia adhibita fuisse, illa Pacta Primogenituræ Majoratûsve aut Fideicommissi per contraria Pacta cassata fuerint?* 29.

Quam omninò *affirmamus;* Ita enim Dn. Georgius Wilhelmus (moderni Domini Prætendentis Parens, cujus defuncti facto ipse contravenire non debuisset) in conclusis Tractatibus de Anno 1657. $\frac{6}{18}$. Novembr. se constanti animo, irrevocabiliter, & in æternum pro se & Hæredibus suis declaravit & arctissimè obligavit, se universam Paternam Hæreditatem (Dn. Emiconis) in tres æquales Portiones divisurum; &c. cæterum, nullo Jure Primogenituræ, nulla Prærogativa vel Prælatione ex argumentis supra allegatorum Pactorum competentibus, ulla ratione usurum &c. præstito desuper (quod bene notandum) corporali Juramento &c.

Quæ Cassatio tanquam expressissimè Partibus Anno 1613. ex prægnanti causa quandocunque & quomodocunque in futurum facienda, reservata, manifestior & magis solennis 28. Februar. 1661. (1.) in præsentia omnium de Familia descendentium Dnn. Domitum; adscitis (2.) in majus authoramentum Nobilibus, Consulentibus & Advocatis singulari Conventione ita facta, ut (3.) omnes antecedentes Conventiones & Transactiones Fraternæ de Anno 1610. 1612. 1613. & 1623. (extra eam, quæ erat Anno 1649. inita, sed huc non adeò pertinet) cassatæ & annullatæ esse, (4.) Hæreditates ex Jure Communi & Consuetudine Familiæ dividi, & (5.) Contraveniens in Pœnam mille flor. Aureorum Rhenensium condemnari debeat. Quæ Cassatio, Annullatio, Abrogatio veterum quorumcunque Pactorum Familiæ, & respectivè nova Pacta ex prægnanti causa Consensu omnium de Familia præcedente matura Supremi Imperialis Cameræ Judicii & Dominorum Judicis, Præsidum & Assesso- 30. 31.

sessorum Cæsar. Majest. Electores, Principes Statusque Imperii notoriè repræsentantium causæ cognitione & promulgatione publica & solennissima 7. Julii 1663. confirmata & Sacr. Cæsar. Majest. Sigillo roborata fuerunt.

Hisce ergo omnibus & singulis bona fide & diligenti acumine in utramque partem consideratis, & speciatim, quod in Personis cassantibus & annihilantibus nullus defectus, quod omnia decenter & solenniter acta & à Supremo Germaniæ Judicio confirmata, & per viginti & sex Annorum observantiam ratihabita &c. &c. salvo cujusvis judicio respondemus:

32. „ *Pacta Familiæ* inter quondam Dn. Joh. Ludovicum & ejus Fra-
„ trem Dn. Philippum Georgium, Comites in Leiningen &
„ Dagsburg &c. ab una, alteraque partibus Anno 1613. 20.
„ Decembr. de Jure Primogenituræ, Senioratus vel Fideicom-
„ misso Familiæ inita, cum omnibus suis Appendicibus &
„ Clausulis in sequentibus Conventionibus non exceptis, cas-
„ sata, annullata & irrita facta; *Primogeniti solius Successio-*
„ *nem* ejusque Descendentium exinde derivatam evanuisse;
„ & omnia ad Jura Successionum Imperii communia optimo
„ maximoJure rediisse: Proinde Dn. Emiconem Christianum,
„ tanquam defuncto Dn. Joh. Casimiro *proximum* tempore
„ mortis Agnatum ad universam Successionem, in relictis Bo-
„ nis quæstionatis solum, excluso penitus remotiore Dn. Joh.
„ Carolo Augusto, admittendum: reservata *denique* ipsi Dn.
„ Emiconi Christiano, si videbitur, contra jam dictum Dn.
„ Comitem Joh. Carolum Augustum, ob non servata Pacta &
„ Transactiones juratas simul & non juratas, Pœnam 1000.
„ flor. Aureor. Rhenens. persequendi facultate; & Expensa-
„ rum petitione.

Ad quorum majus robur nos infra scripti de Jure consulti Juramenta nostra bene perpendentes hoc Consilium manu nostra subscripsimus & Sigilla apposuimus. Spiræ Calend. Jul. styl. nov. Anno 1688.

JOHANNES DECKHERR, Dr.

(Atque ita mox pro Illustriss. Dn. Emicone Christiano in Curia Metensi pronunciatum, ipseque in Comitatum immissus fuit.)

CON-

CONSULTATIO, *sive* RESPONSUM VII.

De Melioramentis in Feudo factis ab Hæredibus Allodialibus repetendis, eorumve Pretio; ut & Retentionis Jure. De Castro pro Residentia sua ab ultimo Vasallo extructo, & Armamentario; Tormentis item Bellicis, Armisque inter Feudalia vel Allodialia censendis.

ARGUMENTUM.

1. SPECIES FACTI.
2. *Partitio Quæstionum* generalis & specialis; utriusque *Subdivisio*, 3. 4. 5. 6. 38. 39.
7. QUOAD ILLAM: *Quæst. I.* An juxta Jura Germanorum Hæredes Allodiales Melioramenta à Vasallo in Emolumentum Feudi facta à Successore Feudali repetere, Restitutionem urgere, vel ad Pretium agere possint?

UBI plenariè deducitur & confirmatur: *Mortuâ Vasalli relicta Bona Feudalia ad Agnatos, Allodialia ad Cognatos pertinere.* 7. Meliorationes *cujuscunque generis* pro Allodiis haberi, &, *deficientibus Masculis Filias vel Cognatos sequi.* 8. *illas, si* extrinsecæ *sunt, & separari absque Feudi dispendio possunt, auferri ab Hæredibus posse, aut ipsis Pretium solvendum.* 9. *Explicatio Textus* 2. *Feud.* 28. &c. 10. *Electionem tamen alterutrius Domini vel Successoris Feudalis esse.* 11. *Si* intrinsecæ *sint, & separari vel prorsus non, vel difficulter possunt, penes Feudum manere.* 12. *adjecta Sententiæ ratione.* 13. *repudiato discrimine bonæ vel malæ fidei.* 14. *Hæredesque Allod. hoc casu receptâ æstimatione contentos esse debere.* 15. *factâ ad Arbitrium boni Viri.* 16. *Servitutum verò & Accessionum Naturalium aliam naturam.* 15.

17. *Quæst. II.* An ita perpetua Praxis observet, ut, donec ita, ut dictum, satisfiat, Hæredibus Allodialibus Jus Retentionis competat?

UBI probatum: *dictos Hæredes* duobus Remediis *gaudere*, Retentionis. 17. & Condictionis ex moribus, *sive incerti.* 18. *illo quidem*

quidem omnimodo, si liquidæ *sint dictæ Meliorationes vel in continenti liquidari possint, ita, ut, ne præstita quidem Cautione Possessione excedere cogi queant.* 19. *si* illiquidæ, *aut prolixè demum liquidandæ, eos idem Jus habere, sed usque ad præstitam Cautionem.* 20. *Quando verò* extra Possessionem *constituti sunt, ad recuperandam eam difficillimè agi.* 21. 22. *sed restare potiores Actiones duas Personales*, Conditionis ex Lege, *&* Negotiorum gestorum. 23.

24. Observantia Fori Cameralis: *ratione* Remediorum *Competentium.* 24. *in primo casu* adhuc de præsenti habitæ Possessionis. 25. *si Meliorationes* liquidæ. 26. *Si* illiquidæ. 27. *& aut realiter & idoneè* cautum, *ubi Possessione cedendum, salva Actione Personali.* 28. *& Judicis speciali aut generico Arbitrio.* 29. *cum re judicata.* 30. *aut* non, *ubi notabilia subjuncta.* 31. *in secundo*, de præsenti non habita, sed amissæ Possess. *vel* facto adversarii nullo Jure justificabili; 32. *vel* alio; *vel* Spolio; *ubi singularia singulis remedia applicita.* 33. *& Fortuna Forensis.* dict. num. in fin. *De* Privilegiato taciti Pignoris Jure, & Actione in Rem. 34. *quod diligenter expenditur.* 35. *in tertio*, nunquam habitæ Possess. *solis Actionibus Personal. inhæretur.* 36.

37. QUOAD HANC, 37. *sive Quæstiones speciales:*

38. *Quæst. I.* An Castrum sive Arx pro Residentia ab ultimo Vasallo extructa, munitaque, cum Armamentario pro Melioramentis, adeoque Allodialibus habenda? 39.

UBI præsuppositum: *dictum Vasallum Jus extruendi muniendique habuisse.* 40. *nihil ad præjudicium cujusvis factum.* 41. 42. *sed pro sua Residentia, suo Ære, & non animo uniendi.* 43. *omniaque sine fraude peti repetique.* 44. *Deinde* conclusum: illud Castrum cum Armamentario ad Hæredes Allodiales pertinere. 45. Dominium tamen vel Possessionem ipsis accepta Cautione non competere. 46. quod extructum demoliri non posse, sed Æstimationem præstandam. 47. *quorum* ultimum *denegata electione, adjectis diversis rationibus, confirmatur.* 48. 49. *Ita &* secundum. 50. 51. *& denique* primum. 52. *ob solam incorporationem contrarium non operantem.* 53. 54. *ob adsistentiam Juris.* 55. *quamvis in Naturalibus*

ralibus diversi. 56. *ob non existentem præsumptionem donandi.* 57. *ob constantem JCtor. Sententiam.* 58. Non obstante, *Fori Saxonici Observantia.* 59. *Ædificationis in alieno.* 60. *adjunctis authoritatibus.* 61. 62.

63. *Quæst. II.* An ex proprio Ære comparata Tormenta Bellica, Machinæ, Arma, Annona, Pulvis nitratus?

UBI affirmativè *responsum; cum ex Allodio comparata Allodia maneant, nisi &c.* 64. *Dominus vel Successor Feudalis nihil in ipso Castro Juris habeant.* 65. *ergo nec in Accessoriis.* 66. *Verum, cum adsint JCti* Contradictores. 67. *quorum argumentum dicendi exhibetur.* 68. *&* specialia Jura, *in casibus, Investituræ Feudalis, conditi Testamenti, & Venditionis.* 69. *à præsenti casu.* 70. *discernuntur:* *&* tandem *in partes Hæredum, adserto illis eligendi arbitrio.* 71. *prævia veterum Scriptorum.* 72. *& recentiorum Sententia.* 73. *descenditur.*

I. N. D. O.

PRoposita est ardua Species Facti, adjunctis nonnullis Quæstionibus, occultatis & Domini Feudi, & Defuncti, de cujus Hæreditate pro parte agitur, Vasalli atque Hæredum Allodialium Succedentium Nominibus, ut quid juxta Leges Germaniæ scriptas & non scriptas pro Jure & Justitia pronunciandum esset, exponeretur, hujusmodi:

„ Mortuum non ita pridem (N. N.) immediatum Imperii Comitem, &c. (Domini N. N.) Vasallum, nullis Masculini sexus Liberis relictis; vacantemque Comitatum ab Agnato proximo in Feudalibus ex Pacto & Providentia Hærede omnimodè occupatum; verum, ut Jus & æquum requirebant, Allodialia Bona cæteris Cognatis vel Filiabus sibi adserentibus; Quæsitum itaque de Melioramentis *in genere* primùm; deinde & ad *specialia* Descensus factus. 1. 2.

In genere autem Controversia in duobus Punctis diligenter & distinctè proposita; *Primò:* 3.

1. An juxta Leges & Consuetudines Imper. German. Hæredes „ Allodiales, quicunque ipsi fuerint, omnia Melioramenta à defuncto Domino Comite, durante ejus Vita & Regimine in Emolumen- 4.

„ tum Feudi Facta à Successore moderno repetere, & vel Restitutio-
„ nem eorundem petere, vel ad Æstimationem Pretiumque agere
„ possint? *Secundò:*

5. „ 2. An in eam rem Sententiæ & Res judicatæ in Camera haberi
„ possint, ex quibus colligi possit, præfatos Hæredes Allodiales in
„ Possessione Comitatus vel Feudi tamdiu manutenendos, donec
„ Successor, dictus Agnatus, ipsis ratione præfatorum Melioramen-
„ torum ab ultimo Possessore factorum dignè, id est, pro Arbitrio
„ Judicis & boni Viri satisfecerit?

6. Quid *in specie* in hac Lite tractatum fuerit, proximè, & inferius cum suis Circumstantiis exponendum erit.

Ponderatis ergò, sine ullo Partium, utpote nunquam nominatarum, studio, universæ Controversiæ momentis, pro debito in Justitiam amore & reverentia respondemus

Ad Quæstionem Primam.

7. Quandoquidem ex Juribus & Consuetudinibus Feudalibus, ut & constantissima Interpretum omnium Sententia, atque ipsa naturali Æquitate, & moratiorum Europæarum Gentium & inter hos Germanorum perpetua Observantia nemine contradicente, patescit, mortuo sine Masculis Vasallo Feudum quidem ad proximum Agnatum, Allodialia verò ad proximos Cognatos Fœminasve pertinere,

quod ulla probatione non indiget.

8. *Deinde:* Meliorationes cujuscunque generis, non attento, an parvæ, modicæ, an magnæ sint, pro Allodialibus haberi, Filiasque aut quoscunque proximos gradu Cognatos deficientibus Masculis sequi.

ut est text. *in famos. cap. 1. §. Si Vasallus. 2. Feud. 28.* Schrader. *de Feud. part. 2. 9. part. prin. sect. 2. num. 51. & 60. pag. 487. & pass.* Menoch. *de recuper. Possess. remed. 15. num. 506.* Hartmann. Pistor. *part. 2. quæst. 42. ferè per tot.* Borcholt. *de Feud. part. 2. cap. 7. num. 73. pag. 159. b.* Carpzov. *part. 3. Definit. const. 31. definit. 3.* Gothofred. Anton. *disputat. feud. 6. thes. 7. lit. a.* & post Rosenthal. *de Feud. vol. 2. cap. 10. quæst. 43. num. 36. & 39.* P. Christinæ. *in Consuetud. Feud. decis. 37. num. 24.* & *Dd. commun.* *Tertiò:*

Tertiò: Adeoque si illæ extrinsecæ sint, id est, si separabiles sint & per se subsistentes absque Feudi dispendio, sine discrimine, an industriales an ex Pecunia de novo, vel ab ultimi Antecessoribus comparata augmenta sint? modò ad perpetuam Feudi utilitatem pertineant, Schrader. *dict. sect. 2. num. 20. & 35. in term.* Dominum aut Successorem in Feudo vel pati debere ut auferantur; vel solvere Pretium cogendum. 9.

text. express. *in dict. 2. Feud. 28. §. Si Vasallus. &c.* Andr. Tiraquell. *de Retract. Municip. §. 1. gloss. 7. de qua infrà.* Carol. Molin. *in Consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. in verb. Le fief. §. 77. pag. 95.* Ubi, adjectionem Compilatoris, ibi: Quidam alii ad Dominum omninò pertinere dicunt, post gloss. cæterosque Dd. ineptam pronunciat, quem postmodum salvavit Menoch. *citat. remed. 15.* Rosenthal. *dict. vol. 2. cap. 10. concl. 43. num. 17.* Hartmann. Pistor. *part. 2. quæst. 42. num. 24. 25.* & ita nemine dissentiente Germanos observare testis est Vultej. *lib. 1. de Feud. cap. 11. num. 242.* 10.

Salva tamen ipsi, non Hæredibus Vasalli, pro circumstantiarum varietate Vultej. *dict. loc. num. 234.* electione, utrum ex duobus extremis necessariò, vel patiendo auferri vel æstimationem solvendo optare sive eligere velit. 11.

Vultej. *dict. loc. in fin. & Dd. commun. ad dict. tit. 28. lib. 2. Feud.* quod apud JCtos indisputabile est, juxta *fusiss. citat.* à Gothofred. Anton. *disputat. feud. 12. thes. 7. lit. d.*

Quartò: Si verò intrinsecæ sint, id est, si separari salva Feudi Substantia vel prorsus non vel difficulter possint, cessante electione, Hæredibus æstimationem deberi, remanentibus illis penes Successorem in Feudo, ut putant & rectissimè 12.

Rosenthal. *citat. cap. 10. concl. 43. num. 149. ad 159.* Vultej. *eleg. & dilig. dict. cap. 11. num. 231.* à quibus prolixè dissentiunt citati à Sebast. Nævio *ad dict. tit. 28. num. 10.* sed minus benè,

dentiæ angiengen; welcherley weder zu obmoviren/ noch obmota zu refutiren wären; weilen sonsten wider die letztere Einführungen an hauptsächlicher Retorsion nicht Mangel seyn dörffte: Wäre diesem nach glimpfflicher und also zu verfahren/ daß/ nachdem beyderseits **höchstansehnliche und hocherleuchteste Herren Räthe und Beysitzer** ohnzweiffentliche **der Röm. Kayserl. Majestät Räthe und** *Ministri supremæ Justitiæ* wären/ allein darnach zu fragen seye: **Welcher unter hochermeldten Herren Räthen den andern vor oder nach zu gehen und zu sitzen schuldig?** Indem nun hierauff die R. H. R. O. *tit. 1.* §. **Die** *Session &c. 9.* klärlich verfügete/ daß **die Herren Reichs-Hof-Räthe unter sich in der Ordnung/ wie sie auffgenommen worden/ ihre** *Session* **halten/ derjenige Unterschied aber zwischen denen Fürsten/ Grafen oder Herren und Ritter-stands-Personen gehalten werden solte/ wie von Alters hero gebräuchlich und Herkommens ist;** Ferner der vorgehende §. **So ist auch** ꝛc. *5.* **die Reichs-Hof-Räthe samt und sonders allen Räthen von andern Mitteln (ausserhalb geheimen Raths) in gleichem Stand vorgehen/ und vor denselben die** *Præcedenz* **und Ober-Stelle haben liesse;** so fiele das Votum pro Consiliariis Aulicis, ohnzweiffentlich glücklich deßwegen aus/ weilen die Herren Assessores je bekandtlich **von andern Mitteln** der Consiliariorum Cæsareorum wären; jedoch also/ daß gleichwie inter Juris Consultos unter sich/ also auch unter denen höhern Stands-Personen der alte Brauch und Herkommen/ und endlich die Vermengung **in gleichem Stand Platz** haben solte/ ꝛc. Hingegen melden/ und nicht gar unrecht/ *SECUNDI:* Es redeten angezogene §§. de re inter Tertios acta; welche also denen Fremden gäntzlich extra Litem, & Ordinationem Aulicam

40. constitutis keines wegs im Licht zu stehen hätten/ ꝛc. Welches alles und dergleichen man von altem hörensagen gehabte/ und aus verschiedenen/ **wegen des Uffenbachischen** *Tractats*, neu-geführten Privat-Discursen, geschöpffte Anführen/ niemand zu Præjuditz/ **wie mit GOtt bezeugen kan/** angesehen ist/ oder Rechts-

wegen

wegen seyn solle / cum quisque Deorum inter suam sphæram cœlumque regnet, neque casus conjunctionis unquam contigerit.

41. De Titulo, **Eines obersten und letzten Gerichts/** welcher dem Hochpreißl. Reichs-Hof-Rath in der R. H. R. O. *tit. 1.* **§. Jedoch ist Unser** ꝛc. *6.* dem Hochpreißl. Kayserl. Cammer-Gericht aber in Ord. Cam. *part. 1. tit. 3.* **§.** Und dieweil auch ꝛc. *1.* jenem **von Kayserl. Majestät**; diesem **von Kayserl. Majestät / Chur-Fürsten und Ständen/** beygelegt worden/ ist zu allseitiger Vergnügung der Præeminentz ad *dict. loc. Ord. Cam. num. 3. usque 8.* von uns geschrieben worden: Hierbey gleichwohl

42. gantz ungeläugnet (welches der Herr Author mehrere/ als oberzehlte haynbüchene Folgereyen/ auff das Tapet bringen und urgiren mögen) daß in obgedachtem **§. Jedoch ist Unser** ꝛc. *6.* und denen Worten: **weil es einmal Unser und des Reichs höchstes Gericht ist**; von Ihro Kayserl. Majestät ein ungewöhnlicher/ und evidenter etwas absonderliches angelegentliches nach sich führender Eifer zu verspüren seye; dessen Außlegung aber Privat-Leuten nicht zustehet.

p. 32. lat. 1. Die übrigen angezogene Privilegia seynd / wie Reichs-kündig/

43. beyder höchsten Gerichte Höchstansehnlichen Herren Assessoribus; wie nicht weniger die Titulaturen, **Hoch-Wohlgebohren** und **Hoch-Edelgebohren**/ de præsenti, allerdings gemein; de Repræsentatione ist anderwärtlich geredet worden; und taugt bey derselben das Argumentum à Marginalibus Typographi in Recess. Imper. *in vers. Addantur ulterius &c.* das wenigste nicht; Jngleichen nicht vielmehr die continuatio ad futura; quod scil. Immunitas Consiliariorum concernat, vel temporalia, vel æterna: Sed ita opus erat, per vim, aliquâ dychotomia!

SUBSECTIO XII.

Vers. *An etiam à Collectis Imperii? &c.* *p. 33. lat. 1.*

44. Immunes esse à Collectis communibus & Provincialibus Consiliarios Aulicos & Assessores Cameræ, plus quam manifestum est: *An etiam à Collectis Imperii?* dubitat Author, & distinctionem ad Neuenhahnium remittit: Nobis satis sit, neminem Cameralium quicquam unquam, neque ad Expeditiones contra Gallos, neque

contra Turcos, (quos Confœderatos non injuste conjungimus) imò, ne ad Satisfactionem quidem Suecicam, contribuisse; quod fortè in Turcicis Viennæ secus se habuit. Ratione Versorgung der Kinder; Item, Obsignationen, Sperrung / Inventur, &c. vid. Capitulat. Sereniss. Josephi §. 40.

p. 34. lat. 1.

45. Vers. Falls auch die Hnn. Reichs-Hof-Räthe &c.

Consiliarios Imper. Aulicos Testes productos ulteriori Juramento non gravari, sed suæ promissioni relinqui ex *Rulando* probat Author. Nos in *Vindic.* dicemus.

p. 34. lat. 2.

SUBSECTIO XIII.

46. *Æterna respiciunt Exercitium Religionis:* pia scil. & devota, sed incongrua; nisi in longos fines indirectos detorta distinctione & definitione. Cætera ad verbum ex D. W. I. Schützii (cujus nomen infideliter hic supprimitur) *Manual. Pacific. quæst. 18.* descripta sunt.

p. 35. lat. 1.

Vers. *In abstracto quidem &c.*

47. Exercitii Religionis Sopronienfis lævæ æstimatio.

Et ea quidem incuriosius, quam decebat, nam *Exercitium Religionis* D. Schützius ita non, sed id quod *publicum* est, & hoc etiam non plenariè, deficit enim alter Articulus, scil. quid in concreto publicum sit, generatim ibi descripserat; & porrò, ipsum Exercitium ita discerpere reverâ indignum est; nam, quomodo Exercitium *in abstracto, ratione usus*, considerabitur nobis, qui occupationem sive acquisitionem à Personis factam non possumus non nobis imaginari? aut quomodo illud *authoritate publicâ* fieri dicemus, quod ministerio hominum privatorum, utcunque legitimè vocatorum & Ordinatorum, exercetur: *rectius*; quod authoritate Legis Publicæ Pragmaticæ, v. gr. Possessionem vel quasi Anno XXIV. habitam contra quoscunque confirmantis &c. vel superioris Territorii Domini, & ita publicis auspiciis, exercetur, in loco publico, ad communem Populi illi, cujus exercentes sunt, fidei addicti usum &c. Cum itaque de

48. hoc: *An Exercitium Religionis Augustan. Confessionis Consiliariis Imperialibus Aulicis, Ablegatis, Præsidentibus & Agentibus à Sacr. Cæsar. Majestat. in Urbe Sopronienſi, solum pro interim, concessum, publicum sit? an verò privatum?* quæstio suboritur, illud magis *irregulare & gratiosum*, quam

quam *alterutrum illius generis vel speciei* dixerimus: Et si omninò quid dicendum mirificè, ne dicam, absurdum errorem erravit Author, illud *publicum* appellans; nam, *neque publicum est ratione Loci*, quia in Ædibus privatis Schubhardianis, & non in loco publico, aut Æde Sacrâ, tanquam ad Universitatem pertinente; *neque ratione usus*, quia non ad communem Populi usum, sed adstrictissimè pro Personis singulariter nominatis, *& ex gratia ad hunc locum affixâ*, exclusis aliis quibuscunque; *neque ratione authoritatis*, quia, utut duo Prædicantes adsint, & hi, quamvis Exercitium κατ' ἐξοχὴν ita dictum constituant, non tamen ilicò publicum, sed etiam privatum, pro circumstantiis & re nata faciant; in formam privati Exercitii celebratur & exercetur: Adeoque magis est, ut dicamus, illud *Exercitium publicum* esse, quia publicis Sacr. Cæsar. Majest. auspiciis exercetur; in reliquis omnibus certissimè *privatum*; ut id definitiones nostræ alibi (*Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat. cap. 32.*) demonstratæ monstrant; &, *multos simul illud exercere, naturam tituli non transsubstantiare*, perpetuis vitæ civilis argumentis convincimur. Plura extant in Monit. Partic. Evangel. *ad Artic. Capitulat. 40. num. 2.* apud E. J. von Herden *in part. 3. cap. 3.* der Grundfeste *pag. 251.* sed non exscribenda.

49.

In rectum versa.

50.

SECTIO II.

De Consiliariis Titularibus, sive Honorariis.

§. 35. lit. 2.

In quæstione: *An Consiliarii Titulares iisdem Privilegiis gaudeant, quibus Actuales?* negativè juxta Sprengerum decidendâ, nihil, præter rationem decisionis, displicet; *quasi non præsumerentur habere sufficientem Scientiam, cum non sint ab Augustissimo Consilio Imperiali examinati.* Nam, nec dictum Consilium unquam quenquam examinavit; & quomodo non præsumptio pro illo esse debebit, qui divino, ut Orientales loquuntur, jussu tanto tamque excelso titulo dignus habitus fuit. *Magis*; quia Sacr. Cæsar. Majest. voluit, solùm Honoris titulum illis competere; adeoque nec reali Juramento præstito in servitium Cæsaris concesserunt, nec Possessionem vel quasi amplissimæ Dignitatis per Introductionem, Sessionem, Votumque in Consilio adepti sunt, nec fortè unquam adepturi.

51.

52.

CAPUT VII.

De Procuratoribus sive Agentibus.

ARGUMENTA.

Inter Fiscalem Viennensem & Cameralem, differentia malè explosa. 1. *Ratio Status Imper. erga utrosque.* 2. *& memorabilis mutatio.* 3.

De Anabaptistis non tolerandis, locus explicitus. 4.

- *Causis Monetariis.* 5.

- - - *Regalium Feudorum.* 6.

- - - *Fiscalibus ex Jure Communi.* 7. *contra solos immediatos competentibus.* 8.

Titulus Agentium fœdè prostitutus. 9.

Rationes veræ non admissorum Subditorum hæreditariorum ad Agentiam Aulicam. 10.

Cautio loco Procuratorii hodienum sufficiens. 11. *Speciali Mandato quando indigeatur?* 12.

In Legibus Pragmat. nihil mutandum: D. Bardili tamen ab censura Authoris liber esse, pronunciatus. 13.

An, & in quibus Causis in Linguis, vel Germanica, vel Latina procedendum? repetita traditio. 14.

De Obligatione ad præteritas Ordinationes servandas. 15.

Pravarum Artium in Judicum animis sibi in perniciem alterius devinciendis, detestatio æterna esto. 16. *& consolatio.* 17.

Tutelarum Curarumque Administratio, si diversi gradus, interdicta. 18.

De Palmariis, Pactisque piraticis. 19. *de Stipulationibus lite pendente.* 20. *& post causam finitam, factis.* 21.

Petita Revisione vel Supplicatione Palmarium debetur. 22. *si verò liti renunciatum, non: sed Salarium.* 23.

Differentia inter Resignationem Salarii, & Officii. 24.

Copia Pacti de Salario sarciendo Mandato insufficiens. 25.

Nec Salarii quantitas taxari potest. 26.

Monitoriorum pro Salariis in Camera rarum exemplum. 27. *& singulare in Procuratorum Salaria odium.* 28.

Gesta Comit. Anno 1641. in consequentias non trahenda: neque Agens ad votandum in Collegio Principum admittendus. 29.

Cætera, ex rationibus hic adjectis, suo ordini relinquuntur. 30.

Ut & Cancellariæ Personæ. 31.

SECTIO

SECTIO I.
De Procuratore Fisci.

p. 36. lat. 1.

1\. *Fiscalium Procurat. ortus & mutationes.*

DE *Methodo*, superius; De *Materialibus* plerisque, in *Vindiciis*, ex asse diximus. Supersunt pauca: Cum, *in vers. Sunt autem &c. falsam appellat differentiam, quam constituit* Blum. *Process. Cam. tit. 30. inter Fiscalem Imperii Generalem Viennensem & Spirensem sive Cameralem, quasi Spirensis Commodum Pecuniarium Imperii observaret; Cæsareus autem, quicquid ad Commodum Imperatoris spectat.* Cujus certè Historiam aut ignoravit Noster, aut adulatoriè reticuit. Nam & à nolentibus dici debet: In exigendis ex Imperio Reditibus neque Maximilianum, neque Carolum V. usque ad triumphum de Protestantibus actum, neque forte Ferdinandum I. (in Ordinat. Judic. Aul. nulla omninò, quod sciam, ullius Fiscalis Viennensis mentio excidit) neque Ordin. Imper. Germanici, alium in Imperio Fiscalem, præter Cameralem-Spirensem tum quicquam scivisse; id est, sed omnia hujusce generis negotia continuè penes Cameram contumaciter reliquisse; uti totius Judicii Aulici in omnibus Justitiæ Causis cognitionem attentatis molestè, ut Acta habent, tolerantes, ita multo magis nescio quem novum Fiscalem Imperii Reditibus incubiturum aspernatos, uti ex Protocollis, quæ supersunt, edoceri possumus. Quicquid verò ab Aulâ Cæsareâ per Fiscalem exactum, id non *Stylo Justitiæ, sed Regiminis Aulici Statûs;* uti & cognitiones de fracta Pace Publica, & Feudis Regalibus, debetur; donec per firmatum penitus Principatum, & imaginem libertatis infuscatam Fiscalis Spirensis nostro Seculo, moribus & Principibus subditus, Juribus concreditis sensim decederet, alter supercresceret; atque sic *Bluminiana* differentia potentiori liturâ induceretur; illéque, qui summam rerum unus habebat, nunc vix umbram, præter immane Salarium 1000. Imperial. retineat. vid. Author. *hoc Cap. pag. 38. lat. 2.*

2\.

3\.

p. 37. lat. 1. Artic. VII.

Vers. *Si quis alterius Subditos, &c. cum vers. seq.*

4\. Hanc Constitutionem ex duplici capite*; improbati Anabaptismi, & receptionis Subditorum alienorum* fundatam esse, & observari, quis non dixerit; sed id dicere volebat: *non ubique per totum Imperium Anabaptistas expelli;* Et illi rei ita est, quia nimirum non est, qui queritur; si tamen queratur de Anabaptistis in terras Imperii se dirigentibus, certè Pœnæ Banni, & respectivè Privationis præsto sunt; ut in causa

causa Civitatis Herfordiensis contra Dominam Abbatissam & Joh. de la Badie & Consort. Anno 1671. Camera suam potestatem exeruit.

p.37. lat.1. Artic XII.

Vers. *Si quis contra Edictum Monetale &c.*

5. Ad causam Faber contra Orth hic recensitam reponatur altera des Kayserl. Fiscalis contra Fürsten Albrecht Ernsten zu Oettingen/ *Mandati Inhibitorii S. C. cum Citatione ad videndum se incidisse in Pœnam Ordinat. Monetariæ insertam, & vi ejusdem privari Regali Monetæ cudendæ, nec non teneri vicinis & aliis ad reparationem damn. atque condemnari*: reproducta, & neglecta.

p.40. lat.1

Vers. *Si Feudum non regale, &c.*

6. Hoc verò Elogio: *Regalium Feudorum cognitionem ad Status Imperii pertinere*; omissâ, etiam mediocriter honorabili, Sacratiss. Cæsar. Majestatis mentione, & Legis Publicæ in Ord. Cam. *part. 2. tit. 7.* scriptæ; malam iniit gratiam in Aulâ, in Foro, & in Cathedrâ, quam cum eo non dividimus; vid. inferiùs *Cap. 12. sect. 1. subsect. 4. artic. 4. pag. 156. in fin.*

Ibid.

Vers. *Quod 1. ad Causas Fiscales &c.*

7. Ubi verba: *vel de Jure Communi*, ut in *Vindic.* pluries id attulimus, Ordinibus Imperii valdè molesta sunt, maximè, si hæ Actiones Fiscales contra Mediatos, aut contra Immediatos, non accuratissimè ex Constitut. Imper. fundatâ Judicii Aulici Jurisdictione, in urbanè intentantur; cui errori, certè importunum illud brocardicum: *Quod, quæcunque Causæ Fiscales tales vel ex Jure Communi vel Constitutionum Imperii esse jussæ sunt & appellantur, ad Fiscum Cæsareum*, & consequenter *Fiscalem*, & porrò, *ad effectum evocationis Mediatorum ex Jurisdictione & Foro ordinario ad Aulam Cæsaream pertineant, &c.* insecuram viam stravit.

Fiscales Causæ in turbas conditæ, separatæ.

8. Namque, si licet, quod verum est, dicere: Nullæ Causæ Fiscales fundant Jurisdictionem Judicii Aulici, nisi *contra Immediatos*; contra *Mediatos*, vel in tantum, ut cum Fiscali Provinciali ordinario pro interesse Fisci Cæsarei concurrere possit, utpote, quod prævalente Superioritate Territoriali Dominico, nullum vel invalidum est: vid. Capitulat. Leopold. *artic. 27.* Salvo tamen Jure, juxta Prudentiam Forensem, ex continentia Causæ vel aliunde, Jurisdictionem, sed juxta Leges Imperii, fundandi. Idque ei fini, ne, ut fit, quisquam in Jura Statuum Territorialia iniquis mediis, lucroso eventu, ut factum, grassetur!

SECTIO

SECTIO II.
De Procuratoribus, sive Agentibus Principalium, & quidem Ordinariis.

Vers. **Es kommt aber der Nam** etc.

p. 41. lat. 1.

9. Prædicata Agentium lepide distributa

Daß heutiges Tags die Tituli derer *Agenten* dergestalt unter die Füsse gerathen / daß dergleichen auch denen **Gastgebern** in offenen Herbergen und Wirthshäusern / zu geschweigen den **Kauffleuten**/ ja wohl gar den **Juden** beygelegt werden / kan niemand besser / als die Nachbarschafft selbsten bezeugen; Es sagt aber davon sehr zierlich Kayser Philippus, oder vielmehr Diocletianus und Maximinus *in l. 6. C. de dign.* Ne quis ex ultimis Negotiatoribus, vel Monetariis, abjectisque Officiis, vel deformibus Ministeriis, vel Stationariis, omnique Officiorum fece, diversisque pastis turpibus lucris, aliqua frui dignitate pertentet. Sed &, si quis meruerit, repellatur: repulsos autem etiam propriis reddi consortiis oportebit.

SUBSECTIO I.

Vers. **Solle keiner aus denen Kayserl. Erblanden**/ etc.

p. 42. lat. 1.

10. Rationes secretiores remotorum Subditorum hæreditariorum.

Add. **Aus gewissen erheblichen Ursachen.** R. H. R. O. *tit. 7. §. 4.* Verum, *dic mihi, quales illæ?* Auff welches man gar wohl mit dem bekandten Tacito *lib. 6. Annal. cap. 8. vers. 6.* sagen könte: Abditos Principis sensus, &, si quid occultius parat, exquirere inlicitum, anceps; nec ideo adsequare. Jedoch ist vermuthlich / daß deßwegen absonderlich darauff gesehen worden / weilen in denen Affairen bey dem Hochpreißl. Reichs-Hof-Rath / in Negotiationen, Schrifften und Producten gar öffters suchen und angeben / entweder in Causis Statuum Imperii, oder auch wohl gar derer Mediat-Parthey en vorkommen / und denen Agenten entweder unmittelbar à Principalibus, oder hernach per Communicationem zugesandt werden / welche Ihrer Kayserl. Majestät allerhöchsten Respect sehr zuwider / auff die Libertatem Statuum absolutam aber dergestalt loßzielen / daß daraus / und penetratis Judicum, & ipsius fati forensis ingeniis nicht viel gutes / als allein Obtrectationes, und wie man prætendirt / protinus securæ, nec disseminandæ in Concives, Domûs Austriacæ absolutos Subditos, neque ultra respi-

turos zu begreiffen seyn können / i. e. Oblivio, vel Contemptus Dominorum; & alienas licentias circumspectare, quid ægrum domi, quid validum foris, qualis harmonia status, vel dissonantia, periculosè discernere, der Confusionis Jurisdictionum, und daher entstehender Verdrießlichkeit Kürtze halben zu geschweigen. (Reichs-Hof-Raths-Bescheid *de 11. Junii 1674.*)

p. 43. lat. 2. Vers. Ihre *Mandata, quorum formula &c.*

11. Cautiones Judiciales. Daß bey Außbringung der Procesß, außgenommen / wo *natura Causæ* ein anders erfordert / gleichwie in Camera, also auch hier die Cautio sufficient seye / weisen die tägliche Exempla aus; In Primo Termino hiernechst: Ob weitere *Caution* zuzulassen? Judex arbitrabitur. Auff wie lang aber? adde: Usque ad Litis Contestationem, vel actum illi, in causis ubi lis non contestari solet, similem; weilen nun vermög jüngern Reichs-Abschieds benderley Actus von des Klägers Anwald zu geschehen / und kein absonderlicher Termin, wie ehemalen / zugelassen zu werden pfleget / ist leicht abzunehmen / daß solche Petitiones Termini und Cautiones

12. Rechtswegen nicht Platz haben solten. Interim tamen fit! Was aber die Casus in Jure expressi, darin ein Special-Gewalt erfordert wird / als ubicunque Juramentum præstandum, Restitutio in integrum, Confirmatio Tutelæ vel Curæ oder dergleichen gesucht werden / seyen? ist bey Roding. *lib. 3. tit. 29. §. 13.* und auch bey dem Hn. Authore *pag. 53. lat. 2.* weiters zu sehen.

Ibid. Vers. Es vermeynt aber *Dn. Bardili &c.*

13. Wiewohlen in keinem Lege Imperiali ohne Noth / wie der Hr. Author gar recht behauptet / die geringste Sylbe zu ändern / ab- oder zuzuthun; So schliesse ich jedoch / daß / obgleich Hr. Author die Ordinat. Judic. Aul. Ferdinandi III. wohl und zur Genüge explicirt / und recht hat; dannoch auch Hr. D. Bardili, nicht allein quoad Interpretationem, sondern auch quoad Lectionem Verborum nicht weniger recht habe; Jnmaßen der quæstionirte *§. 7. tit. 7.* de verbo ad verbum aus der R. H. R. O. Weyl. Kaysers Matthiæ *tit. 5. §.* Es soll auch hinfüro ꝛc. *8.* gezogen; weilen nun darin die Worte: General- oder Special-Vollmacht expressè in his terminis stehen / so folgt / daß auch hierin / quamvis aliàs Janus in Legibus, *cum Bacone*

cone de Verulamio, mihi minimè placeat, das Wort: **und**/ vor/ **oder**/ verstanden werden müsse.

Vers. **Alle** *Producta* **in keiner andern** 2c. pag. 45. lit. 1. 2.

Weilen allhier nicht genugsamer Bericht über den Puncten: 14. Usurpatio Linguæ Latinæ vel Germanicæ ex usu Processuum diversa.
Wann und in welchen Sachen in Lateinischer oder Teutscher Sprach *procedirt*/ **und die** *Producta* **eingegeben werden sollen?** erstattet / auch des Jul. Magenhorst. Meynung nicht wohl oder sattsam eingenommen worden; ist anhero/ aus demjenigen/ so wir vorlängstens geschrieben/ (*Not. Illustr. ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. §. 1. num. 57. & seqq.*) kürtzlich zu wiederholen/ daß/ wann der **Kläger** (er seye Civis Romani Imperii, oder nicht) **und Beklagter/ beyde** *peregrini Idiomatis* **seynd**; ingleichen/ **wann der Beklagte fremder außländischer Sprach**/ als wie die Tridentiner der Italiänischen; die Lütticher der Frantzösischen/ zugethan; alßdann der Process cum omnibus connexis in Lateinischer Sprach; **wann aber hingegen/ entweder alle beyde**/ der Kläger und Beklagte/ **oder allein der Beklagte ein Teutscher**/ und derselben Sprach zugethan/ alles in der Teutschen geführt werden müsse. Und ist denen hierbey sich eräugneten Dubiis daselbsten (*Not. dict. loc. num. 63.*) begegnet worden; und nur noch dieses zu erinnern / daß wann von dem Hn. Authore aus der Ordinat. Cam. *part. 2. tit.* (non *34.* sed) *31.* von Version der Actorum in Lateinischer Sprach geredet wird/ solches zu verstehen seye/ wann der Process auch in Camera also geführet ist; dann sonsten **in Teutschen Sachen** aller Productorum Beylagen/ Italiänischen/ Niederländischen/ oder Frantzösischen / vel cujuscunque Idiomatis, in eben selbige übergesetzt zu werden pflegen.

Vers. *Non ergo tenentur &c.* p. 46. lit. 1.

Mallem legere: *Tenentur tamen ad præteritas Ordinationes etiam, ubi earum usus necessarius est.* Et superius ad *Cap. 6. sect. 1. subsect. 4. vers.* **Cammer-Gerichts-Ordnung**/ connotavimus; quibus necessum addere Nostram *Dissertat. de Cult. Jur. Cam. cap. 7. pag. (edit. ult.) 32.* & *Notas ad Jul. Magenhorst. part. 1. tit. 13. num. 7.* nam, si secus legeretur, parum ab erroribus absfuturi essemus. 15.

p.47.lat.1. Vers. **Aller widerrechtlichen Gewinnung** 2c.

16. An die Künste/ durch welche mit Gewinnung der

Artes Fori abominabiles ejusmæ. **Richter/ ein redlicher Gegentheil** *ab Adversario* **zu** *subvertiren*; an die verfluchte Räncke die allerservileste garstigste Dienste/ (Tacit. *lib. 4. Annal. cap. 16. vers. 2.* & *lib. 1. Histor. cap. 36. vers. 4.*) auch so gar deren **Kindern/ Knechten und Mägden** anzubieten/ **ja den bösen Feind** (Tacit. *lib. 4. Annal. cap. 21. vers. 4.*) **mit zu gebrauchen**; an die subtileste Artes calumniandi, und wo man Partem, oder deren gewissenhafften rechtschaffenen Advocaten bey denen Herren und Obern am gifftigsten antragen kan und pflegt; wie ex præjudicio Personæ der Sache selbsten ein flatigiosum præjudicium angedrehet werden könne; Item, die Acta zu unterschlagen/ Partem eorum oder integra zu intervertiren; und zu rechter Zeit/ id est, cum Justitia jam eversa est, wiederum hervor zu bringen; Und/ brevibus! **durch welche des Dreyeinigen GOttes** (R. H. R. O. *tit. 5. §. ult.*) **Gebott/** *Justitz/* **Eyd und Pflicht/ und der Jüngste Tag und letzte Gericht über Lebendige und Todte/ sich und andern aus den Rathschlägen/ hernacher aus Sinnen und Gedancken zu bringen**; kan und darff der Author vor Unmuth nicht gedencken/ als welcher durch dergleichen höllenmäßige Griff/ und absonderlich von einigen allzuweisen zu rechter Zeit und Ort dieselbe wohl anzubringen allzuverständigen Unmenschen/ (Tacit. *lib. 15. Annal. cap. 34. vers. 3.* & *lib. 1. Annal. cap. 69. vers. 6.*) samt seinen Principiis, Amoris in Deum, in Proximum, in Justitiam, in bonas Literas, **nachdem er sich in die 20. Jahr dabey zwar kostbar/ doch ritterlich** *& extra infamiam Conscientiæ* **erhalten und** *manuteni***rt**; zumalen mit zugleich mit eingefallenen Frantzösischen Rupturen, turpissimè fast evertirt worden: Ut ubique animus veri amans & servitutis impatiens tyrannidi obstat. Grot. *Oper. Epist. 267.*

17. Inmittelst lassen diejenige/ deren Beruff ad Forum und Conversationem Hominum ambiguorum & infidorum, so lang GOtt will/ ist/ sich jederzeit/ zur Lehr und Trost/ den kleinen/ aber unschätzbaren *Sermonem Fidelem 5.* und *22.* Bacon. de Verulam. treulichst befohlen seyn. *Prudens advertit ad gressus suos; Stultus divertit ad dolos.* (Salom. *Proverb. 15.*) SUB-

SUBSECTIO II.

De Privilegiis Celsissimo Consilio Imper. Aulico; quoad æterna, & quasi publico Religionis Exercitio, competentibus, dictum jam censoriè in superioribus. p.50. lat. 2.

Vers. 8. So seynd sie auch ꝛc. ibi: als Vormundschafften ꝛc. p.51. lat. 2.

Add. ausser über ihres Stands und Gradus Personen. *Not. ad Concept. Ordinat. Cam. part. 1. tit. 7. §. 2. pag. 161.* 18.

Vers. Aus welchen beyden *Formulen, &c.* p.52. lat. 2. in fin.

Nihil addo *de Palmariis, Pactisque piraticis*, iis, quæ ex insignitiori antipathia in *Vindic. tit. 10. num. 68.* commentatus sum: Imò, si liceret, stirpitùs locum expungerem: ne supersit memoria mihi ea propter per invidiam inflictæ cladis ab iis, qui omnia adversus se, vel ad publicam contumeliam ex Conscientia, sed malignè, interpretati sunt. 19.

Ob aber / gleichwie in denen Reichs-Hof-Raths Herren Agenten Bestallungen zu exprimiren Herkommens ist / und also *lite pendente* eine solche definitæ vel indefinitæ Summæ Stipulatio und Promissio, ohne Verletzung der hochbedrohlichen dawider streiten-den Rechten geschehen könne? ist sehr / zwar deßwegen / zu zweif-feln / quia litis causa malo more Pecuniam tibi promissam, ipse quoque profiteris. *l. 1. §. Si cui cautum est. 12. D. de Extraord. cognit.* Oder / ob allein nach erfolgter glücklichen Urthel de Palmario paciscirt / und was also versprochen wird / Rechtlich angefordert werden könne? wie der Textus daselbsten klärlich will / ibi: Sed hoc ita, si suspensa lite *Societatem futuri emolumenti* cautio pollicetur. Si verò *post causam actam* cauta est Honoraria Summa, peti poterit, *usque ad probabilem quantitatem*, etsi nomine Palmarii cautum sit, &c. ist ob vafritiem humani ingenii, & artium Fori diversitatis nicht wohl zu decidiren; Bevorab da die Pragmatici anführen; daß bey denen Palmariis, durchaus kein Societas futuri emolumenti, und zumalen grössern Theils nur ein indefinitum & modicum, pro excitanda diligentia & valore Dn. Agentium paciscirt werde; auch der JurisConsultus oder vielmehr die Imperatores in verbis indefinitis, *etsi &c.* das tempus cauti Palmarii nicht exprimirten / deme um so mehr indifferenter, jedoch mit gäntzlicher Ausschliessung der Pactorum de quotâ litis, de quibus in *l. si qui Advocatorum.*

20. Palmaria Pactaque informam Juris, & frustra, congesta.

21.

catorum. 5. C. de Postul. Statt und Platz zu geben / je mehr bekandt / daß auff den Fall einer mißglückenden Urthel die Agenten und Procuratores meistentheils / ohne allein durch beschwerliche Procefs, gar nichts erhielten; also auff den andern Eventum um so vielmehr besser auff ein Jus agendi in Contractu radicatum abzusehen / ne, reportatâ Victoriâ, ingrata, ut solet, Pars fiat Advocati & Agentis sui Hostis. Welches man dahin / und zu Richterlicher Erkanntnuß gestellt seyn lässet.

p. 53. lat. 1. Vers. *Sed, an petitâ Supplicatione, vel Revisione Palmarium debeatur?*

22. Conditio & eventus Victoriæ. Omnia, neque enim id sileri licet, incastigatissimè proponuntur; & resolutio iniquissima est. Namque, quod in utroque Foro Augustissimo effectu suspensivo Revisio careat, erroneum est; &, si verum esset; protinus nihil ad rem, utpote, ubi solum, *num conditio Victoriæ extiterit*, non *quid postea agendum sit?* in quæstione est: &, quod *Cautio de restituendo,* si in Revisorio Adversarius obtinuerit, necessaria sit, adversus Principia Artis justi pugnat. Namque excepto, si forma Promissionis *etiam in casum Victoriæ in Revisorio* specifice concepta sit, cum conditionis eventus confessione Partium, scil. Victoria, præstò sit, quorsum *in eo, quod* tempore *atque facto finitum* est, *ulli Conjecturæ* aut dubitationi *locum* daremus? contra *l. continuus. 137. §. Cum ita. 2. in fin. D. de Verb. Obl.* quorsum obstringeremus honestum Advocatum ad præstandum factum tertii, remedio ferè extraordinario, & fortè temerè causam sufflaminantis? quorsum implementum Contractus ex alienâ voluntate pendere deberet? Sane, non.

Ibid. Vers. *Quid autem, si Adversariis liti cedit, vel transigit, an tunc Palmarium debeatur?*

23. Si nihil dolo malo factum est, quominus Agenti Palmarium præstaretur, magis est, non deberi; deberi verò Salarium, aut Honorarium per text. expreff. *in l. ult. D. Mandat.* Sed, ut id sæpissimè occurrit? quid si Palmarium in vicem Honorarii promissum fuerit? dabimus sanè Actionem, sed juxta proportionem Salarii vel promissi Honorarii. juxta *l. 1. §. In Honorariis. 10. D. de Extraord. cognit.*

Ibid. Vers. **Wann aber in jetzt** *referir***tem 2c.**

24. Es ist aber auch hierin ein Unterscheid zwischen einer **Bestallung und der Dienste selbsten Auffsagung;** deren jenes ex va-

ex variis Causarum figuris, jam non recensendis gar offt; dieses aber ante litem contestatam, nach befindenden Dingen / und ohne des Herrn Præsidenten Vorwissen nicht leichtlich; post litem contestatam gar nicht / absque Causæ Cognitione & Judicis Decreto geschehen kan; wie die Praxis solches täglich beleuchtet; auch über das / daß solche Obligatio reciproca seye / bezeuget; dann sonsten denen Parthenen nichts neues wäre / alle 4. Wochen ihren Agenten, nachdem ihnen ein- oder anderes zu Ohren getragen und eingewaschen wird / zu mutiren / und omnes sedes zu beruchen; quod abolendum.

Vers. **Es fragt sich aber hier weiter / 2c.** — *Ibid. lit. a.*

Daß ein Bestallungs-Brieff nicht in vicem Mandati Procuratorii passiren könne / ist bereits bey denen alten Pragmaticis außgemacht worden; wie zu sehen bey Jul. Magenhorst. — 25.

Vers. **Noch weiter fragt sichs / 2c.** — *Ib. in med.*

Bey der Frag: Wie viel einem *Agenten pro Salario annuo* bezahlt werde? kan gantz nichts / wegen unterschiedlicher Beschaffenheit der Parthenen / ob dieselbe Reichs-Stände oder Privati seynd / benennet werden; und ist auch die Arbeit allerdings ungleich: daß aber der Hr. Author in dem — 26.

Vers. *In Camera Spirensi &c.* — *pag. 54 lit. a. in fin.*

Meldet / als ob die Herren Procuratores pro consequendo Salario Monitoria alsobalden / gleichwie auff taxirte und adjudicirte Expensas außbringen könten / darin ist ein Verstoß geschehen; sintemalen solche Salaria niemalen zur Taxation kommen / es müste dann bey der Designatione Expensarum petita solches Salarium mit eingerückt / die Original-Verschreibung mit producirt / und die Parthey darüber vernommen worden seyn; Welchen Falls doch / wann sich diese in etwas weitläufftig dawider excipiendo heraus läßt / dieser Punct abgewiesen zu werden pflegt; diesem nach / wie dann auch das beygedruckte Formulare Monitorii von diesem Casu nicht redet / kein ander Mittel / als Citationis ad videndum exigi Salarium & condemnari übrig bleibt; **Aus Ursachen** / daß sothane Salaria in Camera so gar überaus odiosa in oculis Judicis seynd / daß man schon vor Hundert und viel mehr Jahren allesamt deßwegen cassiren und auff- — 27. *Procurat. Monitoria ardua impetratu & in fine vilia.* — 28.

auffheben wollen/ weilen die Herren Procuratores nach erlangter Bestallungs-Verschreibung/ solche zu einer beständigen Renthe/ gleichsam von angelegten Capitalien fallende/ gemacht/ und nach der Zeit über des Procefs Außgang denjenigen walten lassen/ der gekönnt hat/ oder gewollt: wie solches aus einer von uns neu außgegebenen *Nota Veter. Assess. ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 64. num. 4.* erhellet. Seynd diesem nach die Herren Reichs-Hof-Raths-Agenten in diesem Fall besser angesehen/ als die Camerales; wann anders meistens die Parthenen nicht eben so wenig denen Monitoriis und Rescriptis als Citationibus Respect geben.

p. 55. lat. 1. in fin.

Vers. **Noch weiter und** 12. rc.

29. Daß in dem 1641sten Jahr ein Reichs-Hof-Raths-Agent, Zeit damaln in Regenspurg gewesenen Kayserl. Hofs/ sich auch zu Vertrettung und Ablegung respectivè einer Session und Voti gebrauchen lassen/ und in dem Fürsten-Rath admittirt worden/ solches ist/ gleichwie sehr vieles damaln mit untergeloffenes unförmliche/ der Böse und Unglückligkeit der Zeit/ oder der Kayserl. Verhängnuß/ welche denselben Reichs-Tag mit allen Kräfften gleichsam zu authentisiren und beysammen zu behalten getrachtet/ zuzuschreiben und nachzugeben; dörffte aber vermuthlich jetziger Zeit nicht wohl à Statibus auffgenommen werden; weilen inter Procuratorem ad Lites, & Legatum, publiquer Respect zu erhalten/ und zumalen in publicis Comitiis eine genugsame erkenntliche Differentz zu machen. Sich ratione dictorum Comitiorum auff Gottlieb von Hagen/ Eitel Friedrich von Herden/ Londorpii Acta Publica, und in specie Hug. Grotii Epistolas, wie auch die Schwedische Acta contra Bremen/ und dieser Wieder-Antworten zu Oßnabrück/ Regenspurg und Wien außgekommen/ kürtzlich referirend.

p. 55. lat. 2.

SECTIO III.

30. Bey welcher/ weilen sie meistentheils des Seel. Hn. Authoris absonderliche Affairen, Conduite und Expeditionen betrifft/ wenig wird zu erinnern seyn; auch man die mit einlauffende Privat-Affecten und Ostentationem, Aergernuß zu meiden/ vorbey zu gehen hat/ als undenckwürdig; oder bey andern Secretariat-Büchern überflüßig beschrieben; worüber Anmerckungen zu schreiben ein übel gethanes Werck wäre; außgenommen/ daß *pag. 59. lat. 2. §. 8.* als

als zu Schmälerung der Jurisdictionis domicilaris gereichend / so wenig quoad Judicem domicilii non ablegantis, quam ipsius ablegantis tolerirt werden kan. Ob nun auch wohl ratione der Cantzley-Personen verschiedenes beygebracht werden könte / so will man doch solches und bevorab die / einen oder andern in particulari concernirende vorgelauffene / Præjudicia lieber einen jeden in facto erfahren lassen / als dergleichen ad memoriam propaliren; reliqua sunt Legis manifestæ.

CAPUT X.

De Jurisdictione Aulicâ, quoad Causas Justitiæ.

ARGUMENTA.

Supremæ Jurisdictionis & Potestatis Cæsareæ unica mensura *est, plenissimum esse & sine terminis, nisi mensura & termini ex Legibus Publicis & Capitulationibus probetur.* 1.

Eadem, Judicii Aulici, *quoad* Substantialia. 2. *sed* in modo expediundi, *diversa Principia* Causarum recipiendarum, *& semel* receptarum gubernandarum. 3. quoad illas, *nemo audiendus, nisi Jurisdictionem fundaverit.* 4. quoad has, *indulgendum valori Processus, quoad Lex interloquatur.* 5.

Sententia, de Exercitio supremæ Jurisdictionis in & ad Imperium, pertracto, Rei, Evangelici & Reformati. 6. *Exinde tamen, ob argumenta Authoris ludicra*, num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. *solidissimè profligata, non Dæmoniaci, neque Diaboli.* ibid. *Varia & vera conditio in gratiam utriusque partis descripta.* 15.

Regula supremæ Jurisdictionis pessimè, negativè concepta. 16. *unde necessaria reformatio facta.* 17.

In causis L. Diffamari, ad utriusque Judicii effectum immedietas utriusque partis requisita: reliqua suis ordinariis Judiciis remissâ. 18. *adversus errores Pragmaticorum.* 19. *cujus curæ Sententiæ rationes redditæ.* 20.

Vers. Es ist aber diese *Materi &c. &c.*

Anfänglich / und bey dem Eintritt derer in diesem und nachfolgenden Capit. vorgebrachter weit außsehender / aber doch sehr nützlicher / und zu Zeiten ad Historiam & Forum viel dienender Fragen / erachten wir nöthig zu seyn / ein vollständiges *Prin-*

p. 81. lit. 1. Vera, una, & solida supremæ Jurisdict. æstimandæ fundamenta in Sacr. Cæs. Majest.

Principium expediundæ supremæ Jurisdictionis zu setzen; welches
1. dieses ist: Daß/ wo *de fundanda Jurisdictione*, gleichwie allhier geschiehet/ gehandelt wird/ und von der Röm. Kayserl. Majestät allerhöchsten Person selbsten/ und dero Kayserl. Macht/ Amt und Vollkommenheit die Rede ist/ je und allezeit/ ohne Unterscheid der Personen und Sachen/ vor dero ungemessene Macht und *Justitz*/ ohne einige Maaß und Ziel Vorschreibung/ zu *præsumi*ren und zu *judici*ren seye; so lang und viel/ biß aus des Heil. Reichs *Constitutionen* und Ordnungen/ oder denen Wahl-*Capitulationen*, daß sie sich derselben unumschränckten *Jurisdiction*, entweder *ratione Personarum*, oder *Causarum*, oder aber *ratione Formæ & Modi Expeditionis* begeben und *renunciirt* haben/ *in* und *ad Literam*, und nicht durch *Argumenta*, sie haben Namen wie sie wollen/
2. deutlich und rechtlich bewiesen werde. Wann aber dero Hochpreißl. Kayserl. Reichs-Hof-Rath und dessen Macht und Gewalt zu æstimiren; alßdann zwar ein ebenmäßiges/ so viel die *substantiale* Art und Eigenschafft der *Jurisdiction* be-

Ex Consilio Imper. Aulic.

3. trifft/ zu constituiren; *Quoad Modum expediundi* aber/ und da demselben gewisse Gesetze/ nach denen Er sich zu richten verbunden ist/ von Kayserl. Majestät vorgeschrieben worden/ zweyerley wohl und gründlich zu ponderiren: Nemlich/ dasjenige/ was Causas recipiendas anlangt/ und dann/ was in receptis gubernandis & definiendis zu observiren; Bey jenem diesem nach als
4. eine unbewegliche Regul und Richtschnur dieses zu achten; daß kein *Supplicant* mit seinem Begehren gehört/ oder/ an Seiten des Hn. Richters/ *in recipiendis Causis* das geringste erkennt werden solle/ so lang und viel/ biß jener *Jurisdictionem Judicii* genugsamlich seines Orts *fundi*rt/ und sothane *Fundation à Dn. Judice* vor genugsamst und *sufficient* geachtet
5. worden; Wann aber die Sache einmal/ nach genugsamer Uberlegung/ angenommen worden; alßdann im übrigen dem Hochpreißl. Kayserl. Reichs-Hof-Rath weitere Maaß noch Ziel *in Modo Procedendi* und *Definiendi* gantz nicht vorzuschreiben oder an Hand zu geben/ (R. H. R. O. *tit.* 2. §. So wollen Wir auch ꝛc. 7.) sondern den Rechten und Officio supremi

supremi Judicis sive arbitrio heimzustellen; es wäre dann / daß die Cammer-Gerichts-Ordnung gar wohl *proportionir*lich Platz haben könte und müste / und endlich hierauff nach denen vorgeschriebenen scharffen und edlen Principiis Judicandi in *tit. 1.* R. H. R. O. (NB.) §. Und weilen dann allein Uns / ꝛc. *15.* zu debattiren seye. Welche genau untersuchte Principia wir so wohl in denen Legibus, als der diesen entgegen gestellten Praxi, de facie ad faciem, aller Verblendungen und nebenseitigen Einbildungen ohngeacht / gegründet / gantz ähnlich befunden / und anderwärtlich vollkommentlich und außführlich bewiesen haben. *Vindic. tit. 1. num. 18.* & *tit. 25. num. 6. 9. 21. 41. & pass.* in *Not. ad Tennagel. pag.* (*edit. ult.*) *465. num. 9.*

Vers. *Nonnulli quidem in eâ &c.* — p. 81. *lat.* 1.

6. *Non videri, Protestantes in defensione Opinionis Historicæ Dæmoniacos fuisse.*

Nescio quidem, cum quid veri, Amoris in Patriam, Felicitatis Literarum olim ad hanc Controversiam, quam iracundè & extra se emotus Author dejerationibus expellit, contuli, num rem acu tetigerim. (*Vindic. tit. 4. princ.* & *tit. 25. num. 41.*) Id autem scio, neque *Evangelicos*, cum modeste & sobrie diversam ab Authore Sententiam in causa Donawerthensi, neque *Reformatos*, cum in Comitiis Anno 1613. cum illis juncti, idem probarent, tanquam *impios Cæsareæ Majestatis destructores, DEI Majestatem æternum gehennæ cruciatum bene volvere compulsuram.* Bona verba, *quæso!* Contentio mere Historica est, neque ita abominabilis, &, si multum detestatus est: composita jam, neque cum Sacratiss. Cæsarearum Majestatum ullo damno, aut iniqua conditione, maximis etiam Europæ Principatibus aspernanda. Scio & illud: *Argumenta Authoris ad percellenda prosperè quondam à Statibus cum Maximiliano I. gesta, & Justitiam supremam sub titulo & Majestate Cæsaris in & ad Imperium pertractam, suis Legibus singularibus, omniumque Ordinum coninspectione firmatam, inculpandam mordendamque prorsus nihil, aut nimis debiliter, agere.* Nam (1.) Recess. Imper. *1512.* §. Zum Dritten ꝛc. *8.* arguit quidem, causas multifariè ad Aulam decidendas delatas esse; sed isdem non minus arguit, fuisse causas

7.

8.

Cæsar. Majest. reservatas, scil. in puncto Pacis Publicæ conservandæ; quomodo enim, si Causæ Justitiæ fuissent, easdem ad Regimentum remittere potuisset? arguunt & acta, si Causæ Justitiæ ibidem receptæ, eas vel ex officio ad Cameram remissas, vel Jurisdicundi ausum pro-
9. testatione interposita à Statibus elisum. Et (2.) Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 2.* ipsissimis iis verbis voluntatem Cæsaris declarat, scil. se omnes Causas Justitiæ & summam Jurisdictionem suam in & per Cameram
11. 10. expediturum, non alibi. Et (3.) inferius expediri poterit. Et (4.) *quid adfert textus ad novissimum Statum pertinentes?* nobis *de senili tempore* ducentorum fere Annorum res est: *Et jam quidem scena mutata est;* Responsum etiam Saxoniæ Electoris Legatis Palatinis datum ad meditamenta Bellorum Civilium & Rempublicam se ipsam
12. turbantem, pertinet. Et (5.) Causis Status magis, quam Justitiæ communis est; si minus, quis negaſſit, Judicium Aulicum tunc suas vires
13. recuperâsse. (6.) Non conducit, quod de Maximilianis I. & II. affertur; cum id magis pro efferenda Camera Imperiali, quam Aula fa-
14. ciat. Sed alterum (7.) *vers. Denique &c.* ut in puncto Juris, æqui-
& tatis & dignitatis egregie concludit, ita nihil ad factum, in quo quæritur: *Utrum duo Suprema Judicia tum constituta aut permissa sint? & quid in facto gestum sit?* num, *quid ad illud prius juris punctum fa-*
15. *ciat?* confert. Et summariter dicemus: *Consilium Imperiale Aulicum,* juxta textum in R. H. R. O. *tit. 2. §.* So wollen Wir auch 2c. *7.* & *tit. 1. princ.* ab omni ævo in causis Status & Justitiæ ipsi commissis integrum & inviolabile fuisse, *circa Annum 1495. verò multum humani passum; Justitiamque ibi, sed non in forma Tribunalis Justitiæ, quatenus Regimini Status in aliquibus innexa fuit, administratam, reliqua ad Cameram remissa;* sub Carolo V. iterum pristinas vires dignissime & salutariter recuperasse, hucusque possedisse, possidere, & in posterum possessurum, neque Ferdinandéa verba ullatenus lacessenda. *Ita nimirum arduum, insolens, nec, quod assequare, opus esse Summis Principibus, commissos suos errores, & Maximilianum manes suos immaniter passum, popularibus coram confiteri.* (*Discurs. de Peric. Justit. tempore Interregn. §. 12. & 13.*)

Vers.

Verſ. *Ut autem ad propoſitum &c.* p.81.lat.1.

Qui Noſtra fœcunde edita Scripta legent, memorantemque, quantæ confuſiones Jus Camerale ob propoſitam regulam Jurisdictionis Cameralis fundatricem *negativam* in Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 1. & 2.* donec ad affirmativam, in *tit. 27.* proventum fuerit, afflixerint, audire dignabuntur; ſummo merito has traditiones Authoris negativas, & regulam in ultimis collocatam indignabuntur, omnis abſurdi & heterocliti genetrices. Maneat omninò nobis, (*Vindic. tit. 25. num. 60. 61.*) ut Anteceſſoribus, Regula: *Auguſtiſſimo Judicio Aulico competere abſolutam & indefinitam Jurisdicundi poteſtatem, in omnes, & de omnibus, juſtam.* R. H. R. O. *tit. 2. princ. niſi reſtricta, Legibus Imperialibus, vel Voluntate Cæſarum, probetur,* quam reſtrictionem ut & formam expeditionis ex Inſtrum. Pac. *artic. 5. §. Quoad Proceſſum Judiciarium &c. 55. & ſimil.* Ordinatione Cameræ, & Capitulationibus, derivari, æquum eſt, quàm male verò in *verſ. Quoties &c.* omnia negativè, in *ſeq. verſ.* Es iſt aber ꝛc. affirmativè & *paſſ.* ἀμφιβόλως & jamjam confuſe concipiantur, res loquitur.

16. Forma Jurisdictionis non negativè, ſed affirmando concipienda.

17.

Verſ. **Es iſt aber ꝛc.** ibi: *Quandoque tantum ejus &c.* Ibid. lat. 2.

In cauſis L. Diffamari *non ſufficit* (ut ſufficere male putat Author) *tantum ejus, qui primum agit & ad Judicium provocat Immedietas*; ſed requiritur, utriusque, tam Diffamantis quam Diffamati, ad effectum ſcil. utriusque Judicii, Diffamationis & Cauſæ Principalis. *Nam ſi Diffamans ſit Mediatus,* Judicium ſuper Diffamatione, & quæſtio, an illa facta? cum Jure præfigendi Terminum ad agendum coram Judicio ordinario Cauſæ Principalis, Judicio Aulico vel Camera, aut imponendi perpetuum Silentium ad Magiſtratum mediati illius pertinet. *Si* verò *Diffamatus ſit Mediatus, Diffamans verò Immediatus,* econtrà, Judicium, uti dictum, Diffamationis in Judicio Aulico vel Camera cum connexis, Cauſa verò Principalis coram ordinario Mediati Judice ventilabitur: *Si utrique Mediati,* utraque Judicia ordinariis ſuis Judicibus juxta Jus Commune, ex quo Actor Forum Rei ſequitur, & Ord. Cam. *part. 2. tit. 25. verſ. ult.* reliquentur. Quod adverſus Errores Pragmaticorum notandum, licet ille, & ſimiles, Errores Jus feciſſe velint. Mynſing. *centur. 5. obſervat. 81. num. 4.* Gail. *lib. 1. obſervat. 10. num. 1.* repugnantibus, ſenſu Ordinum Imperii, & Aſſeſſoribus Cameræ, juxta Ordinationem (ſecus enim exiſtimatum, de Analogia

18. Conſtitue L. Diffam. convulſa ſed reſtituta.

19.

 Juris

Juris Communis, in Consultatione 26. Septembr. 1665. habita) Vota dantibus, juxta ea, quæ apud Roding. *lib. 1. tit. 14. §. 4.* post Gylmann. *in Præjudic. Cam. verb. L. Diffamari, verf. Lex Diffamari etiam.* subverti Jurisdictiones Ordinariorum per Evocationes Mediatorum contra expressum, &, ne Judicibus memoria elaberetur, *in fronte fundandæ* Jurisdictionis & formandæ Ord. Cam. *part. 2. tit. 1.* positum textum; confundi etiam duo prorsus inter se diversa Judicia, Diffamationis alterum, alterum Causæ Principalis; qua notorie se inter Petitionis, Processus, & finium ad quos ratione different, rigide & rectè dicentibus: toleraturis tamen, si contrarium in Ord. Cam. *1555.* verbotenus, & *privativè*, quoad Mediatorum Judices ordinarios, dictum, demonstraretur: quod factu impossibile esset, ad Mynsing. *centur. 6. observat. 90.* Tennagel. *de decernend. Process. class. 2. cap. 8. num. 2.* Authorem ipsum *infr. Cap. 10. pag. 99. artic. VIII.* & Nostra *ad Ordinat. Cam. Veterum, part. 2. tit. 25. num. 12. lit. a. b. c. d.* plura dicturi, cum *ad l. si contendat. D. de Fidejuss.* nam in hâc quæstione quædam secus se habent, agemus.

20.

SECTIO I.

De Causis Justitiæ, Jurisdictioni Aulicæ propriis,
nec Cameræ Spirensi communibus.

ARGUMENTA.

In hac materia Status, causam causæ esse etiam causam causati, *dicere, insolens dictu.* 1. *& insidiosum.* 2.

Causæ Italicæ *suâ naturâ Cameræ communes, sed ex usu sequiori singulares factæ.* 3.

Exteri *nullis Processibus, imò nec Promotorialibus ab Imperio exagitandi.* 4.

Rerum *Jurisdictio nulla; sed* Causarum; *&, quid* ratione Rei *fundari?* 5.

Causis Spiritualibus, *tituloque formidabili funus ductum.* 6.

Judex Statuum in Causis Matrimonialibus, CÆSAR. 7.

Ubi Judicii Cæsar. Aulici Jurisdictio solidè fundata est. 8.

Ratione Personarum plenissima expeditio allata. 9.

Modus etiam Expeditionis integrè delineatus. 10. *tam in causis Simplicis Querelæ.* 11. *quam Appellationis, ubi tardior assensus.* 12. *cum* Runckelio *jurgium, & Ysenburgicæ litis eventus.* 13.

De

De Feudis Regalibus *cognitio Judic. Aul. adſerta.* 14. 16.
Ita & Interpretationes Literarum Inveſtituræ, communes. 15.
De Feudis & Bonis Principum Regalibus Judex in omnem partem nominatus. 17.
Vigore Etcæterationis *in Ordinat. Camer. uſurpatæ poteſtas Jus dicendi de* Baronatibus *Cameræ non adempta.* 18.
Perſonarum Honor vel Ignominia ridicule ad effingendas dychotomias in ſcenam traducta. 19.
Seſſiones in Comitiis *ad Comitia,* 20. *non ad Auſtrægas, relegatæ, cùm informiter concipiantur.* 21.
Cognitio de Libellis famoſis utriſque Supremis Judiciis adſerta. 22. 23.
SATYRA CRIMINUM ILLUSTRIUM. 24.
Confiſcatio der Pfenning *non rectè huc relata.* 25.
Nec Juris Monetandi ereptio. 26.
Francofurt. ſingulare Jus nullum, ſed IV. Electoribus ibidem. 27.
In reliquis unicuique Statui in ſuo competens Jus. 28.
De Teloniis Electoralibus, anxia quæſtio: remiſſ. 29.
Tutelæ Liberorum Præfectorum Poſtæ quò pertineant? 30.
Judicium Rotwilenſe *falsè exemptum Superioritati Camerali, extra duos tenues caſus.* 31. *ideoque refutatis quisquiliis.* 32. *iteratò illi ſubditum.* 33.
Litteris Cæſareis ad Camer. *contemptim nomen* Promotorialium *inditum; neque illis adeò tenuis reſpectus vel authoritas.* 34. *per differentias Literas Cæſar. & Judic. Aul. rancor infidè preſſus.* 35. Unde plenarie materiei traditio. 36. *offenſo honore ipſis generaliter habito.* 37. *& ſpecialiter, in Cauſis, ſalvo Jure Imperii, commendatis.* 38. *ubi blanda vis illata, ſepoſitis.* 39. *& fatis temporum omnia temperantium.* 40.
Jurisdictio Aulica ordinaria, vel delegata: 41. *Delegationis indicia non ſatis fortiter expuncta.* 42. Mortuoque Cæſare tam Jus ipſum, quam Exercitium Juris defuncta ſunt. 43. *nec ceſſatio illa ſpontanea.* 44. 45. *fatum Dependentiæ periculosè tactum.* 46. *& denique* jugulum Jurisdictionis Aulicæ, *tanquam à Lege Publica, & conſequenter, ab* Imperatore & Statibus ſimul *dependeret ſævè* petitum, & præciſum; *quod ab Authore fieri nequaquam debuiſſet.* 47.

Pericu-

pag 83. lit. 2. princ.

1. Causam causæ non constitutus Politicus causam causati.

PEriculosa res est, & in ancipiti, dicere: *Causam causæ esse etiam causam causati.* Nam neque Jurisdicundi facultas, modus, ratio, fines, in Judicio Aulico, ex causa causæ ullo modo ex Electione pendent; *neque*, certissimè, *causati alia causa præter solam Cæsar. Majest.* quæ Judicio Aulico, suâ Potentia, suâ Lege, *& neutiquam ullus alius, nedum Electio vel Electores, vel Status Imperii*, vel immediatè, vel mediatè, ut *primæ* Causæ, alterius *secundæ*, hanc facultatem Jure Gentium Regio, sive Imperii Romano-Germanici Civilis Publici Imperatorio, suprema, independens, & neminis debitrix, contulit.

2. *Nam*, si ad has insidias formulas dilaberemur, Judicium Aulicum idem cum Cæsare, quod absurdum; num enim sibi ipsi Legem dare vel voluit, vel potuit? & illius in potentiæ partem adsciceremus socios fortè futuros Status, aut, si parum est, Electores, quod, si quicquam est, supremæ in terris Majestati adversum.

Ibid.

SUBSECTIO I.

3. Causæ Italicæ.

Cum itaque *Causæ Italicæ* non Jure scripto aliquo, sed Consuetudine aliquâ & Observantiâ ab Imperialis Cameræ Judicio, paulò ante excessum Caroli V. ut puto, se subduxerint, quod & verum est, cur id ipsum inter rationes capitis diminutionis Cameræ computaverit, & honoris decessum arguerit superius Author? non deprehendimus; erratum est.

Ibid.

SUBSECTIO II.

4. *Exteros Imperio non subjectos, nullis omninò Processibus exagitandos, & nec Promotoriales quidem ad ipsos decernendas esse, sed solas Subsidiales*, de quibus infrà, verum est. Namque *Promotoriales* in se intendunt effectum devolutivum Causæ ad Suprema Tribunalia, & jussum administrandi Justitiam, sub tacitâ comminatione præjudicii decernendæ Citationis super denegatâ Justitiâ, eâque decreta, causam ex officio sibi recipiendi; quod fieri salvo illo Jure, quo Gentes & Populi inter se utuntur, neutiquam potest.

pag. 84. princ.

SUBSECTIO III.

Princ. *Rerum Jurisdictio &c.*

5. Nemo Pragmaticorum ita hucusque locutus fuit, sed *Causarum*

Cogni-

Cognitio &c. Et cum *RERUM*, titulo utuntur, fundationem Jurisdictionis Aulicæ *ex qualitate ipsius Rei vel fundi*, ut in Causis Feudalibus, indigitant. Neque tamen hîc omninò prosperè.

Vers. *Spiritualium, &c.*

Ibid. 6. Caus. Spiritualium, tituli reverendi, & nauci.

Nemo tersioris Ingenii & Literaturæ *CAUSAS SPIRITUALES* ad nostra usque tempora in Foro toleravit: & quid sibi vult illa *Spiritualitatis* larva, certè non territura Homines Seculares, neque id spectri reverituros? quid Spiritus & Matrimonium? quid invisibile, & id quod corpore in corpus tangi potest? quid illarum næniarum jam ab atavis expressa decantatio? neque certæ Causæ Matrimoniales, si Titulum *Ecclesiasticarum* manutenere poterunt, plus rationis habebunt, se in *Spiritualia* inserendi, *pavidamque Plebem territandi minaciis*; (Marcell. Palingen. *in Zodiaco Vit. Human.*) ne illis, ridicula theatrali Spirituum larvâ detractâ, pannosum Secularium indumentum, ut sæpè aliàs, injiciatur, Foroque Seculari penitus, ut æquum est, subdantur, de qua ludicra titulatura fusius scripsimus adversus *Processs. Informativ. Informat. cap. 1. pag. (edit. ult.) 27.*

Verb. *Ut Causarum Matrimonii, &c.*

Ibid. 7. Judex Statuum Imperii in Matrimonialibus Cæsar.

Injuriam, ut credo, tempori Lectorique facerem, si, quæ tribus jam vicibus, *de Judice Statuum Imperii in Causis Matrimonialibus, SACRATISS. CÆSAREA MAJESTATE*, perscripsi, verbo uno repeterem: videantur *Vindiciæ* nostræ, *loc. infrà citand. Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat.* & *Process. Informativ. Informat.* Nunc ergò singulariter *Potestatem CELSISSIMI JUDICII AULICI in cognoscendo DE CAUSIS MATRIMONIALIBUS CIVIUM IMPERII* trademus. Idque fiet, si quæstionem *An? à Personis, & Modo expediundæ Cognitionis* legaliter discreverimus: Et in quæstione, *An omninò præmentionato Celsissimo Judicio Judicatura in Causis Matrimonialibus asseri possit?* affirmativa certè certissima ex Lege commissæ Jurisdictionis universali R. H. R. O. *tit. 2. princ.* ibi: Und in Summa, was nach der unfehlbaren Justitien dirigirt und decidirt werden solle / ꝛc. & in Lege non inducendæ in Germaniam barbariei, sive Juris omnium in omnes, sed servandi decus Familiarum publicum, honestatem Thori

8. Et Judicium Aulicum.

Conjugalis, administrandi omni Imploranti Justitiam, neque constituendi casus neminem Judicem effroeni licentia passuri &c. fundata erit, & legitimè fundata est *Nec quid ultra moror* argumenta Authoris nisi quod producta in hanc rem allegatio R. H. R. D. *tit. 1. §. 15.* verb. Geistliche oder Weltliche (scil. Personen) deformior sit, quam ut ferri possit, etiam ab ipso Authore sui malè memore, contra Zieglerum inferius, *Cap. 10. pag. 147.* ineptissima esse, dicta: *quis enim non videt*, inquit, *hæc Vocabula non referri ad Actiones vel Petitiones, sed potius ad Personas &c.* Ratione Personarum; sunt Litigantes vel *immediatè*, vel *mediatè sub Imperio*; *Mediatas* semovebimus, ex Ord. Cam. *part. 2. tit. 1.* *Immediatæ*, vel *inter se invicem* experiuntur, vel *mediata contra immediatam*; & utroque casu Persona conventa Rea vel *ab antiquo legitimum Judicem in hisce Causis agnovit*, vel *minus*. *Si prius*; causa ex recepto & præscripto quasi Gentium Jure ad Judicem ab omni quasi ævo agnitum (& NB. non noviter insidiosè ad denegandam Justitiam sumptum) scil. Rei pertinebit; quisquis etiam ille sit; modo aliàs in Possessione vel quasi Judicandi fuerit; *quando verè non*, aut etiam quando opponuntur Exceptiones Petitorium & Possessorium simul concernentes, neque unquam definiendæ, *ad Judicium Aulicum*: Ita & *in altero casu*, scil. nunquam agniti Judicis cujusdam specialis, & maximè ratione famosarum Exceptionum repudiati, ad *Idem*; quia pendentibus talibus Exceptionibus, nunquam certè definiendis, Juri quasi Naturæ congruum est, adiri Supremum Jurisdictorem, nulla unquam, nisi ipse Cæsar esse desineret, vel Imperium ad Latrocinium rediret, Fori declinatione attingendum, ejusque Commissarium universalem ad lites decidendas datum & ordinatum, scil. id, quod diximus, *Celsiss. Judicium*

9. Expeditio plenaria ratione Personarum:

In ratione & modo expediundæ Cognitionis considerabimus: *Utrum hujus generis lites eò per viam Simplicis Querelæ delatæ fuerint? an* verò *per viam Appellationis? Priori casu*, id acciderit, vel *factâ imploratione*, vel *ex officio suæ Majestatis*; atque *hic* pro modo Majestatis providebit Cæsarea Majest. non tam ut Judex tantùm, sed vel maximè, ut supremus Magistratus; cujus curæ est, ne quid Familiæ Principum vel aliæ excelsæ Dignitates detrimenti aut iniquioris famæ vel turpitudinis contrahant patianturve, concessâ Commissione ad

10. Et Modo Expeditionis.

11.

ejus-

ejusdem Status & Religionis, cujus Litigantes erant, Ordines. *Imploratio* verò *Partis*, si *ad Commissionem directa est*, concedenda: *Si ad viam Juris ordinariam*, Lis juxta Instrum. Pac. *artic. 5. §. Visitatio Consilii Aulici &c. 56.* terminabitur. *Posteriori casu*, censet, in effectu, Author: *Causas Matrimoniales esse appellabiles, easque tum ad Cæsaris Aulam transferri posse.* Cui quidem nullatenus contradicendum; quis enim antequam Camera hisce causis abstinere jussa est, vel nunc Implorationem Superioris, ubi illæ, parum abest, Secularibus coæquatæ alicubi cernuntur, denegaverit; sed nos hîc nihil, nisi in facto visis Judicibus à quibus & Partibus utrisque, vel consilio, vel definitione, qualis omnis periculosa in Jure esse solet, valere volumus. Quales controversiæ licet de Jure esse videantur, plurimum tamen facti habent. vid. dicta ad Magenhorst. *Ordinat. Cam. part. 3. tit. 26. num. 10.* Circa *Causam Ysenburgicam Runckelium*, in Matrimonialibus maximè bonum Virum, rectè refutat; Cur autem Author ultimam Sententiam Cameralem de 4. Februar. 1670. totiusque quasi litis diremptricem, quæ ipsi non poterat non ex Archivo Ysenburgico cognita esse, non adjecerit? viderint, qui noverunt. Statuum Causæ integrum exhibuimus in *Satyra Connub. Illustr. exempl. 1. Reb. in Cam. Judicat. num. 277. Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat. cap. 27.* & *Process. Informativ. Informat. cap. 1. pag. (edit. ult.) 26.* Et his dictis allegatisque, liceat nobis discedere!

12.

13.

Vers. *Feudalium, Regalia Feuda concernentium, &c.*

pag. 85. lat. 2. in fin.

Sanè, si *Cognitio de Feudis Regalibus*, ut rectè Author adserit, ad Celsiss. Judicii Aulici Assessores, utriusque Scamni illustrissimos & illustres pertinet: Quorsum eam supra & infra *Cap. 12. sect. 1. subsect. 4. num. 4. pag. 156.* illis ademptam ad Comitia propellit, privato ausu, & iniquo arbitrio? Ast, quod *Interpretationes & Declarationes Literarum Investituræ*, der Lehen-Brieff disertè Cæsari reservat, & consequenter tam Judicio Aulico, quam Cameræ effectivè adimit, id, nisi juxta ea, quæ quondam in *Process. Informativ. Informat. pag. (edit. ult.) 15. 16. 35. 36.* diximus, intellectum, errat.

14.

15.

Vers. *Ut autem sola &c.*

p. 86. lat. 1.

De Potestate Judicandi *de Feudis Majoribus & Regalibus* disputantes olim Catholici & Evangelici nonnulli, cum Reformatis, atro-

16.

Feudalia, & Bona

Principalia discreta.

atrociter vim Reipubl. in discrimen demisêre. Nos, ut solemus, breviter: Cum itaque causa vertitur in lite, concernens Successionem in Bona defuncti Electoris, Principis aut Comitis &c. vel *de ipso habito Feudo Regali Principatu, Comitatu &c. Actio instituitur*; vel *Bonis cæteris relictis*. Et *priori casu* solus Cæsar judicaturus erit; *posteriori*, aut *Judicium Aulicum*, aut *Camera*. *Illo quoque*, sive agatur in Petitorio sive Possessorio, sive agatur de universo Principatu Comitatuve, sive parte ejus; nam, etiam parte petitâ, non alteratur Nota Characteristica Jurisdictionis, sive Summi Imperii Fundatrix; neque ab Interpretibus sua Commentatione derogari potest illi, qui Jure Regio Communi defensus, Legem quoque generalissimam, nulli limitationi obnoxiam, Statibus objiciendam in suis partibus habet, ut post Reinking. apud Dd. Juris Publici hæc incumulatissimè videri possunt.

17.

pag. 86. lat. 1. princ.

Vers. *Includuntur etiam &c.*

18.

De Baronatibus cognitio Cameræ restituta.

Sed illud non minoris momenti est: *Num sola Sacr. Cæsar. Majest. exclusâ Imperiali Camera, argumento textus in Ordinat. Camer. part. 2. tit. 7. & adjectæ Etcæterationis, in Causis Baronatuum, & quorumcunque tandem Feudorum Superioritate seu Regia Dignitate insignitorum Judex sit?* Ut id quidem, capturus Aulæ favorem, Author hîc defendit. Gelido ad id *Etcæterationis* argumento perductus: Expressissent mehercle cum Cæsare Status omnia indifferenter Feuda Regalia, si non illis animus fuisset, cognitionem illam *SUÆ* ab ipsis conoccupatæ Cameræ relinquere; lentissimè Cæsares privativo quoad Status & Camer. arbitrio quicquam concedere adsoliti: Et cum de *ETC.* contenditur, nunquam unquam id verbuli argumentum facti ad disparia & inferiora præjudicialis descensûs apud Germanos fuisse, sed ad paria, similia, & eâdem Superioritate & Dignitate ab antiquo usque æstimari solita, ut sunt Ducatus, Marchionatus, &c. Quando etiam de Praxi quæritur, Authorem Voto sui decidisse, deducunt, ex causa der Herren Grafen zu Waldeck contra - - - die Baroni Wittem betreffend / & pluribus aliis.

pag. 86. & 87. lat. 2.

Vers. *Ex Allodialibus &c.* & Vers. *Porrò ad Honorem &c.*

19.

Ridicula profectò sunt, quæ hîc dicuntur, *de Personarum Hono-*

Honore aut Ignominia ad Allodialia pertinente; Et iterum absurdius: *Controversias de Oppignorationibus Feudorum Imperii, ratione Dotis, Donationis propter Nuptias, aut Dotalitii, Honores concernere;* qualia omnia tam in dychotomicis detortis formalibus, quam & ipsis materialibus falsa sunt; quis etenim Tyronum non novisset; has Controversias Cameræ communes esse, extra punctum Reluitionis Hypothecarum Imperialium, sive der Reichs-Pfandschafften; qui singulari suo Jure concluditur.

Vers. *Controversiæ &c.* & Vers. *Imò, quandoque &c.* — *d.p.86. & 87. lat. 2.*

20. Quod verò ad *Sessiones in Comitiis;* cum punctum Justitiæ immediatè non, sed Status tangant, suis Judicibus meritò relinquuntur. E. F. von Herden Grundfeste (NB.) *part. 3. cap. 7. pag. 290. & 62.* 21. Sed eas lites à Cæsar. Majest. sæpius *Austrægis* committi, Jus tamen decidendi soli Cæsari remanere, id tam in se, quam in circumstantiis, Austrægæ enim suo Jure cognoscunt & decidunt, nullius in Juribus Imperialibus præscriptis pridem exequendis, debitores esse volentes, protinus erroneum est; ut Author fatebitur infra *Cap. 12. sect. 1. subsect. 1.*

De Interpretationibus Privilegiorum, Cameræ (contra Authorem) *non adimendis,* proximè jam diximus.

Vers. *Ignominiam Personarum &c.* — *d.p.87 lat. 2. in fin.*

22. Ad quos, quæso, fines ita deridet Author textum in Recess. Imper. *1570.* (non *1579.*) §. Darum gebieten ꝛc. *159.* verba: Von uns gestrafft werden/ ut cognitionem de Libellis famosis, ordinariis Magistratibus administrationem Juris & Justitiæ differentibus, ad Fiscalis Cæsarei Implorationem Cameræ ab omni ævo communem convelleret & abrogaret? Nunquam certè crediderim, ipsum Cæsarem in Persona, uti Author interpretatur, his quisquiliis rescindendis vacaturum: Et si non: 23. *Quis ejus ergo nomine? Num sola Aula Cæsarea?* Non certè; sed *Camera Imperialis;* ita explicante textu Ordinat. Polit. *1548. tit. 34.* §. Wo aber einige Obrigkeit ꝛc. *3.* Ordinat. Polit. *1577. tit. 35.* §. Wo aber einige Obrigkeit ꝛc. *4.*

Vers. *Causæ Criminales Statuum, &c.* — *p.88. lat. 1. princ.*

24. De famosâ hâc disceptatione in *Satyrâ Criminum Illustrium* sive

Criminum Illustrium vindex, Cæsar. Majest.

sive *de Periculis Vitæ & Famæ Personarum Illustrium, remoto Judice*, CÆSARE ex professo locuti sumus: Et id equidem Authori facile cessit, refutare adversæ, si modò est, partis Errores, sanæ rationi adversantes: Argumenta verò necessariò pro *Sacratiss. Cæsar. Majest.* concludentia in simili adduximus, non indecorè hùc applicanda in *Vindic. tit. 27. num. 182.* in *Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat. cap. 27.* in terminis autem in *Process. Informativ. Informat. cap. 1. pag. (edit. ult.). 25. 26.* Ubi, cum, more nostro, breviter, sed ingenuè de his dixerimus, ibidem de Causis Trevirensi, & Fürstenbergica dictis inhæremus.

p. 88. lat. 2. in med.

Vers. 3. *Confiscatio* der Pfenning ꝛc.

25. Atqui hæc in dict. Recess. Imper. *1570.* §. Da aber jemand ꝛc. *127.* Directoribus & Statibus Circuli competit?

Ibid. Vers. 4. *Coërcitio negligentiæ &c.* & Vers. 5. *Juris Monetæ ereptio, &c.*

26. Has utrasque causas; *ibi*, per viam Mandatorum de Exequendo Constitut. Imper. de Re Monetariâ factas Sine Clausula *hìc*, per Citationes ad videndum se incidisse in Pœnas Constitut. Imper. & se Jure Regali Monetandi privari; pessimè negat Imperiali Cameræ Author; ut multa alia. Et, amo te, *si tum Judicium Aulicum præferendum, hæc excludenda fuit, cur in nullo superioris Seculi Imperii Recessu illud ipsum Legibus Publicis inseruit Cæsar & præsentavit Imperio?*

Ibid. Vers. 6. *Sic etiam, si quid in Nundinis Francofurtensibus &c.*

27. Monetariæ quæstion. earundemque Judices vel Execut.

Hujus Legislationis & Confiscationis notabile exemplum constituit dicta Respublica in Nundinis 1689. & 1690. adversus eos, qui scientes prudentes, neque sine lucello, ejusve spe, Gustavi, *Comitis in Sayn, Wittgenstein*, &c. toties diffamatos devalvatosque Florenos ad 60. Crucig. in Commerciorum intolerabile damnum in vulgus disseminaverant. Addit Author: *In cæteris autem Civitatibus Imperialibus Imperatori solùm competit.*

28. Id verò falsum esse citat. Recess. Imper. 1570. per singulos hujus materiei Articulos evincit. Competit enim id Juris, sicut in Circulo Rhenano Electoribus quatuor & Reipubl. Francofurtensi; ita & reliquis Electoribus Saxoni & Brandenburgico, in suis Territoriis, dict. Recess. §. Dergleichen Anstellungen/

gen / ꝛc. 149. atque consequenter ex Jure Publico Imperii, *unicuique Statui Imper. in suo fundo,* exclüso, usque ad evenientem manifestæ negligentiæ in exequendis Imperialibus Decretis, superiore tertio. Quomodo autem in hisce & similibus causis Author Jurisdictionem ex capite Ignominiæ derisoriè fundare velit? ipse, vel, qui eum sequuntur, viderint.

Vers. *Ex Rebus externis &c.*

d.p.88.lat. 2. in fin.

29.

Methodum ineptissimam esse, quis non videt? Sequentia, de *Teloniis Electoralibus*, non minus famosa, quam à Juris Cameralis, & Cæsar. Aulici Dd. inutiliter tractata, & pejus ab Authore delineata, nimis ambitiosa esse, neque justa & probanda, insuper etiam insufficientia, ostendunt ea, quæ prolixè, & ex professo deduximus in *Vindic. tit. 25. num. 18. 19. 20.* & singulariter in *Process. Informativ. Informat. cap. 1. pag.* (*edit. ult.*) *38.* quæ exinde utiliter, namque nos ipsos non expilamus, petenda.

Vers. *Postarum Controversiæ &c.*

p.89. lat. 1.

30. Præfecti Postarum

Ita est: Sed *quid de Tutelis Præfectorum Postæ, relictorumque Liberorum? Num illi pro Immediatis Imperio subjectis habendi?* Et, si Immediati? *Num illa Ordinatio Tutoris vel Curatoris soli Judicio Aulico competitura erit? An verò & Imperiali Cameræ?* Quod verius est. vid. Magenhorst. *ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 76. num. 1.*

Vers. *Porrò, si Judicium Rottwilense, &c.*

p.91. lat. 1. in med.

31. Judicium Rotwil. contumaciter à Cam. exemptum, sed jam subactum.

Nihil falsius unquam dictum est, (ita enim loqui, *per protervium supprimendi & domandi Cameram Imperialem contra Leges & Jura & Observantiam Imperii elocatam ostentatamque,* adacti, etiam reluctantes, cogimur) quam, *si partes Judicium Rotwilense, ut suspectum recusare, vel de protracta & denegata Justitia conqueri cupiunt, ad Judicium Aulicum Viennense PRÆCISE, nequaquam verò ad Cameram, nisi &c. illis convolandum esse.* Nihil, *inquam*, falsius! *Namque* Ordinat. Judic. Rotwil. *allegat. loc.* nihil, nisi Dependentiam Judicii & Originem ad Cæsarem refert, non verò Judicium à Camerâ eximit, omnibus Appellationibus, Provocationibus, Querelis patiendis illi obnoxium. *Et* Recess. Imper. (non 1530. sed) 1570. quid pluris dicit,

32.

quam

quam Cæsar. Majest. per suos Commissarios dictum Judicium visitaturam, emendaturam: num verò hoc, quod Author intendit, textus intulerit? *Denique*, num tale quid in Capitulat. Leopold. *artic. 18.* vel Josephi *artic. 17.* extat, quod ulla mediocriter firma consequentia illum errorem firmare possit? judicent, qui unquam illos Artic. viderunt. Manet *proinde* penes *Supremum Judicium Cameræ* de Causis Suspicionis, protractâ & denegatâ Justitiâ cognoscendi, non temeranda potestas; facessant privati, quotidiana Praxi & Exemplis convicti.

33.

dict. p. 91. lat. 1. 2.

Vers. *Non minus Literæ Promotoriales &c.* junct. Vers. **Dieweil aber / als gedacht / die Cammer zu Speyer** rc.

34.

Literarum Cæsaris ad Cameram transmissarum nomen, authoritas, & effectus.

Displicet, *Literis Sacr. Cæsar. Majest. in Processum Cameralem intervenientibus vel intercedentibus*, titulum *Promotorialium* dari; namque, nec formalia, nec eventus, scil. devolutivus pro re nata &c. ita comparata sunt, ut is ferri possit. Neque ullo modo illud: *Quod Camerales illas Judicii Aulici Promotoriales adeò susque deque habeant, ut eas sæpius nequidem legant &c. &c.* Licet enim supremum illud Conjudicium authoritatis suæ ab Imperio dependentis, uti quidem, id ita fieri, par & dignum est, retinentissimum sit, non mediocriter tamen dubito, num illud crudam hanc & inurbanam Authoris dictionem, celsissimæ civilitati ab antiquo insuetum, benigna fronte accepturum sit? Et quando inter *Literas Imperatoris*, & alteras, *Judicii Aulici* differentiam constituit, eò minus acerbitatem dicti mitigat, quo magis in vulgus notissimum est, Celsiss. Judicium Aulicum nunquam ad Supremæ Jurisdictionis Administratorem Collegam Literas scripsisse, vel scriptas obsignasse; &, quæ transmittuntur, sub Cæsaris Nomine scribi, subscribi & signari; adeoque non indifferenter ad Acta reponi curari, aut protestatione domestica mulctari posse. Cum proinde hoc negotium altioris indaginis sit, nec sordido silentio prætereundum, præter fusè scripta in *Vindic. tit. 25. num. 21.* singulariter de his Literis stylo, quali etiam textus loquitur, Germanico, trademus: **Daß nemlich diejenige von Kayserl. Majestät an das Kayserl. und des Heil. Reichs Cammer-Gericht in** *Justitz*-**Sachen abgelassene Schreiben /** *universaliter* **in allergröstem** Respect **jederzeit gewesen und noch jetzo seyen;**

35.

36.

37.

seyen; **Absonderlich und** *particulariter* aber/ seynd wir zu er- weisen erbietig/ daß/ wann dieselbe **in noch nicht** *in Camera* **an- genommenen**/ dahin aber aus gewissen Ursachen allein gehöri- gen Sachen (v. gr. ex capite Litis pendentiæ, vel Præventionis) wie in Sachen Mülberger contra weyl. die Stadt Speyer zu sehen/ allwo Justitia excitirt worden; ingleichen/ **wo ein Zweiffel über** *fun-dir***ter oder nicht** *fundir***ter** *Cameral-Jurisdiction* **gewesen**/ und Ihro Kayserl. Majestät dazwischen gekommen; **oder Sie eine** *Information* **über den** *Statum Causæ* **begehret**/ in dem Werck be- hutsam/ in regarde des allgemeinen Reichs-Nutzen oder rationis Status, zu verfahren/ bedeutet; *Maturationem Causæ recommendi***rt**; **oder nachmaln die** *Executionem* **zu** *menagi***ren** gemeynet/ & simil. solche allergnädigste Kayserl. Schreiben je und allezeit mit aller- unterthänigstem Respect auffgenommen/ eröffnet/ verlesen/ und gebührend beantwortet zu werden pflegen: Allein aber! und hin- gegen: wann etwan **bey wohl begründeter** *Jurisdiction*, und der Sachen bekandtlicher rechtmässigen Beschaffenheit/ **einige Sa- che anzunehmen**; oder **in angenommener zu** *procedi***ren**; verbotten; nicht weniger dieselbe *avoci***rt** oder **gar gesteckt wer- den wollen**; und in Summa: Wann *Suprematus Cæsar. Majest. ad importunas preces & flagitationes Potentium* denen Reichs allgemeinen *Constitutionen* und Wahl-*Ca- pitulationen* zu nah zu gehen fast gedrungen worden/ dero Befehl und Verordnung/ entweder in schrifftlicher Wieder-Ant- wort/ oder mit gäntzlicher deren Unterlassung/ allein in Senatu, juxta mentem Summi Principis interpretirt und außgelegt/ oder auff ihrem Werth und Unwerth gelassen werden müssen; wie in simili alle höchste/ ja auch Provincial-Gerichte die Jussa Principum nicht anders annehmen/ als es die Gerechtigkeit an sich selbsten leiden will. Wiewohl auch dieses zu mercken/ **daß zwischen dem abgelebten** *Seculo*, **und da man an Seiten der Stände von einem Reichs-Hof-Rath öffters fast nichts wissen/ sehen oder hören wollen/ und dem anjetzo zu End gehenden**/ da höchstgedachten Gerichts Meldung in denen Reichs-Satzungen häuffig geschehen/ und solches sine exceptione, in seiner Maaß/

38.

39.

40.

agnoscirt worden / ein sehr grosser Unterscheid / und zwar dermassen seye / daß man den in priori Seculo gebrauchten Rigorem, so viel sich füglich thun lassen will / schwinden / und etwas überhin gehen läßt; hingegen alle Civilität / als sich Rechtswegen gebühren mag / *salvo Jure Publico*, bezeuget: Wie davon an angezogenem Ort aus vielen Exempeln / und noch mehrers ex causa des Thum-Capituls zu Hamburg; Waldeck contra Ost-Frießland; Lichtenstein contra Ost-Frießland / in Additionibus zu lesen seyn wird.

p. 92. lat. 1.

Vers. *Videamus adhuc &c.*

41. *Nos non videamus; quia*, ut conjectura est, *absolutissimè jam olim vidimus* in argumentis pro Jurisdictione Cameræ ordinaria *Vindic. tit. 25. num. 7.* allegatis: Nisi, quod Author per mirabilia sese pejus evolvit, dicendo: (1.) se conquiescentiam Judicii Aulici post Mortem Cæsaris, tempore Interregni *in Cap. ult.* pro Jurisdictione delegata citari solitam, replicando infirmasse; certè, minimè gentium, ut ibidem aut scribemus, aut in *Discurs. de Peric. Justit. tempore Interregn.* scripsimus. (2.) Illam fieri non *quoad Jus*, sed tantum *quoad Exercitium Juris*, cum tamen, non manere in tali Judicio, intrinsecè, & ex suâ natura, *Jus ipsum* administrandi Justitiam, tam prima *Principia Politica*, quam constans *Aulæ Imperatoriæ Observantia*; *illa*, mortuo Principe electitio omnia Jura ipsius, & Judicia, quæcunque ipse vivens tenuit, in ipso & radicaliter extingui; Eademque, si fortè contingeret, restituta, nullo prorsus modo ex Jure continuato, sub priori quocunque & qualitercunque, sed ex Persona noviter electi constitui, in spem, si mors hujus supervenerit, similis interitus; *hæc*, omnem Senatum & Consilium protinus tolli; Consiliarios etiam Bona cum Gratia à suis Juramentis absolvi, Officiis dimitti; omniaque, tanquam post mortem totaliter, & quasi moriendo mortuam obsignari & conticescere, doceant; nisi Author Imperii Administrationem in Domo Archi-Ducali Austriacâ *hæreditariam* esse, contendat; quod Capitulat. verba magis, quam *surrogationem*, repudiant. (3.) Hanc cessationem potius videri spontaneam, quam necessariam; quod, ut patet, apertè falsum est. Et (4.) per vers. *Quamvis etiam &c.* illam, de quâ res est, Jurisdictionem evidenter magis delegatam, quam ordinariam facit, & in omnes eventus ineptè proponit & ineptius appli-

42\. 43. Mortuo Cæsare, tam Judicii Aulici Jura, quam Jurium Exercitium conticescunt.

44\. Cætera etiam infide tradita.

45\.

applicat. (5.) Denique, Sacratiss. Cæsar. eorumque Celsiss. Judic. Aulicum, Majestatem, & solitariam Juris ibidem administrandi potestatem, mordicus, per tot atrocium contentionum fata, fato dependentiæ suæ à Statibus ereptam, internecione deleturus, subdit: *Præterea Jurisdictio Aulica non competit per viam Commissionis, sed EXPRESSA LEGE:* Ita *medius fidius quod volunt, habent Status!* nam si, sive constituenda illa, sive constituta, *à Lege* est, est ab *Imperatore & Statibus* simul, neque enim solus Imperator Legem condere potest, aut Magistratum creare, cui pareant universi, *si ab utrisque simul;* Status erunt dictæ Jurisdictionis *Compossessores*, ne dicam, *Condomini.* Sed, non debebat ita Celsissimo Judicio *Quæstionem Petitorii* movere, aut nostro calculo nos *novum opus* nunciare; discessimus ergò, nec Authorem probavimus. 46. 47.

SECTIO II.

De Causis Jurisdictioni Camerali communibus sive communicatis.

dict. pag. 92. lat. 2.

ARGUMENTA.

Non benè dicitur: Jurisdictioni *communibus : sed* Judicio. 1.
Minus: de Communicatione *facta, ut insidiosum.* 2.
Ecclesiasticæ Causæ, *quæ illæ & quales in fundatione Jurisdictionis?* 3.
in omnem eventum, utrique Summo Tribunali communes. 4.
Causæ Pacis Religiosæ *ubertim definitæ.* 5. *& quæ hic Immedietatis consideratio?* 6.
Causæ Pacis Profanæ *extraordinariè olim in Aula retentæ.* 7.
Arrestorum *duplex consideratio, & de iis querela.* 8.
Litigiosæ Possessionis. 9.
L. Diffamari; *uti ferè omnia malè tractata: nam nec quicunque Diffamatus in Judic. Aul. conveniri potest, nec danda electio semper.* 10. *& Diffamans immediatus suo Judici relinquendus, etsi Causa Principalis ad alium spectet.* 11. *nec* planè Extraneus *commodè ad Tribunalia Imper. trahitur.* 2. *præfixo ad agendum Termino, an, quando, & quomodo electio Fori sive Judicii Causæ Principalis succedat, vel non.* 13. *Et si desuper Controversia oriatur, Judicem Diffamationis adire oportet.* 14. *Cum singulari* Formula Supplicandi. 15.

Promotoriales *ad* nuda, *sed non ad* cruda *Narrata decernuntur.* 16. *nec in casu denegatæ Justitiæ.* 17. *Et, si Supplicans exterus est, tunc solius Judicii Aulici, non verò Cameræ, Jurisdictionem fundatam esse, protinus expungendum.* 18.

Verba: Bey Kayserlicher Majestät Ungnad / *nihil important.* 19.

Circa Relaxationes Jurament. ad effectum agendi *laxior Aulæ potestas adsumpta.* 20. *neque tamen illæ ad solos Subditos pertinent.* 21. *neque Literæ pro Informatione omittendæ.* 22. *aliquando sine Citatione conceduntur.* 23. *nunquam verò sine omni Cognitione.* 24. *& de Cumulatione Causæ Principalis.* 25.

Compromissa *an & de Causis Matrimonialibus facta, ad Summa Tribunalia pertineant?* 26.

Sola Violatio Privilegii Cæsar. *non fundat Jurisdictionem, sed Immedietas Rei conventi.* 27. *verba etiam:* nisi Reus sit Ecclesiasticus, &c. *explosa.* 28. *si principaliter de Substantia seu Viribus Privilegii disputatur, Causæ rectè in Foro Supremo retentæ.* 29.

Quid, ratione Rei sitæ *fundari Jurisdict.* 30.

Temerè fractæ Pacis postulatus ex Reconventione agit. 31.

Executio Laudorum, Sententiarumque ab Inferioribus latorum, *an* & quomodo ad Supremos spectet. 32.

Mandata de Exequendo ad Arbitros nunquam, sed ad Austrægas aliquando decreta. 33. *An ad Directores Circuli? dubitatum.* 34.

Executiones quomodo apud Superiores efflagitandæ? 35. *Appellatione deserta Executoriales per naturam Processus exclusæ.* 36. *tum verò Sine Clausula Executionem demandari, falsum.* 37. *Unde* plenaria hujus Materiæ Expeditio *ex Praxi.* 38.

Sententiarum Austrægalium super Spolio latarum Executio. 39.

Reconventionum Causæ. 40.

1. UTraque Formula Juris Forensis Prudentibus graviter officit; neque enim dicendum erat: *Jurisdictioni*, cum Jurisdictio utrinque eadem administretur, scil. *Suprema Cæsarea*; sed *Judicio*:
2. neque etiam: *communicatis*, quia, juravero, ad Solem suum, à quo derivat Cynthia lumen, nimirum R. H. R. O. *tit. 2.* §. So wollen Wir auch ꝛc. *7.* & verba: Darinnen Wir und Unsere Vorfahren am Reich / Unserm Cammer-Gericht *concurrentem Jurisdictionem* zu mehrerer Beförderung der Partheyen und Unserer

Jurisdictio Cam. non considerat communicata; sed verba.

ferer Ubertragung mitgetheilt haben / 2c. nimiæ spei & prætensionis postulata, nec forsitan parum suspecta Statibus, se fallacibus, ut ajunt, blanditiis refert.

Ad. p. 92. lat. 2.

Vers. *Primæ Instantiæ, sunt Causæ Ecclesiasticæ, &c.*

3. Causarum Ecclesiasticarum periculosus ambitus.

Insidiosâ, si quæ usquam, formulâ: nam non, *quæ illæ sint & quales? ex quibus Principiis æstimandæ sint? aut quibus finibus continendæ?* describitur: & hùc tamen per aversionem non enunciativè aut narrativè, sed, *ut fundaturæ Jurisdictionem Summorum Tribunalium,* adducuntur; in rationibus Fundationum magno silentio à Legislatoribus transmissæ. Ord. Cam. *part. 2. tit. 27.* & R. H. R. O. *tit. 2. princ.* Sed ut, *quid illa Formalia complectantur alantque?* patescat, videnda, quæ in *Process. Informativ. Informat. cap. 1. pag. (edit. ult.) 27. 28.* distinctius tradita sunt: & accuratius compescenda, quo magis nuper in præjudicium Jurisdictionis Imperii *Josephus SACRIPANTE*, Romæ, contra Cameram Imperialem publico Scripto evulgavit, omnes Causas Civiles Judiciis Imperii ordinariis à Judiciis Ecclesiasticis ereptas, aut sponte oblatas, statim Ecclesiasticas fieri, adeoque ad *Officiales*, & post hos, ad *Nuncios Apostolicos*, & denique ad *Rotam Romanam* pertinere. vid. dict. infra *ad Cap. 12. sect. 1. subsect. 5. num. 2. pag. 157.* Causas autem Matrimoniales (*in quæstione, An unquam contractum sit Matrimonium? & in puncto Nullitatis &c.*) Filiationis, Legitimationis Liberorum, (*quæ à Cameræ Judicio exulant; extra quæstionem, An?*) Observationis vel Absolutionis à Juramento; Itidem de Rebus & Beneficiis Ecclesiasticis, Decimis, Censibus, &c. (*maximè in Possessorio, & inter Partes vel utrinque Augustanæ Confessioni addictas, vel alterutram*) ad Judicium Aulicum, sicut & ad Cameram pertinere, notorium est: Quæ insuper adjiciuntur ab Authore pleraque nihil vel malè ad rem! Videat Lector maximè observanda in *Consultat. Forens. lib. 1. cap. 56.*

4.

Artic. II. p. 93. lat. 2.

Vers. *Est in specie Causa fractæ Pacis Religiosæ, &c.*

5.

Ita loquuntur illi, qui veteribus Formulis operam dant, mallem legi: *Causa Pacis Religiosæ*, & etiam omnes illæ Actiones, quibus Adversarium nostrum nobis ex Pace Religiosa dare aliquid, aut facere,

aut ab aliquo abstinere debere, contendimus complecteremur, ut ipsa tractationis & casuum varietas omnes in dies ostendit. *Utrumque* etiam *Immediatum*, ex stylo veteri, requirit; quod in summaria traditione, qualem Author adoravit, non ferendum; & multò minus, si quis super fracta Pace conqueratur. Mallem hîc ergò correctius legi: *Ubi Imperii sive Mediatus, sive Immediatus Immediatum diversæ Religionis à sua &c.* Nam inter ejusdem Religionis Cives hæc remedia, nisi ubi Pacem Profanam concernunt, ob deficientem turbationem *intuitu Religionis* factam cessant: Qualia fusè excussimus in *Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat. part. 2.*

6.

Artic. III. p. 94. lat. 2.

Vers. *Fracta Pacis Profanæ Causa, &c.*

7. Hæc sola post Maximilianeam Judicii Aulici-Cameralis ab Aula dimissionem in manus & potestatem Ordinum Imper. penes Regimen Cæsareum manserat, concurrenter, cæteris jam dilapsis; Quod autem *Actiones non solas rei persecutorias, sed & pœnales Hæredibus & in Hæredes, & si Lis contestata non fuerit dentur*; ut quidem Author putat, Eorum hoc prorsus certe; illud in aliquibus circumstantiis, falsum est. vid. *Vindic. tit. 29. num. 54. 68. 69. & seqq.*

Artic. VI. p 97. lat. 1.

Vers. *Arrestorum Causæ, &c.* & ibi: *limitat Blumius &c.*

8. Breviter ita: Cum sigillatim super Constitut. Imper. de Arrestis agitur, utriusque Immedietas; cum super generalibus illis famosis Casibus Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 23.* solius Rei & Arrestantis, non Actoris & Arrestati, requiritur. Cæteri casus omnes ad Judices competentes ordinarios remittendi sunt.

Artic. VII. p. 98. lat. 1.

Vers. *Litigiosæ Possessionis, &c.*

9. Dilucidius hæc ad Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 21.* à nobis dicta; quæ, quoad Interpretationes primi & ultimi casus, ex veteri novaque Jurisprudentia Forensi faciendas hûc conferenda.

Art. VIII. p. 99. lat. 1.

Vers. *L. Diffamari Causæ, &c.*

10. Malè ex hac materia, ut & supra *pag. 82.* sese Author extricavit. Valde erroneè dicendo:

L. Diffamari plena, quoad Jurisdictionem, traditio.

(1) *Ubi Diffamatus Mediatus vel Immediatus agit contra Diffamantem quemcunque?* Qualis verò erit ille *quiscunque?* num *Immediatus?* ita. Num & *Mediatus?* Nullatenus; prout & supra hunc Errorem Pragmaticorum proculcavimus; nihil, ad extremum redacti, concessuri, nisi

cum

cum Tennagelio *electionem Actoris Immediati*; quod tamen informius procederet; Esto enim nobis certissimum principium: Nunquam unquam Jurisdictiones Supremas cum Statuum Potestatibus confundendas; vel Mediatum suo ordinario Magistratui in Cognitionibus Causarum eripiendum evocandumve; quo, uti certè debet, consistente, mox hæ Pragmaticorum Fictiones & abusus collabentur. *class. 1. cap. 8. num. 1.*

(2.) *Vel casu, quo Principalis Causa ad Judicium Aulicum vel Camerale pertinet, Mediatus agit contra Diffamantem* (Immediatum.) Imò verò si Diffamans est Immediatus, hunc Diffamatus Mediatus, indifferenter, sive *Causa Principalis ad Suprema Judicia pertineat*, sive *non*, in Aula Cameravé *Judicio Diffamatorio* persequi potest. Sed in eum demum effectum, ut *priori casu*, utrumque Judicium coram Supremis Tribunalibus agitetur; *posteriori* verò, sive Diffamatione probatâ, nec perpetuo Silentio imposito, sed agnitâ, Causa Principalis ad Mediati Ordinarium remittatur. Aliàs Confusiones Jurisdictionum inenarrabiles suborirentur, quod admissum profanum & absurdum. 11.

(3.) *Vel planè Extraneum.* Verbo certè reconditissimi sensus, aut omninò hujus: *Diffamantem Imperio non subjectum ad Summa Tribunalia ita citari posse, ut compareat Actionemque suam vel instituat, vel videat, sibi perpetuum Silentium imponi.* Et meminimus equidem, id remedium per Citationes per Edictum tentatum, Silentium etiam impositum, quoad effectus sese in Imperii Finibus exerturos, non mediocriter operatum fuisse; Meminimus verò etiam, hoc remedium, Sententiam & effectus per Repressalias, Arresta, Confiscationes insigniter & sævè retusos. Agatque proinde Diffamatus cautè, regnetque in suo, quoad Imperium indulget, cœlo; sed si in diversum transcenderit, aliena Imperia ne insolentius detrectet! 12. De Exteris ab Imperio.

(4.) *Ad hoc, ut Diffamans Actionem &c. si ad Judicium Aulicum vel Camerale Cognitio spectet, concurrenter electivè in alterutro eorum instituat.* Nullo prorsus modo; quod notandum. Sed, fundata ratione Personarum Jurisdictione, *Diffamanti in Causa Principali experturo*, nullus amplius ad alterutrum Judicium concurrenter electivè faciendus Recursus patet, non ulla electio: sed, quæ ante insinuatam Citationem ex L. Diffamari competierat, prorsus adempta; isque peremptoriè, sive in Imperiali Camera, sive in Judicio Aulico, quod 13. De Electione Fori in Causa Principali.

ex

ex illis dictam Citationem decreverit, suam Actionem instituere, tanquam in Foro prævento, nec ultra variando, sub præjudicio tenetur; & tamdiu quidem, *quamdiu de Incompetentia Jurisdictionis & Potestatis*, v. gr. cum Causa Principalis Feudum Imper. Regale alteri prorsus abjudicandum concernit &c. *non doceatur: super illa verò quæstione, cognoscat Judex primitus à Diffamato aditus, num sua sit Jurisdictio?* quod cum Pragmatici sæpius non animadverterent, ingentes turbas inter Suprema Tribunalia, & Clientibus, sibi, temporis Expensarumque, non minus magna & egregia damna dederunt.

14.

15. Quot verò apud Authorem in decem lineolis errata. *Formulam Supplicationis* ex facto ipso non vulgarem, quæ jam præ manibus est, ex Praxi Cameræ singulariter trademus, quæ hæc est:

P. P.

Euer Churfürstl. Gnaden geruhen gnädigst/ sich in Sachen **Herren Bürgermeister und Rath der alten Stadt Hildesheim/ wider den Hochwürdigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Jobst Edmunden/ des Heil. Reichs Fürsten/ Bischoffen zu Hildesheim/ ꝛc.** unterthänigst supplicirend vorstellen zu lassen, Es weisen auch des Heil. Reichs Teutscher Nation Historien und Geschicht-Beschreibungen/ Constitutionen, Kayserl. Protectoria und Fundationes; wie auch der Stände des Reichs unter sich eingegangene Pacta und Confœderationes, Erb-Verbrüderungen und Vereinigungen/ deren theils annoch heutiges Tags in sehr grossem Flor und Würckungen bekandtlich bestehen/ mit mehrerm aus; welcher gestalt nach Abgang der Carolinischen-Fränckischen Teutschen-Kayserlichen Regierung/ sich so wohl bey der Regierung der nachgefolgten Cæsarum, als auch nach deren Tod zu Zeiten der Interregnorum, oder so sehr verschiedener Competitorum, zu der Cron/ ohnauffhörliche Jrrungen/ so dann Motus, und endlich gar Bella Civilia hervor gethan/ also und dergestalt/ daß/ indem fast ein jeder sich des verderblichen Juris omnium in omnes, also auch ein jeder hinwiederum sich des Juris se quacunque ratione defendendi contra omnes gebraucht/ anderer hierher anjetzo nicht gehörigen Defensiv-Verbündnüssen zu geschweigen: die mächtigsten und vermöglichsten Städte des Reichs/ von welchen man wohl sagen kan/ daß die major Vis Imperii und Subsidia Regnantium bey ihnen gestanden/ absonderlich aber die Nieder-Sächsische/ unter welchen auch die Stadt Hildesheim gewesen und noch ist/ unter sich den berühmten **Hansee-Bund** auffgerichtet; Etliche aber potentiores Principes zu ihren Advocaten und Protectoren, salvâ suâ Libertate angenommen; Etliche auch noch über das/ sich an hohe Fürsten Geistlichen Stands/ als ihrer Kirchen Ertz-Bischöffe und Prælaten, &c. welche zur selbigen

gen Zeit bey der Welt pro Sacrosanctis & inviolabilibus samt dero Land und Leuten/ wie auch Confœderirten und Bunds-Verwandten geachtet worden/ genähert und gehänget/ mithin also causam communem gemacht/ und ihrer Securität bestmöglichst Rath geschaffet; Gleicher Weiß ohne Schmälerung/ Abbruch und Minderung derer von Kaysern und Königen erhaltenen Privilegien, oder sonsten wohlhergebrachten Rechten/ Freyheiten/ Gewohnheiten und Immunitäten/ unter welchen ersten und letztern gedachte Löbliche Stadt Hildesheim von vielen Hundert Jahren sich so löblich und wohl zu gemeiner Reichs Sicherheit/ auch Stadt und Lands Wohlfahrt/ mit ihren zeitlichen Herren Bischöffen/ und diese hinwiederum mit ihr/ sich biß auff einige Zeiten her/ gantz wohl betragen; auch vor sich/ wie zu beweisen/ in Publicis jederweilen das treffliche Prædicat, daß sie mehr einer **Freyen Reichs-** als einer *Clientelar-* **Stadt/** zu vergleichen sey/ conservirt und erhalten/ und noch über das von mehr als von unvordencklichen Jahren/ von denen Regierenden Herren Bischöffen niemalen anders als mit dem Titulo Honoris nullatenus publicæ Libertati præjudicante **Unsere Liebe Getreue/ oder Unsere Stadt Hildesheim/** ohne einigen Abbruch ihrer hergebrachten Rechten und Freyheiten/ benamet worden; biß daß des anjetzo Regierenden Herrn Bischoffs Fürstl. Gnaden in ihrem sub dato Steuerwald vom 6. Augusti 1689. publicirten und besiegelten/ in Original sub Num. 3. hier beykommenden Müntz-Edict, dieselbe ihre *Municipal-* **Stadt Hildesheim** gantz neuerlich benennet/ und per publicas Affixiones aller Orten höchst verkleinerlich diffamirt und außgegeben/ auch über das durch dero Fiscal mit einer vermeyntlichen Pœnal-Action auff 1000. fl. contra notoria Jura Fori verfolgen lassen/ zugleich also nova Jura zu acquiriren/ die viel Hundert-Jährige Observantz abzuthun/ die Possessionem vel quasi Libertatis & Jurium Civitatensium abzuschaffen/ oder doch im höchsten Grad zu turbiren/ und sich effectivè zu einem Souverainen Ober-Herrn über gemeine Stadt zu machen sich angemaßet.

Wann dann **gnädigster Churfürst und Herr/** Anwalds großgünstigen Herren Principalen allerdings und durchaus nicht zuzumuthen/ auch an sich selbsten ihnen vor der Posterität und dem Löblichen Nieder-Sächsischen Creyß/ dessen nicht geringes Mitglied sie seynd/ ohnverantwortlich fiele/ sothane hochbeschwerliche in perpetuum in Petitorio & Possessorio quocunque & qualicunque præjudicialissimam, per ipsum Originale notoriam, Diffamationem, Innovationem, Turbationem, & fermè non Destitutionem, auff einige Weiß jetzt oder ins künfftige zu dulden oder zu leiden; sondern vielmehr ihre Rechte und Gerechtigkeiten/ wie sie annoch jüngstens laut Beylag Num. 1. & 2. bestanden/ nach allen Kräfften/ wie die übrigen mit Lit. A. B. und Num. 4. bezeichnete Beylagen genugsam nach sich führen/ zu beschützen und handzuhaben/ resolvirt seynd/ und dazu dieses höchsten Gerichts Jurisdiction ex Ord. Cam. *part. 2. tit. 25.* und in specie ex *L. Diffamari. 5. Cod. de ingen. manum.*

quia ſtatus ingenuorum diffamatus eſt, adeoque ex Jure Communi, wie nicht weniger ratione Perſonarum Domini Diffamantis, & Fori competentis Civitatis ob notoriam reſpectivè Immedietatem, & Fori Sortitionem wohl und überflüßig fundirt iſt;

Als gelanget an Euer Churfürſtl. Gnaden Anwalds unterthänigſtes Bitten/ ihme wider hochernannte Ihre Fürſtl. Gnaden eine *Citationem ex L. Diffamari. 5. Cod. de ingen. manum.* folgenden Inhalts zu erkennen und mitzutheilen/ daß dieſelbe citirt und geladen werden/ ihre Spruch und Forderung/ wofern ſie einige Zugebung oder Divulgirung eines ſolchen hochnachtheiligen Prædicati und Reichs-kündiger Diffamirung in Poſſeſſorio zu haben vermeynen/ an dieſem höchſten Gericht/ als Judice Diffamatorum notoriè competente gebührend anzubringen und außzuführen/ oder aber zu ſehen und zu hören/ daß ihnen deßhalben ein ewiges Stillſchweigen aufferlegt werde/ ſolches ihnen auch alſo würcklich aufſzulegen: præfixo ad id reſpectivè Termino brevi & legali. Hierüber ꝛc.

Erkennt. *In Conſil.* 30. *Junii* 1690.

Artic IX. p. 100. l. 2.

Verſ. *Promotoriales quoque &c.*

16\. Plura, quam tria jam non percenſenda: (1.) *Promotoriales etiam ad nuda Narrata decerni.* Rectè, ſed *non ad cruda*; id eſt, ubi prorſus nulla deſideratæ ab inferiori Judice, Juſtitiæ fides facta eſt. (2.) *Etiam in caſu denegatæ Juſtitiæ*; quod neque verum eſt, neque conſultum, aut obtinet. (3.) *Si ſcilicet Supplicans Subditus Imperii ſit*; *nam, ſi Extraneus, ſolius Judicii Aulici Jurisdictionem fundatam haberi.* Mallem hanc parentheſin omnem tolli, quia nulla veritatis ſpecie mediocriter vallata eſt. *Non ex Jure Communi*; ex qua Actor Extraneus Forum Rei immediati, quod tam Camera, quàm Aula eſt, ſequitur. *Non ex Conſtitutionibus Imperii*; nam id Ord. Cam. *part.* 2. *tit.* 26. nullo verbo effatur. *Non ex Sententia & Opinione Prudentum*; neque enim Schwanmann. *allegat. loc.* aut quisquam Practicorum id in mentem ſuam induxerit. *Non ex Praxi*; quæ ita non mentietur. Nonne itaque intemperatum, in diſpenſatione competentiæ Fori Actoris præcipuè Perſonam intueri? Nonne injuria ſit Cameræ Supremo Judicio? Nonne decepti Juris Forenſis Reus eſt, qui Cameram ita improvide excluſit, & cognitionem ſoli Judicio Aulico privativè aſſeruit? Nonne ita etiam in uno caſu Ordinariis Magiſtratibus Jura cognoſcendi de ſuis Subditis debilitabuntur? Ita certè. Ergo protinus expungenda.

Promotorialium habitus & emanatio.

17\.

18\.

Verſ.

Vers. *Mandatorum Causæ, &c.* & Vers. *Hoc solùm nos &c.*

Ubi præcipuè monemus, & ipse textus admonet, illam comminationem bey Kayserl. Majestät Ungnad (in Camera: bey Kayserl. und des Heil. Reichs schwerer Ungnad / cum aliquando casus, uti in Salvis Conductibus simplicibus, & similibus obvenit: memorabili in modo expediundæ Jurisdictionis discrimine :) nihil prorsus Pœnæ inferre; sed Processus *Rescriptorum* ex sequentibus demum Paritoriis; in *Salvis Conductibus* verò ex impetratis Processibus Citationis ad videndum se incidisse &c. ad Pœnæ persecutionem qualificari : de quibus diximus in *Vindic. tit. 29. num. 104.*

Attic. X. p. 101. l. 1.

19.

Vers. *Relaxationis Juramenti ad effectum agendi &c.*

Artic. XI. dict. pag. 101. lat. 2.

Inhæremus autem præcipuè hîc etiam illis, quæ ad *Veterum Notas in Ordinat. Cam. part. 2. tit. 24.* abundè adnotavimus: nisi, quod in hisce *Consilii Imper. Aulici* potestas sæpius laxior in Praxi deprehensa est, quam alterius *Conjudicii*, Legum præscriptarum tenacissimi. Et hic tamen malè Author *solos Subditos* exprimit, cum hæc Constitutio de quibusvis tali Juramento gravatis manifestè loquatur. *Deinde*, quod (nescio, num id ad capessendam Aulæ Gratiam calamo exciderit?) Literarum pro Informatione ad Magistratus necessariò præmittendarum, ne syllaba quidem mentio injicitur, quæ sanè substantiam hujus remedii constituunt. Lege Ordinationis, si unquam, hîc certè, etiam Consilium Imperiale obligatura ; quod verum est. *Tertiò*, in tribus casibus in textu signatis rectissimè concedit Relaxationem per ipsum Decretum, per quod principales petiti Processus decernuntur, ilicò faciendam; *Sed quando*, quatuor alios casus, in quibus ne Relaxatione quidem opus esse vellet, enumerat, idem humani ferè, quod Veteres etiam patitur. Namque utut *duo priores*, præter æquitatem, etiam Jus scriptum in Ord. Cam. *dict. loc.* pro se habeant, pervellent tamen Judices Relaxationem, ab ipsis mox decernendam, peti & impetrari : *tertius*, facilitat quidem Relaxationem , sed ab ea prorsus non petenda neque facienda, planè non relevat : & quorsum, in *quarto*, scil. *casu*, se relaxari à Juramento peteret is, qui nunquam Juramento subactus fuit? nam, quæ personalissima hujus generis sunt, in Hæredes nunquam transeunt. *Denique*, ut simul cum Relaxatione etiam in Causa Principali Processus petantur, tam consultum est, quam usitatum.

20. Relaxatio Juram. ad effectum agendi in Ordinem redacta.

21.

22.

23.

24.

25.

Artic. XII p. 103. l. 1.

Vers. *Compromissi Causa, &c.*

26. Matrimoniales Causæ, ut videtur, à Compromissis Cam. non expeditæ.

Insolens hodie in Camera, quæ olim sua mole presserat, materies; nec Judicio Aulico in tantum, ac Commissionum via, approbata, plura alibi dicta. Sed, *an etiam Matrimoniales Causæ, aliàs Jurisdictioni Camerali non delatæ, per viam Compromissi cò pervenire possint*, multum ambigo, imò nego: quia textus in Recessu Visitat. 1570. nimis exclusivus est: Das Cammer-Gericht solle sich der Matrimonial-Sachen entschlagen; &, si postmodum, ob enormissimam læsionem, Revisio peteretur, vel alia remedia intentarentur, receptio æque ac dijudicatio in opprobrium converterentur, nec hujus rei in utroque Judicio, quantum comperimus, ulla exempla sunt: quia putaverim, id quod speciatim Judicio Cameræ de receptione Compromissorum permissum fuerat, ad Judicium Aulicum, ob multas non ineptas rationes veri, minus rectè extendi.

Art. XIII. p. 103. l. 2.

Vers. *Violationis Privilegii Cæsarei &c.*

27. Violatio Privileg. Cæsar. Legibus, sed non promiscuè, subdita.

Non merentur vel veniam, vel applausum, quæ dicuntur: (1.) *Cum sola Violatio fundet Jurisdictionem, nihil interesse, utrum Violator sit Immediatus, vel Mediatus, &c.* Utinam scirem, an ex Lege? an ex Ord. Cam. *hoc non*, sed contrarium *part. 2. tit. 1.* dicente: an Judicii Aulici? an ex Interpretatione Prudentum classicæ authoritatis? id firmare velit, quorum neutrum inveniri potest! nec Gailius mediatum evocari, aut novam rationem fundandæ Jurisdictionis in Mediatos à se ipso, extra Legem, effingi, aut tale quid in præjudicium Statuum Imperii introduci posse per Privatos, unquam dixerit. Sunt itaque absona, & rejicienda; è contra Violatoris Immedietas omnimodò requirenda. (2.) *Nisi Reus sit Ecclesiasticus*; ubi dupliciter erratum;

28.

nam non omnes Seculares, ut dictum, immediatè Forum sortiuntur Judicii Aulici, nec soli Ecclesiastici mediati, sed illi cum his eximendi; & ex adverso, omnes Ecclesiastici immediati rectissimè in omnes dies Suprema Tribunalia agnoscunt, in his litibus judicatura. (3.) *Si principaliter de Substantia seu Viribus Privilegii disputetur, vel Privilegium Jus Principis tangat*, quod hucusque satis pervicaciter negatur, & rectè, non soli Judicio Aulico, sed & Cameræ (*per errorem verum confessus*, nam, ut ex loco, quem descripsit conferendo constat, prorsus

29.

prorsus contrarium scribere intendebat:) asserit: quam propositionem solidè, si non fallor, discussimus in *Processf. Informativ. Informat. cap. 1. pag.* (*edit. ult.*) *36. 37.* sed exinde male concludunt, quæ sequuntur; sed tamen, suo etiam sensu, probanda.

Artic. XV. p. 106. l. 1.

Vers. *Ratione Rei sitæ Causa, &c.*

30. Mallemus hæc in facto probari, quam alios nostrum *Rodingium*, qui primus, puto, hujus dispescendi methodi in Ordinat. Cam. Author fuit, sequi: Sed, quia *Gailius*, cuivis privato supremam Jurisdictionem injici posse, voluit; per nos, ut fiat, liceat: Quæstionem tamen præliminarem, *An?* Ordinario reservantes.

Art. XVI. Ibid.

Vers. *Suspicionis violatæ Pacis &c.*

31. Et ultimus casus, non, nisi ex Reconventione fundatam Jurisdictionem admitti, ut alibi dictum.

Art. XVII. Ibid.

Vers. *Executionum Laudorum, &c.*

32. Executiones Laudorum & simil. ut impetranda.

Quis aliquid in his desideret? *Executiones Laudorum, Sententiarum ab Austrægis latarum, aut à Judiciis inferioribus ad Summi Principis Tribunalia pertinere.* Sed, *quomodo?* videbimus: Ratione Executionis faciendæ autem duo dantur remedia: *Mandatorum vel Sine, vel Cum Clausula, de Exequendo, & Executorialium.* *Hæc* adversus partes victas; *illa* adversus alios, vel Directorem Circuli, si Immediatus; vel Judicem & Magistratum Ordinarium victi, si mediatus: an & si immediatus? mox dicemus. Tennagel. *class. 2. cap. 18. num. 6.* *Executorialia* ergò contra Partes Laudo, Sententiave Austrægali victos à Cæsare per præfata Judicia decerni, manifestum est; sed solùm Cum Clausula. *De Mandatis, de Exequendo* verò altius jurgium est, sed verius, ea ad Executionem Laudorum, nisi ex Pactis Familiæ à Cæsar. Majest. id speciatim comprehendentibus confirmatis, non decernenda, neque ad exequendas Sententias Austrægales; non ad Arbitros ibi, ex Jure & Facto, hic ad Austrægas ex Facto, id est, Observantia, nam in Jure, existimo, id olim aliud obtinuisse; quod ita, quatenus ipsos Arbitros Compromissarios, vel Austrægas Judices Mandatis compellendos concernit, certum est. *An & in iis Mandatis, quæ ad Directores Circuli emanant, loco aliquo excludantur?* Non dixerim, & vellem mihi, ut fateor, ejusmodi casum in Facto, quod rarissimum est, offerri, omni certè studio laboraturo,

33.

34.

 raturo,

raturo, ut secundante fortuna, favoreque Judicis (sed novum quid ita peti, non perurgentis) ejuscemodi Mandatum, licet tantum Cum Clausula obtinerem: Interim, Mandato Executoriali ad partem impetrando, contentus futurus.

d. p. 106. l. 1. in fin.

Vers. *Quoad ultimum tamen &c.*

35. Executio Sententiarum Judicis inferioris.

Quoad Sententias verò *Ordinariorum Judicum inferiorum*, variè & malè versatur Author, nam (1.) in verbis: *per Appellationem ad Aulam vel Cameram delatarum Sententiarum Causæ*, neque modum, neque rationem Executionis petendæ aut decernendæ vel affert, vel assequitur. Quod si existimat: Executionem ad omnium superiores, eo casu, cum inferior pronunciato exequendo impar est, pertinere, vellem Petitionis modum expressum fuisse; *melius ita:* aut enim *inferior expressè remittit Victorem ad Suprema Judicia*, aut *non*. *Si prius*, cognoscetur ibidem de modo provisionali. *Si posterius*, Processus Mandati suo ordine decurret, juxta Advocati Prudentiam & Judicis Arbitrium terminandus. (2.) *Appellatione deserta pronunciata ejus est Sententiam exequi, si scil. Potestatem habeat, neque Executoriales adversus Partes sunt necessariæ.* Imò enim, etiamsi potentiam, (ita enim rectius legetur; cum *Potestas* Juris verbum sit, *Potentia*, factum concernat) exequendi non habeat, nihilosecius per Mandatum compellitur; sed in eventu & puncto Paritionis subveniente supremo fiet petenti Victori, quod Juris est. Et porrò, & Executoriales adversus Victum decernantur, non modò necessarium non est, sed *planè impossibile;* quia illæ omnes semper & ubique Sine Clausula dantur, quod super Sententia inferioris, de quâ cognitum nondum est, fieri absurdum esset. (3.) Ait: *Si Judici inferiori Sententia Desertoria insinuata sit, & hic exequi nolit, Mandata Executorialia Pœnalia S. C. decerni.* Quippe utrumque, & Mandatum Executoriale contra Judicem decerni *absurdum;* & C. decerni, duplo *absurdius* est.

36.

37.

38. Plenariè & noviter demonstrata.

Depulsâ itaque hâc Erratorum erratica caligine, *id Lectorem volo:* Cum ab Ordinario inferiori causæ Judice definitivè (nam de hoc casu præjudicialis decisio necessaria est, Interlocutoriis facilè formam datura) pronunciatum est, *ab alterutra parte, si ambæ gravatæ; vel victo*, si unus solus in lite succumbit, *appellatum est*, *aut non.*

non. Hoc casu lapsis 4. Mensibus & non antea vel Executio facienda, vel decernetur Mandatum de Exequendo latam Sententiam Cum Clausula; nimis enim festinanter & præcipitanter suberit Superior Executionem ejus, cujus Merita non cognovit, aut exueret Victum Jure adversus Sententiam excipiendi, quia multâ labe laborare sæpius potest & solet. *Illo casu,* scil. *interpositæ Appellationis,* vel *Processus denegati sunt,* vel *decreti. Si denegati,* procedit Superior imploratus ad Executionem etiam intra 4. Menses, decreto dicto Mandato C. C. *Si decreti;* tunc absoluto Processus Ordine, contingit *Sententia* vel *Causam Principalem, id est, Justitiam vel Injustitiam concernens;* & protinus in continenti, si scil. Executione facienda opus est, subnectuntur Executoriales S. C. citra admissionem ullius vel in puncto Juris vel Facti, sive Paritionis Exceptione; quia Sententia lata est à Summo Principe per Suprema Tribunalia omnium Exceptionum nescio, nesciaque: *vel Appellationem solam concernens,* eaque vel *Desertoria,* vel *non-Devolutoria;* & in *utroque casu* ad separatam Victoris, in Primâ Instantiâ existentis, implorationem dictum Mandatum de Exequendo, sed tantum C. C. id est, salvis parti devictæ Exceptionibus adversus Sententiam aut aliàs competentibus, impetrari potest: Prout hæc jam olim explicuimus, cum in *Veterum Lectiones Camerales antiquas* commentaremur, *pag. (edit. ult.) 528. & seqq.*

Vers. *Judicium Ordinationis Causæ.*

Art. XVIII. d. p. 106. lat. 2. 39.

Dicere volebat: *Executiones Sententiarum Austrægalium de Spoliis simplicibus latarum, ad Suprema Judicia pertinere,* quod & verum est; Sed non aliter, quam juxta ea, quæ jam superius adduximus.

Vers. *Reconventionum Causæ.*

Art. XIX. Ibid. 40.

Quæ Conventioni in Supremis Tribunalibus legitimo modo & tempore op-sive ad latus positæ sunt: Cæteræ Austrægales, & similes legitimè non devolutæ, facessunt.

SUBSECTIO II.

ARGUMENTA.

Modi deferendi Causas in Secundâ Instantiâ ad Superiores probati, sed non omnes. 1.

Causæ Rotwilenses extra casum insanabilis Nullitatis, præcisè ad Judicium Aulicum, & non ad Cameram deferri, ineptè dicuntur, ut sæpius. 2. *Unde Historia Periodi Rerum illius Judicii, donec subigeretur.* 3.

Coram

Coram Judice ad quem appellari, insolitum. 4.

In Causis Injuriarum Pœnam Pecuniariam persequentium Summa, non est 50. flor. sed 600. flor. appellabilis contra Authorem. 5. *neque Summa æstimanda ex Petitione sed Sententia, neque inter Actorem & Reum differentia.* 6. *neque Conceptum Ordinat. Cam. justè culpatum.* 7. *neque discrimen, inter Actionem ad Palinodiam, & Pœnam Pecuniariam, rectè abrogatum.* 8. *Ergò, Veritas noviter defensa.* 9. *& Origines Errorum apertæ.* 10.

Ad conficiendam Summam appellabilem Pensiones *ab- vel adjudicatæ rectè conjunguntur* cum Capitali. 11. *Et* differentiam inter Stylum Judicii Aulici, & Cameræ, *formare, molestum juxta, ac per rationes* num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. *adductas, omni studio evitandum.* 18.

Singulare fatale in Spoliis, vix in usu. 19.

Jurisjurandi propter Calumniam præstandi ægra sors. 20. *Pro eo, si non abrogando, saltem limitando, rationes honestæ & veræ: nec malis patrocinandum.* 21. *repressæ illæ,* 22. *sed replicatoriè defensæ, neque dilatandum Regnum Diaboli.* 23.

Nullitatum *insanabilium admissarum & correctarum notabile Exemplum & Species Facti.* 24. *cum Forma Citationis.* 25. *& Mandati.* 26. *in Camera decretorum.*

Remedium Restitutionis in integrum coram Superiore adversus Sententiam Judicis Inferioris, qua talis, *extra Cumulationem Appellationis &c. ex natura Processus nullum datur.* 27. *Et proinde omnia Uffenbach. Verba & Versus refutantur.* 28. *Rodingus verò explicatus & dimissus.* 29. *Novissimi improvidi Attentatoris Verba similiter omnia percursa & rejecta.* 30. *Quadriennium absurdè inductum, rejectum in his terminis.* 31. *& verus Status Controversiæ expositus.* 32. *Inductio Textus.* 33. *& Veteres Interpretes.* 34. *Recentiores etiam.* 35. *Sed Præjudicia allegata cohibita & explicata.* 36. *Jus etiam Ordinum Imper. assertum.* 37.

Causæ Voluntariæ Jurisdictionis diversa rationes penes Summa Tribunalia existentes. 38.

Commiss. ad perpet. rei memor. decretæ, etiam ubi Judex incertus. 39.

Rotulus dandus Impetranti, aut Commissario permittendus. 40.

In titulis confirmandis non ad Immedietatem Tutoris, sed Pupilli respicitur. 41.

Ita

Ita in Testibus immediatis producendis, vel mediatis Forum Ordinarium. 42.

DE *Modis & Rationibus in Secunda Instantia Causas ad Judicium Aulicum devolvendi, per Appellationem, Querelam Nullitatis, & Petitionem Restitutionis in integrum.* Rectè, quoad *priores duas*; sed *quoad tertiam separatim*, non coram Inferiori, neque cum alterutra priorum cumulatam, factam, omninò malè, & mox dicetur. 1.

Vers. *Exceperis, &c. (inter quæ etiam Rotwilense &c.)* *Ibid.*

Nudius tertius, & jam pridem aliàs, conquesti sumus (*ad pag. 91.*) de inflicto Cameræ Imperiali cœco vulnere; sed id jam altius penetrat: *ita tamen*, inquit Author, *ut à Rotwilensi ad Cameram Spirensem non, nisi in casu insanabilis Nullitatis, in cæteris autem Casibus PRÆCISE ad Aulicum Judicium appellandum sit.* Quæ certè contra plùs quam centenariam & quotidianam Observantiam exerrando exerrant. *Ante quidem centum & quadraginta Annos*, ut ad *Veterum Monumenta* sæpius (*pag.* [*edit. ult.*] *264. num. 12. pag. 346. num. 4. pag. 408. num. 44.*) notavi, tale quid Rotwilensibus excidere potuit; tum se Cameræ, ratione sui Districtus in Dependentia, Potestate, & Inappellabilitate, æquales jactantibus, post Annum 1555. verò illi fortiter depressi sunt, Camera per ingeminatas Inhibitiones, & Mandata Attentatorum Revocatoria, datasque Sententias Con- & Reformatorias excrevit, penes Cæsares & Imperium silentium fuit; nec tyrones latuerit, ab illis ad Cameram in omnibus etiam iniquitatis casibus, juxta Constitutiones Imperii tamen, ut decet, qualificatis appellari, Processus decerni, reproduci, definiri, nec Exemplis enarrandis opus est, nec authoritate Scriptorum, ut, quorum nemo, nisi rerum nostrarum imperitus, cum Authore consentiet. Salva sit itaque Parti appellanti jam diu præscripta electio, nunquam jam impugnata. 2. In Rotwilenses authoritas Cam. restabilita. 3.

Vers. *Vel ex intervallo &c.* *Ibid.*

Verba; *vel ad quem &c.* tanquam non coram Supremis Tribunalibus practicabilia, tollantur, certe id Exempli nemo viderit contigisse. vid. Ord. Cam. *part. 2. tit. 29. §. Item,* so soll einem jeden 2c. 5. 4.

pag. 107. princ.

Verſ. *Quod autem diximus, &c.*

5. In Cauſis Injuriarum Pecuniariis Summa appellabilis 400. Imperial. fruſtrà abrogata.

Quæſtio eſt: *Utrum in Cauſis Injuriarum Summa appellabilis ad 50. flor. qualis olim fuit, cum generaliter Summam illam 50. flor. conſtituerent, hodiè non attento, quod Summa ad 400. Imperial. univerſaliter aucta ſit, eadem prorsùs maneat, qualis olim fuit? immota 50. flor. an verò requiratur Sententia, ſive Summa gravans ad eosdem 400. Imperial.* Ubi deleturi phantaſmata palantium opinionum *Primò* omnium verba: *Utpote, in quibus à parte Actoris (ſecus in Reo) non ordinaria &c.* abolenda ſunt: namque *dupliciter erratum, tam in eo,* quod Summam Appellationis ex Summa Petitionis in Prima Inſtantia factæ, ſicut id priori Seculo fieri ſolitum fuerat, & non ex Sententia & Summa gravante, quod hoc Seculo obtinet, perperam æſtimat; *quam eo,* quo inter Actorem & Reum differentiam collocat, quorum tamen neuter, ſed, ut dictum, ſola Summa per Sententiam ad-vel abjudicata in conſiderationem venit. *Deinde: Conceptum Ordinationis Cameræ* ſalvandum eſt; namque, ubi cum origine & fonte & textu Conſtitutionum Imper. correſpondet, profectò Lex Pragmatica eſt; Num autem non verba Receſſ. Deput. *1600.* §. Wiewohl nun ꝛc. *14.* expreſſiſſima ſunt? ibi: und was in obgedachtem Speyeriſchen Reichs-Abſchied ꝛc. von ablöſigen Gülten/ Zinſen/ oder Nutzungen diſponirt iſt/ das ſoll in ſeinem Verſtand/ wie geſetzt/ *proportionabiliter* nach dieſer Erhöhung verſtanden und *reguli*rt werden und bleiben. *Tertiò,* pejus tollit differentiam inter *Actionem ad Palinodiam,* & *Actionem Pecuniariam,* quæ eſt apud Blum. *Proceſſ. Cam. tit. 46. num. 42.* quamvis enim nobis non tam *Genus Actionis,* quam *Modus Condemnationis,* ſive Palinodia in Pecuniariam Pœnam convertatur, ſive hæc in terminis Pecuniariis maneat, placere & obſervari debeat; tamen, *quatenus utraque Actio à principio uſque ad finem in ſuis terminis terminantibus reſpectivè Palinodiæ & Mulctæ Pecuniariæ conſiſtit,* tum, quando Palinodia ſive Recantatio injuncta eſt, præteritâ omni Pecuniaria illius, ut quæ æſtimari non poteſt Pecunia vel Pretio, Taxatione Cauſæ ex ſua natura recipie-

6.

7.

8.

recipietur, ita Veteres ad *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 28. num. 27. quando verò Pœna ad Summam 50. flor. minorem taxata fuit* (aut pro arbitrio Judicis Palinodia in Summam 400. Imperial. minorem mutata est:) Causa prorsus non est appellabilis. Et sic emergit contra Authorem veritas, quæ hæc est; *Sententias Palinodiæ injunctivas*, ex se ipsis, nunc & semper, & olim, appellabiles esse: *Pecuniarias* verò super Injuriis Condemnationes, *vigore perpetui Ordin. Imper. & Cam. Consensus*, ibi legalis inter Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 28.* §. Und sonderlich setzen / 2c. 4. & Recess. Deputat. *dict. loc.* correspectivi hic in judicando Juris non scripti, nisi Summam 400. Imperial. conficiant, ad recipiendas Appellationes nihil omninò juvare. Quam verissimam Sententiam ne sequeretur, induxêre umbræ hæ binæ: dum *altera*, Summam illam 50. flor. in Actionibus Injuriarum recipiendis in Lege singulari aliqua, cum tamen ex sola & pura computatione generali de Nummo ad Nummum, & in Legem Ord. Cam. *part. 2. tit. 28.* derivata sit, & speciali præfixam, neque proinde temerè abrogandam: *alterâ*, differentiam inter Summas appellabiles Privilegii, & Juris Communis. Recess. Imper. Noviss. argum. §. Und stehet diesem nechst 2c. *115.* per fumum objectantes, non leviter Authorem & lepidè deceperunt: Sed nunc quidem cum ventum ad verum est, falsi cessabit imago!

9.

10.

Vers. *Præterea notandum, &c.*

d. p. 107. l. 1. in fin.

Invitus hîc, & si liceret, repugnarem, admitto dissonantiam STYLI JUDICII IMPERIALIS AULICI, *ab eo, qui est*, CAMERÆ IMPERIALIS, circa quæstionem: *An ad conficiendam Summam appellabilem Pensiones cum Capitali conjungi possint? An verò præcisè & solum Capitale recipiendum sit?* quam valdè speciose inducit Author, *ego in neutrum partem feror:* id autem scio, (1.) hic controverti, non de vagis fictisque Pensionibus, & imaginario Interesse, aut de non petitis in Prima Instantia, & nunc primum coacervatis, ut aliquid fieret, quod non erat, sed de *realiter in Libello petitis, & realiter per Sententiam gravatorialem alterutri abvel adjudicatis.* (2.) Eum, qui Summas appellabiles ex sola Summa petita sive forma Petitionis judicare vult, non verò ex Summa Condemnationis vel Absolutionis, ut Camera id experta est, magnam con-

11. Pensiones cum Capitali justè pro licentia appellandi cumulatæ.

12.

13.

conversurum Processuum Litiumque vim, contra Leges, contra Observantiam. 14. (3.) Summam illam abjudicatam vel respectivè alteri adjudicatam, postquam Sententia in rem judicatam transiverit, adeoque solvenda esset, evidentissimè *Censum Capitalis* in Pecunia numeranda facere. 15. (4.) Et si secus fieret, omnes super Pensionibus & Interesse latas Sententias, cujuscunque effabilis Summæ sint, inappellabiles futuras, quod & quasi Gentium Juri adversabitur. 16. (5.) Prout luxum, sive indomitam protensionem, *l. si idem cum eodem. 11. D. de Jurisdict.* cohibendam; ita nec textum Recess. Imper. Noviss. §. Viertens / &c. *112.* verb. *Capital*, ad manuductionem Juris Communis scripti, legitimè, ubi opus erit, relaxandum. 17. (6.) Quæ ab Advocatis, partialibus utplurimum, emanant Præjudicia flocci facienda, neque aliquid ad rerum summam facere; quid itaque de hujus & superioris Articuli Exemplis statuendum, ex aliunde disputatis exquiri potest. 18. (7.) *Unumquemque eò eniti debere, ne Germania credat, diversos esse Justitiæ vultus, nedum hostiles, & in contradictoriis collocatos;* & cum talia occurrunt, Interpretationem ex Jure Communi petendam; si hoc decisivè nihil dicat, ad sanam Judicis rationem & utilitatem publicam recurrendum esse. Ille enim, qui Appellationes promiscuè præscindit, Lites quidem pauciores facit, Justitiam autem nequaquam promovet.

Si contrarium in Jud. Aul. verum ita sit!

pag. 108. lat. 2.

Verb. *Exceptionem habet &c.*

19. Legem in Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 8.* (non *9.*) §. *9.* agnosco: Praxis anceps est, ut in *Not. Veter. dict. loc.* & in simili, ad Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 30. num. 32.* dictum.

d. p. 108. lat. 2. pr.

Vers. *Ex quibus deductis &c.*

20. *De Jurejurando propter calumniam in Causis Appellationum, tam ab Appellante, quam Advocato in propriam; & Procuratore in illorum Animam præstando,* ut adsuevi, cordatè perscripsi, quæ in rem erant, in *Vindic. tit. 30. num. 64.* DEUM *Creatorem Cæli & Terræ testatur, eos, qui existimant, Juramentis domari nequitiam & perfidiam Fori posse perniciosè errare;* addo: *aucti inferorum numeri consortes culpæ fore; inter institutionem pravæ litis, & ignes cruciatusque æternos nullam proportionem esse:*

Juramenta qui ferocius & promiscuè urgent, Diabolo gnaviter opitulantur.

Crume-

Crumenam verò, quæ peccare fecit, castigandum strenuè, ubi opus, & asperrima animadversione. Et cum aliquando, *pro tranquillanda tenera Conscientia* idem, quod in *Aula Cæsarea* practicatur, procedendi genus aut simile ad Amicum perscripsissem; ut scil. in primo Termino sub præjudicio inevitabilis Desertionis Speciale Mandatum ad Acta poneretur, *ante interlocutionem veri Judicis & præstationem Juramenti Malitiæ à parte appellati*, qui non minùs, quàm omnis homo, mendax esse potest, *non juraretur*; utramque proinde partem cautiorem certissimè, ut ominarer, futuram, æqualitatem inter illas inductum, neutram præ altera gravatum iri; neque Procuratores Supremi Judicii ex honorabilis Officii ratione ad ea præstanda obligatos; in terram illam & infaustam electionem in singulis Audientiis subinde vel jurandi, vel officium & hujus vitæ subsidia abjurandi adigendos. **Wiewohl sonsten diejenige / die zuvor des Teufels wären** (verba sunt Latheri *de Censib. lib. 2. cap. 7. num. 49.*) **leicht zu schwören hätten.** Additum postmodum: *Causam appellandi*, si nobis recte videremur, aut *manifestò justam*, aut *manifestò injustam* postea, inter referendum, repertum iri, vel *dubiam*. Si ratio *manifestò justa*, quid Juramento Calumniæ opus esset? si *injusta*, non à Juramento tum, sed acerbitate Pœnæ incipiendum, miserrimè verò utriusque Animæ parcendum, nisi & Juramentum Pœnæ species esset noviter reperta, nam de Jure extero non esse. Si *dubia*, eam *talem inveniri*, vel *quoad punctum Juris*, vel *Facti*: *Illo casu*, num super Jure jurabit Pars? non sanè, sed Judex judicabit; abstrahendum itaque gravamine Animæ. *Posteriori*, esto ita, & juretur, ut putaveramus, sed utrique Parti. DEO reddatur quod ejus est. *Id responsi* autem rigidioris excepi: Curandum, ne in Causis Simplicis Querelæ Juramenta omnia juxta Ordinationem reducerentur: jamque de his, ut & de atrociùs formandâ formulâ agitari; & qui *rigor* hucusque *ferreus fuisset*, uti eum Author appellat, mox *aheneum futurum &c.* Unde viribus nostris indolens pudibundus discessi, frendenteque animo mussitans, Diabolo invidebam, ita *Regnum ejus zelo improvidorum hominum augeri*; E contra, *Regnum Dei in Cœlo & Terris strenuè destrui?* ita nimirum *etiam post mortem incurvandos Procuratorum digitos, ne vegetis artubus Regnum Cælorum apprehendant*. Sed frustra! Quorsum verò hæc tristia?

21.

22.

23.

pag. 110. lit. a.

24. Casus Nullitatum principaliter accusatarum notabilis.

Vers. *Quoad Secundum, &c.*

Dabimus amœniora, aut minus horrida: Supplicaveram ante paulò interitum nostrum nomine honorificæ Viraginis N. N. *pro Citatione ad videndum deduci principaliter Nullitates cum Inhibitione & Compulsorialibus*, ut & *Mandato de non adigendo Virginem honestam ad deforme Matrimonium S. C.* Quæstionem movente Sponsa Sponso suo reduci de *Morbo Gallico*; factæ Probationes Sanitatis, sed sublestæ, pronunciat pro consummando Matrimonio pluribus viribus Judex; cumque non succederet, via facti tentata; illa fugam in consilium rapit evitando abominabili Connubio; citatur per Edictum, Bona arrestantur; Mater ad Juramentum manifestandi receptum Filiæ adigitur; denique ad Pœnam. Visis Actis decrevit Superior, *Literas pro Informatione, cum Temporali Inhibitione* 14. Novembr. 1687. Informatio communicatur 11. Maji 1688. & porrò post eandem refutatam, 13. Julii 1688. *Citatio ad videndum &c. cum Inhibitione & Compulsorialibus decreta*; sed *Mandatum denegatum*, sive quod novitatem rubri Judex noluerit, sive, quod probabilius, quod existimaverit, Inhibitionem satis illius vices pensaturam. His gestis, cum ulterius, ut dictum, procederet inferior, Jure optimo maximo Camera eodem die *Mandatum Cassatorium, Inhibitorium, & de relaxando Arresto Cum Clausula* concessit. Copiam eorum Processuum, tacitis Partium nominibus, in contumeliam flagitiosissimi morbi nominisque reddam, sine præjudicio; firmamentum eorum, quæ scripserant Joh. Baptist. Coccinus *in Decis. Rot. Roman. in Annotat. 100.* Paul. Zachias *in Resp. Med. Legal.*

25. Cum Processuum Exemplis.

Num. I.

Citatio ad videndum deduci principaliter Nullitates, cum Inhibitione & Compulsorialibus.

Wir Leopold 2c.

Entbieten denen N. N. Unser Gnad und alles Guts.

Ehrsame / Liebe Getreue;

Unserm Kayserl. Cammer-Gericht hat Unsere Liebe Andächtige N. N. demüthig supplicirend für- und anbracht / was gestalten sie durch zwey von Euch ermeldten Bürgermeistern und Rath respectivè den 7. Septembr. und 19. Octobr. styl. vet. des nechst verwichenen 1687sten Jahrs publicirte / ipso Jure null und nichtige Definitiv-Urthel / in puncto consummandi Matrimonii

monii cum homine periculosissimo morbo infecto, atque insanabili lue laborante (salvo Judicantium honore) insanabiliter graviret/ und noch ferner beschwert zu werden besorgend/ sich nothdringlich an dieses Unser höchstes Gericht/ spe melioris Justitiæ consequendæ, abolendique Processus & Sententiarum evidenter nullarum wenden müssen; Inmaßen solches aus hierbeygehenden Sententiis sub Num. 10. & 13. mit mehrerm zu ersehen seye. Wann nun die in hierbeykommendem Libello Revisorio sub Num. 11. bereits zur Genüge an- und außgeführte Gravamina, welche Supplicantin in Primo Reproductionis Termino, beneben den gesamten Beylagen à Num. 1. usque 12. inclusivè animo litem super illo, ut & nulliter judicato, cassandoque Processu & Sententiis affirmativè contestandi, & negativè in vim Probationis zu repetiren gemeynt/ also und dergestalt bewandt und beschaffen/ daß solche ohnremedirt und ohnauffgehoben nicht gelassen werden könne/ zumalen und da allen Rechten zuwider und entgegen/ daß (1.) von Seiten der Impetrantin die operosa & vehemens Exceptio Doli, Fraudis, Circumventionis, von Euch/ vorigen Richtern/ nicht gehört/ (2.) und da/ laut Deductionis cum Rotulo Examinis sub Num. 6. & 7. du gedachter N. N. äusserst gravirt/ auch (3.) der eine Zeug die Original-Brieffe/ wie du die Infection gestanden/ und durch welche die gantze Probatio von ihro der Supplicantin absolviret werden können und sollen/ produciren zu lassen præterirt/ und die via probandi & se liberandi à contagioso homine widerrechtlich abgeschnitten; (4.) bey solchen Umständen dem anmaßlichen Sponso mit keiner Sylbe oder Buchstaben seine Sanitatem, wie recht und billich/ an- und außzuführen; oder (5.) per Juramentum Purgationis zu adseriren aufferlegt; weniger (6.) die Inspectio Medicorum & Chyrurgorum in his morbis necessaria zuvor an die Hand genommen worden; also (7.) wie es mit ihme bewandt/ und ob sie Supplicantin ihres Leibes Gesundheit und Lebens bey der Cohabitation sicher sey? zu erkundigen; diesem nach (8.) die geschlossene Ehe durch Priesterliche Copulation zu vollziehen in ihrem Gewissen ohnmöglich/ zu injungiren absurd, und zu exequiren ohnverantwortlich seye. Solchem nach (wider dieses Unsers höchsten Gerichts erforderte Jurisdiction so wohl ratione Immedietatis, als Qualitatis institutæ Querelæ genugsam fundirt) um diese Unsere Kayserl. Citation ad videndum deduci principaliter Nullitates und Compulsoriales, wie auch Inhibition an- und wider Euch respectivè zu ertheilen/ inständigst anruffend erlangt/ daß solche Proceß heut dato nachfolgender gestalt erkennt worden seynd. Hierum so heischen und laden Wir forderst dich Eingangs ernannten Beklagten von Röm. Kayserl. Macht/ auch Gericht- und Rechtswegen hiermit/ daß du auff den Sechtzigsten Tag/ den nechsten nach Verkündung dieses/ deren Wir dir Zwantzig vor den Ersten/ Zwantzig vor den Andern/ Zwantzig vor den Dritten/ letzten und endlichen Rechts-Tag setzen und benennen/ peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde/ den nechsten

Gerichts-

Gerichts-Tag darnach/ an hiesigem Unserm Kayserl. Cammer-Gericht durch deinen gevollmächtigten Anwald erscheinest/ zu sehen und zu hören/ wie daß die in oberwehntem Libello sub Num. 11. und allhier angezogene Nullitates an diesem Unserm Kayserl. Cammer-Gericht deducirt und cassirt werden/ auch daß folglich in nechst voriger Instantz nichtiglich geurtheilt/ und dahero solche Urtheil zu cassiren und auffzuheben seye/ vermittels Ober-Richterlicher Erkänntnuß außgesprochen werde/ oder aber beständige erhebliche Ursachen und Einreden/ ob du einige hättest/ warum solche Cassatori- und Reformatori-Urtheil nicht ergehen solle/ dagegen wie sichs gebühret/ vorzubringen/ darauff der Sachen und allen ihren Gerichts-Tägen und Terminen, biß nach endlichem Beschluß und Endscheid außzuwarten. Dann bestimmen Wir dir so wohl als deinem Gegentheil/ zu Ubergebung derjenigen Gerichtlichen Handlungen/ welche nach der in Primo Termino verübten Nothdurfft/ vermög der Ordnung und jüngern Reichs-Abschieds/ ferner einzubringen sich gebühren mag/ Zeit dreyer Monat pro Termino Legali. Wir gebieten dabeneben Euch Eingangs-ermeldten Bürgermeistern und Rath als voriger Instantz Richtern/ und dir Beklagten/ von berührter Unserer Kayserl. Macht/ wie auch bey Pœn zehen Marck löthiges Golds/ halb in Unser Kayserl. Cammer/ und zum andern halben Theil ihr der Appellantin ohnnachläßig zu bezahlen/ hiermit ernstlich/ und wollen/ daß ihr in dieser Sachen/ alldieweil dieselbe vor Uns und gedachtem Unserm Cammer-Gericht in ohnentschiedenen Rechten schwebet/ derselben anhangenden Sachen/ oder der Appellantin zu Nachtheil/ und Unserer Kayserl. Obrigkeit zu Veracht/ ferner nicht verfahret/ procediret/ erkennet/ handlet/ oder fürnehmet/ selbst/ oder durch andere/ in keinerley Weiß noch Wege: daran geschiehet Unser ernstliche Meynung/ ebenmäßig und bey jetzt angedroheter Pœn der zehen Marck löthiges Golds/ ihr vorige Richtere in vierzehen Tagen den nechsten nach beschehener Insinuation dieses/ ihro der Appellantin oder deroselben Macht-Botten/ auff ihr Gesinnen und ziemliche Belohnung alle und jede voriger Instantz Acten und Handlungen in glaubwürdiger Form heraus gebet und folgen lasset/ sie hierin nicht auffhaltet/ oder verziehet/ damit dieselbe deßwegen an Vollführung der Sachen nicht verhindert werde. Wann du Citirter kommest und erscheinest/ alßdann also oder nicht/ oder da hierüber und obangelegt Unser Inhibitori-Gebott und bessere Zuversicht/ gemeldter maßen verfahren/ procedirt oder fürgenommen/ oder auch die aufferlegte Edition und Außfolgung der Acten verzogen/ auffgehalten/ oder gar unterlassen/ so wird doch solches alles respectivè als Attentata und von ihnen selbsten untauglich/ nochmals wieder auffgehoben/ widerruffen/ und nichts destoweniger mit Erklärung der verwürckten Pœn, wie auch sonsten/ auff des Gegentheils oder seines Anwalds Anruffen und Erfordern/ mit obangedeuter Erkänntnuß und anderem/ hierin ferner in Rechten gegen euch verhandelt und procediret/ wie sich das seiner Ordnung nach gebühret. Darnach ihr euch zu richten.

Geben

Geben in Unserer und des Heil. Reichs Stadt Speyer den Dreyzehenden Tag Monats Julii, nach Christi Unsers lieben HErrn Gebuhrt im Sechszehen Hundert Acht und Achtzigsten/ Unserer Reiche des Römischen im Ein und Dreyßigsten/ des Hungarischen im Vier und Dreyßigsten/ und des Böheimischen im Zwey und Dreyßigsten Jahr.

Num. 2.

Mandatum Cassatorium, Inhibitorium, & de relaxando Arresto C. C.

Wir Leopold ꝛc.

Entbieten denen N. N. Bürgermeistern und Rath der ꝛc.

Ehrsame/ Liebe Getrene.

Unserm Kayserl. Cammer-Gericht haben Unsere Liebe Andächtige N. & N. demüthig supplicirend für- und anbracht/ und weisen es auch die zugleich hiermit insinuirende Unsere Kayserl. Process weiter mit mehrerm aus/ was in der Haupt-Sache zu verfügen/ Rechtens erachtet worden; Nachdeme aber ihr gedachte Bürgermeister und Rath in euerem (salvo honore) nichtigen widerrechtlichen/ und ohngereimten Processu, in gratiam des prætendirten Hochzeiters N. also und dergestalt fortgefahren/ daß ihr den 22. Novembr. styl. vet. laut Beylag sub Num. 13. der coram vobis anmaßlich beklagten Supplicantin N. einen leiblichen Eyd/ daß sie die Wegbegebung ihrer Tochter aus Hamburg nicht befördert/ noch darin geheelet/ noch diejenige/ so davon Wissenschafft hätten/ kenne/ noch davon selbsten Wissenschafft habe/ wo ihre Tochter sich auffhalte/ auffzubürden/ nicht weniger die Vätterliche Güther anzuhalten/ zu befehlen/ und klagendem N. N. auff dieselbe einen Arrest, und den 25. darauff wider Klägerin eine Citation ad videndum prosequi Arrestum, nach Außweiß der Beylag sub Num. 14. zu erkennen; Endlich und Drittens/ ob gleich vigore Instrumenti sub dict. Num. 14. das Decretum Cameræ Imperialis den 29. ejusdem geziemend insinuirt worden/ den 10. Decembr. hernach von der Mutter die angedrohete 10. Rthlr. Straff zu exequiren/ und factâ Executione reali nochmalen gedachten Eyd bey 1000. Rthlr. Straff juxta Decretum Num. 15. sub comminatione certissimæ Executionis anzubefehlen/ per Decreta übel und nichtiglich angemaßet.

Wann nun bey so bewandten Dingen/ und da Causa super insanabilibus Nullitatibus bey diesem unserm höchsten Gericht bereits angebracht/ auch angenommen/ und ratione Inhibitionis die nöthige Verfügung gethan worden/ dieselbige auch würcklich insinuirt werden solle/ an und vor sich selbsten injustificabel, sie Supplicantin wegen ihrer nothdringlich/ und zu Salvirung ihrer Ehr/ Heyl und Wohlfahrt/ wann sie nicht in gleiche abscheuliche Kranckheiten/ mittels vorgenommener Execution gestürtzt werden wollen/ genommener

Flucht und Wegbegebung entgelten zu lassen; nicht weniger liquidò ohnbillich in deren mitklagende Mutter mit Auffbürdung eines harten/ schweren und allzufest verclausulirten Juramenti zu dringen/ die allenfalls mehr nicht zugelassen/ als was die Salvatio Sanguinis sui & Familiæ, ohne dem auch Naturæ Jura von einer Mutter erfordert und haben wollen; Drittens weniger nicht widerrechtlich dem gedachten N. N. welcher seine Gesundheit noch nicht probirt/ auch die modos probandi nicht außgestanden/ weniger ein Decisum erhalten/ quasi Jus in re & ad rem legitimum, fundatum & quæsitum habenti auff der offtermeldten Implorantin Vätterliche Güther einen Arrest zu erkennen/ und damit Ursach/ an dero Güther die Hand zu schlagen/ zu geben; dahero bey kundbarer fundirter Jurisdiction dieses Unsers höchsten Gerichts/ vermög der Cammer-Gerichts-Ordnung *part. 2. tit. 23.* à Præcepto wohl angefangen werden könne. Solchem nach um diß Unser Kayserl. Mandat und Ladung an und wider euch zu ertheilen inständigst anruffend erlangt/ daß solche Procesś (jedoch gegen würckliche Leistung anerbottener Caution) heut dato nachfolgender gestalt erkennt worden seynd. Hierum so gebieten Wir euch von Röm. Kayserl. Macht/ und bey Pœn zehen Marck löthiges Golds/ halb in Unsere Kayserl. Cammer/ und zum andern halben Theil ihro der Impetrantin ohnnachläßig zu bezahlen/ hiermit ernstlich und wollen/ daß ihr den nechsten nach Uberantwort- oder Verkündung dieses/ euern vorgenommenen Procesś, Decreta und Executiones cassiret und auffhebet/ auch biß zu weiterer dieses Unsers höchsten Gerichts Verordnung alles und jedes Cognoscirens/ Decernirens und Exequirens gäntzlich enthaltet/ und endlich den thätlichen Arrest gegen würckliche Leistung anerbottener Caution relaxiret/ deme also gehorsamlich nachkommet/ als lieb euch seyn mag vorangedrohete Pœn zu vermeyden; Daran geschiehet Unser ernstliche Meynung. Im Fall ihr aber durch diß Unser Kayserl. Gebott beschwert zu seyn/ und warum demselben anbefohlener maßen nicht zu geleben wäre/ erhebliche und beständige Ursachen und Einreden zu haben vermeynen soltet/ alßdann so heischen und laden Wir euch von berührter Unserer Kayserl. Macht/ auch Gericht- und Rechtswegen hiermit/ daß ihr auff den Sechtzigsten Tag/ den nechsten nach beschehener Insinuation dieses/ deren Wir euch Zwantzig vor den Ersten/ Zwantzig vor den Andern/ Zwantzig vor den Dritten/ letzten und endlichen Rechts-Tag setzen und benennen/ peremptoriè, oder ob derselbe kein Gerichts-Tag seyn würde/ den nechsten Gerichts-Tag hernach/ an hiesigem Unserm Kayserl. Cammer-Gericht durch euern Gevollmächtigten erscheinet/ euer beständige Ursachen und Einreden dagegen/ wie sichs gebühret/ vorzubringen/ darauff der Sachen und allen ihren Gerichts-Tägen und Terminen, biß nach endlichem Beschluß und Urtheil außzuwarten. Dann bestimmen Wir allerseits/ zu Ubergebung derjenigen Gerichtlichen Handlungen/ welche nach der in Primo Termino verübten Nothdurfft/ vermög der Ordnung und jüngern Reichs-Abschieds/ ferner anzu-

anzubringen/ sich gebühren mag/ Zeit dreyer Monaten pro Termino Legali. Wann ihr Citirte kommet und erscheinet/ alßdann also/ oder nicht/ so wird doch nichts desto weniger auff des Gegentheils oder seines Anwalds Anruffen und Erfordern/ hierin in Rechten gehandelt/ und procediret/ wie sich das seiner Ordnung nach gebühret. Darnach ihr euch zu richten.

Geben in Unserer und des Heil. Reichs Stadt Speyer den Dreyzehenden Tag Monats Julii, nach Christi Unsers lieben HErrn Gebuhrt im Sechszehen Hundert Acht und Achtzigsten/ Unserer Reiche des Römischen im Ein und Dreyßigsten/ des Hungarischen im Vier und Dreyßigsten/ und des Böheimischen im Zwey und Dreyßigsten Jahr.

Vers. *Tertium*, *Restitutionis in integrum beneficium, &c.* *d. p. 110. lat. 2.*

Operæ mehercle pretium est, ex fundamentis quæstionem illam: *An in rerum naturali Processu nostrarum detur SOLITARIE REMEDIUM RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ad rescindendam Sententiam Judicis inferioris coram superiori capessendum? An verò eatenus solum, quatenus cum Appellatione conjunctum & cumulatum, aut & ipsum illud Appellatio est?* discuti, averruncandis sordidis confusionibus, stabiliendæ Praxi & Veritati, cum Juribus Statuum Imperii pervicacius quassatis. 27.

Hanc in rem ita inquit Author: *Læsus in inferiori Judicio* (atqui, qui Restitutionem in integrum adversus Sententiam petit, certè eam approbat, nec de læsione Judicis aut Judicii, sed extrinsecus superveniente queritur; de qua ordinaria cognoscendi licentia contra Analogiam Juris Publici & Privati adimi non potest:) *ad quantitatem aliàs appellabilem* (textus est in Recess. Imper. *1570. §.* Ebener massen 2c. *69.* num autem is de hoc remedio solitariè *&* *citra* Appellationem instituto loquitur? Non certè; sed de Restitutione per Appellationem, aut in ea, petita; sicut & de nullitate in vim Appellationis ad Cameram devoluta: *novam instantiam in Judicio Supremo inchoare:* (Nullatenus, sed eandem continuare, si scil. principalis quæstio extra litem esset) *præstitoque Juramento* (quod prorsus & omnimodo absurdum falsumque est:) *quod novorum deducendorum, neque Procurator, neque Advocatus neque Principalis aliquam Scientiam habuerint, vel saltem iis uti necessarium non crediderint.* Gemeine *Cameral*-Bescheid *de 7. Jul. 1671.* (atqui hoc Decretum de solis Restitutionibus in integrum

28. De tentatâ ratione Jurisdictionis fundatæ per Restitutiones in integrum adversus Sentent. infer. Prior Author errans.

grum (NB.) adversus Sententias à Supremo Cameræ Judicio pronunciatas ab omni Provocatione liberas, petitis loquitur; Quis autem hunc, uti aliàs appellat, *ferreum rigorem* ad Sententias Judicum inferiorum, contra Jura Communia protenderet? Quis ita profligaret incongruè Jura Statuum?) *atque læsione per nova Documenta atque ejus causa probata, causæ redintegrationem per Judicialem Sententiam, nancisci potest*, (*dicere voluit, per decretam Citationem ad videndum se restitui*; verbum enim, *Sententiam*, arguit eum ad Restitutiones Camerales relapsum:) *cum tali scil. effectu, quod Appellans Victor aliàs gaudere solet.* (Ita, si appellavit, aliàs enim hæc ad Ordinarium spectant.) Et sic primus novus *Nomotheta* dimissus est.

29. Rodingus cautus.

Magis, ut in omnibus, providus, alter, Rodingus, *lib. 1. Pandect. Cam. tit. 34.* Sed, cum eam simpliciter, non adjecto nomine Judicis, coram quo Restitutio petenda sit, ut remedium adversus Sententias competens, de quo nunquam dubitatum definiat; & porrò, pro Devolutione Causæ ad Superiorem, illud cum Nullitate conjungi posse, & rectè, adeoque non de solitariè petito, doceat; & ab Addit. quasi de Restitutionibus in integrum adversus Sententias Camerales loqueretur, accipiatur, suo Jure vadoque transire permittendus est.

30. Tertius improvidus & falsus.

Animosior *novissimus quis* est, *in Praxi Juris & Processus Cameralis novissima* rhapsodica, nec Authorem suum, nam qui præscribitur minimè Gentium est, nec ipse ita se nominaverit, laudare ausa, *tit. 19. pag.* (*edit. ult.*) *777.* dicens: *esse Provocationem* (sivè Provocationis Speciem, ut Marant. *part. 6. Speculi de Appellat. in princ. imò contra*, quia qui provocat, Sententiam prioris Judicis injustam sive nullam esse conqueritur; qui verò restitui petit, eandem approbat, & solum extrinsecus quid accidens in spem Restitutionis memorat. vid. Relat. Assess. *ex Tract. de Synod.*) *ad Cameram* (imò non ad Superiorem, sed *ad Eundem* qui nec voluit gravare, nec gravavit, unicum novi emergentis Judicem) *non solemnem* (ideoque remansuram penes inferiorem: nam si solemnis est, sive cum, sive in Appellatione alternativè proposita: tunc demum *Camera vetus* admisit) *&c.*

31. cætera jam superius percursa. Addit denique *quadriennium continuum*, ei petendæ tempus, *contra Sententias Camerales* rectè, *contra Judicium inferiorum non æquè*, sed ei cum Appellatione petendæ

præ-

præfixum erit decendium; & nova separataque Devolutionis ratio non datur. Et si datur, ubi *Lex*, ubi *Ratio, illa*, vel *Juris Communis*, vel *Cameralis scripti*, aut *non scripti*; hæc, vel *publica*, vel *privatorum*? Per quàm legitimè demonstrari possit hæc thesis Praxeos Forensis: *Ubi contra Sententiam à Judice Statu Imperii vel immediato latam ex superveniente nova causa Restitutio in integrum petitur, Jus de eâ judicandi Ordinibus Imperii ademptum, & ad Superiorem devolutum; novam, solitariè, & per se subsistentem, rationem Devolutionis Causarum ad Summa Tribunalia affirmatam; & omne Jus Commune disruptum esse: concessum etiam extantibus remediis ordinariis, novum extraordinarium adversus Sententias, quà tales, & contra omnem Juris formam conceptum?* Id si probaverint novæ sectæ Authores, dabimus illis centum ex ære captivo: quæ enim causa sub prætextu novorum deducendorum, præterlapsis omnibus Fatalibus, & Ordine Juris Ordinarii turbato ad Suprema Judicia ita non raperentur. Quæ barbaries, talia in Jus Camerale, recenti scil. sapientia intrudere? Et textus Recess. Imper. *1570.* & Concept. Ord. Cam. *part. 2. tit. 31. §. 5.* de quo casu loquantur, diximus: Et *Interpretes* aliam Restitutionem, quam adversus Sententias Camerales petitam, aut cum Appellatione, aut in Appellatione consistentem, vel Nullitate, ut res feret, cumulatam, (nam Fatalium alia ratio est) in veteri Prudentia ignorant. *Secusne itaque in nova?* Ita, *inquis* & adsunt jam nova *Præjudicia* decretarum Citationum ad videndum se restitui in integrum adversus Sententiam à Judice inferiori latam; *alterum*, de 14. Jun. 1680. *alterum*, de 8. Jul. 1686. Replico *in priori Facti Specie* judicasse Judicem Compromissarium ex priscis Pactis conventis electum, cui Jus in integrum restituendi non competebat, per *l. ult. C. ubi & apud quem &c.* Bachov. ad Treutler. *volum. 1. disputat. 11. thes. 1. lit. c.* judicasse etiam Dominum Feudi, cujus forte in his nulla fuit Jurisdictio, adeoque casum semper à regulâ exceptum, scil. omnes Restitutiones in integrum adversus Sententias, coram Statibus Imper. vel Ordinibus Immediatis pronunciantibus ventilandas, vid. argum. *Ord. Cam. part. 2. tit. 1.* nisi, vel non possint, vel non velint esse Judices, tum enim demum superior, ut in dicto exemplo factum, adiri poterit Ord. Cam. *dict. loc.* *In secundâ verò:* Non tam adversus Sententiam, quàm (ut verba evidenter monstrant) ex capite Doli, Mino-

32. Principia solidæ ignorata.

33.

34.

35. Et novorum Præjudiciorum hic authoritas nulla.

36.

37.

rennitatis, Læsionis enormissimæ, & non adimpleti Contractus adversus Fraternam inter Immediatos Imperii initam Transactionem, Restitutio petita fuit, prorsus alio & singulari, quam Provocationis, Jure metienda; ubi nemo, nisi Suprema Tribunalia, de Jure Restitutionis, quod etiam Austrægis abrogatum eunt, cognoscere poterant. *Tantum est*, quod *pro asserendo Jure Ordinum Imperii, Ordinat. Cam. & ad præscindendos novos Pragmaticorum Errores*, non sine sapientiæ & ingenii opinione succrescentes, asserendum fuit!

dict. pag. 110. in fin.

Vers. *Voluntariæ Jurisdictionis &c.*

38. In Judicio Aulico, *ex Jure Cæsareo primitivo*; Alibi, *ex Præscriptione.*

Ibid.

Vers. *Commissionum &c.*

39. Post verba: *Præsertim ad Austrægas pertinentibus*, adde: *Aut ubi Judex Causæ adhuc incertus est, v. g. si penes Actorem electio est, vel quando diversæ fundationes diversarum Jurisdictionum occurrunt, & similia.*

pag. 111. princ.

Vers. *Cui autem hoc casu &c.*

40. Cum hoc loco *de Persona, cui Rotulus edendus sit?* quæritur: sine omni dubio dandus est ei qui Commissionem impetravit: Securius tamen Commissario relinquitur, cum Status Imperii est, ut non ita pridem practicavimus.

Ibid.

Vers. *Tutorum dandorum &c.*

41. Malè hîc præcisè *Tutoris Immedietas* requisita; sanè in omnes dies etiam Mediati ordinantur & confirmantur; uti &, qui sequitur casus non ritè perceptus est: Sed hæc breviter & verè perpendimus ad citatum ab Authore locum Tennagel. *pag.* (*edit. ult.*) *535. & 537.* nuper Notis à nobis illustrati.

Ibid.

Vers. *Testium examinandorum.*

42. Adde: *Immediatorum*: Mediati enim suæ Jurisdictioni etiamsi Causa in Judicio Aulico pendeat, & Cæsareus Commissarius eos evocaverit, relinquendi sunt; ut id sæpius aliquando reduximus.

CAPUT XI.

De Jurisdictione Aulicâ, circa Causas Gratiæ.

SECTIO I.

ARGUMENTA.

Novorum Principum & Principatuum Tituli inter modos Politicæ Solutionis. 1.

Privi-

De Causis Gratiæ in genere.

NIhil hîc gratiosum, sed ingratæ distinctiunculæ, & res inanes, transitoriè perpendendæ.

Vers. *Et notarunt jampridem Prudentes, &c.* *pag. 112. princ.*

1\. Crede mihi, & si plures novi Principes Principatusque, aut Dignitatum gradus cogitationibus nostris effingere possemus, admittendos, tum ut stimulus indatur egregium quid pro Republica audendi, tum, ut debita quæ virtuti debentur ab Imperio sine parato ære disjungantur, Creditoresque, ut *l. & in contraria. 37. D. de Usur.* ait, Pauperis Imperii dissolvantur; Quod Solutionis genus solis maximis

ximis Principibus proprium, nullâ privatorum cavillatione contaminandum. vid. Trajan. Boccalin. *ad Tacit. pass.* & *in Relat. ex Parnass.*

pag. 113. princ.

Vers. *Quod Expeditionem attinet, &c.*

2\. *Quid* autem *de illis Privilegiis dicemus, quæ extra Imperium existente Imperatore conceduntur?* sanè, vidimus in *Veterum Monumentis ad Ordinat. Cam. part. 2. tit. 20. num. 26.* ab Assessoribus Cameræ superioris Seculi *instar Styli* conclusum, videndum in posterum accuratè; *num illa per modum præcepti Consensu Statuum concessa sint? an verò privatim obreptitiè, ut plerumque fieri soleret, & præsertim, an extra Imperium impetrata & concessa sint?* de quo loco videndæ *Vindic. tit. 30. num. 19. & 20.* Sed non persuaserim Clientibus, ut his pervicaciter obmotis, in Aulâ Cæsareâ crabrones irritent.

dict. loc. lat. 2. pr.

Vers. *Certâ scientiâ, & vim habet novæ Concessionis, &c.*

3\. Confirmationes Privilegiorum.

Ejusmodi Confirmationum Petitiones non facilè omittendas, utiliter suadet Author. Præsertim verò vellemus id fieri (1.) in casibus concessorum Privilegiorum, Jurium, Immunitatum & similium, maximè per directum vel indirectum Juris tertio competentis ob- aut derogatoriorum, sub ancipiti Principatu, sive ob potentiam Regnantis, ut Caroli V. & Ferdinandi II. sive ob nimiam lenitatem, ut Rudolphi II. aut sub temporibus Bellorum, vel Civilium, vel cum Exteris, emotâ sedibus suis in defensionem Germania, gestorum. Exempla sunt odiosa. (2.) Jactura Originalis Concessionis. (3.) Aut illius in desuetudinem dilapsæ. (4.) Quando quid extraordinarium à Jure cætero Communi usu longævo quidem obtentum, nullo verò scripto Jure vallatum extat: & similibus. Nam hæ Confirmationes tollunt ipso Jure omnes Exceptiones priori Concessioni aut usui objiciendas aut objectas, quasi ex nova causæ cognitione robur addentes; ex quibus postmodum Processus in Supremis Judiciis peti & decerni poterunt, ut nuper d. 9. April. 1681. ad Instantiam Herren Bürgermeister und Rath der alten Stadt Hildesheim contra David Engelbrecht Brauns / *Citatio ad videndum se incidisse in Pœnas Cæsareæ Confirmationis,* & *l. ult. C. de in Jus voc.* ob aditum à Reo Celsiss. Judicium Aulicum, & cum hîc Preces, ut informes rejicerentur, institutum Recursum ad inferiorem, & hoc iterum non arridente, secundò ob Judicium imploratum; quæ, ut desultoria, postmodum rescissa sunt, decreta fuit.

SECTIO

SECTIO II.

De Causis Gratiæ in specie.

Vers. *Investiturarum Concessio, &c.* dict. pag. 113. lit. a.

4. Addit Author: *& Literarum Investituræ Declaratio & Interpretatio.* Legislatoria scil. & abditos Principis concedentis Sensus concernens: Reliqua enim, sive Judicialis, *etiam in Articulis Decisivis* utrique Supremo Judicio communis est. Recess. Deput. *1557.* §. Ferner nachdem hierbey ꝛc. *5.* ut ad Superiora jam perscripsimus.

Vers. **So viel nun ꝛc.** dict. pag. 113. in fin.

5. Wegen deren Ceremonien und Solennitäten so bey Empfahung Chur- oder Fürstlicher Lehen und Regalien in Obacht genommen zu werden pflegen/ könten einige rare Exempla, und in specie der Chur-Sächsischen Lehen Empfängnüß beygebracht werden; wann das Unglück die glückliche Possession unserer Bibliothec und Manuscriptorum nicht entsetzlich turbirt hätte; wiewohl dergleichen auch anderwärtlich bey dem hochberühmten Hn. Thülemario *de Octovir. cap. 23. §. 28.* und Hn. Ittern *in Tractat. de Feudis Imperii* zu lesen seynd.

Vers. **Daß man nicht allein ꝛc.** p. 121. lit. 2. in med.

6. Loco verborum: oder **Cammer-Gerichts-Cantzley** vidimirter/ lege: **Cammer-Gerichts-Leserey:** Jnmaßen die Cantzley daselbsten mit denen Ordinationen gantz nichts zu thun hat; dieses aber wohl geschehen kan/ daß selbige ein Documentum productarum Literarum Investituræ sub Cæsareo Sigillo extradire/ und demselben die Copiam des Lehen-Brieffs inserire/ welches auch ad verb. der R. H. R. O. *tit. 3. §. 7.* zu mercken ist.

Vers. **Sondern auch** 2. ibi: **oder Pfarrherrns ꝛc.** Ibid.

7. **Von der Art und Form einer Person Sterbfall zu beweisen/** hat nechst dem Mascardo und Paciano nicht wohl besser geschrieben werden können/ als von Joh. Baptist. Coccino *in Decis. Rot. Roman. hujus Seculi* geschehen; wie die sub titulo *Obitus* angezogene Decisiones außweisen; von dem Documento ab Epitaphio aber zu reden/ hat der Herr Author an dem Kayserl. Hof das Absterben weyl. Herrn Wilhelm Otto von Ysenburg ꝛc. durch dasselbe allein nicht sowohl/ als durch das zugleich miteingekommene Attestatum des beeydigten Bedienten erwiesen; dann sonsten jenes

Qqq qq allein

allein das Monumentum deßwegen wenig würde gehoben haben/ weilen sich auch noch lebende dergleichen (**ausser des Jahrs/ Tags und Stunde des Abschieds**) verfertigen zu lassen pflegen/ jedoch läst man es dahin gestellt gehen; dieses dabeneben anmerckend/ daß der Dies Mortis hochermeldten Herrn Grafen anders in dicto Testimonio, anders aber bey denen Genealogicis Scriptoribus auffgezeichnet wird.

p. 122. lat. 1. in fin. 8.

Verf. *Quod ultimum adeò necessarium, &c.*

Si Investitura simultanea in illis locis, ubi recepta est, omittatur, omissionem illam generare Amissionem Feudi; id R. H. R. O. *dict. tit. 3.* §. (non, *2.* sed) *8.* non dicit. Id autem dicat Author: *Cujus Loci Consuetudo inspicienda sit, an Feudi siti, an Personarum de Familia inter se, an verò Aulæ Cæsareæ?* quod verius: quid si inter partes de ablegandi Mandatarii Persona, Instructione, aut Commissione integra conveniri non possit? licebitne, utut aliud receptum sit, singularem Investituram petere? Judex interloquetur: sed de modis evitandi Amissionem, non, nisi ex urgentissimis Argumentis, exclusivè practicabilem, suo loco dicatur.

p. 123. lat. 1. in fin. 9.

Verf. **Welches doch nur von Chur-ꝛc.**

Es ist allein dieses zu erinnern/ daß keine **erste** *Investitura* **eines Churfürstenthums** jemalen anders/ als deren neuen Churfürsten in Person geschehen solle/ wie solches obangezogener Hr. Thülemar. *dict. loc. cap. 23.* §. *28.* in denen Historien gegründet zu seyn/ achtet. Ubrigens will man sagen/ die hier und dar von dem Hn. Authore als einem Privato mißbrauchte Worte: **in unserer Hoch-Gräfl. Lehen-Sache**/ *pag. 121.* item; **unserer Herren Grafen von Ysenburg Lehen**/ *pag. 123.* einen fast eigenen Ehrgeitz mit und nach sich führen solten; so an seinen Ort gestellt wird.

19. Verissima sunt; dignius enim trahit hoc casu ad se minus dignum: per *ibid. alleg.* & in Causis Episcopi & Regiminis Hildesiensis Civitatem Hildesiensem continuè exagitantium Exempla cumulatissima probant.

Ibid.

Vers. Hierher gehöret auch die Frag / 2c.

20. Addatur: im geringsten nicht / reliqua in loco remissivè citato in ordines suos redacta.

SECTIO III.
De Processu Summario.
SUBSECTIO I.
De Commissionibus.

pag. 201. lat. 2.

Verb. *Contra Naturam Causæ* nicht auffgetrungen werden sollen.

21. SEd, *quid hoc est, contra Naturam Causæ Commissiones non obtrudere velle?* Sanè, non infrequenter visum Statibus, formulam hanc aliquid monstri alere; unde Fori cavillatio ingens,

Contra Naturam Personarum vel

Causarum Commissiones, quæ illæ: evitandæ.

ingens, & Imperii detrectatio, sive Gravamina Comitialia. *Contra Naturam Causæ* vel magis *contra Jura Personarum*, *pugnant Commissiones Aulicæ Principibus & Electoribus obtrusæ*, *non Austrægales*; quia ab his contra immediatas Cæsarum cognitionis libertas ab antiquissimis temporibus usque præscripta, in Contradictorium quidem deducta, sed acriter manutenta, & ipsis Summis Principibus centies objecta, vim suam retinuit. Itemque, quæ *de Principum Ditionibus* alterutri sive in Possessorio Ordinario, sive Petitorio ab- vel adjudicandis, Honore, Famâ, Prærogativis Dignitatum, Censibus & Collectis, aut similibus, cum voto licet, cogituræ, delegabantur; & in summâ, *quicquid contra Principale Principum Interesse, Statum & Libertatem quasi Augustalem directè vel indirectè tendebat. Quod ad Comites, Barones, Prælatos, &c. Nobilitatem immediatam*, latius merito emergunt Commissiones, neque ita ut in priori casu earum res accisæ; ut qui ex merâ gratiâ & quasi ab atrociter reluctante aliquid Prærogativæ obtinuerant; in Contradictorio, secus ac illi, convulsi & profligati, firmiter contra Cæsaris Majestatem consistere non ausuri: Unde eorum æqua equidem sed modica ratio in Commissionibus habita, nec habenda: nimis iniquis passibus illorum Juribus, Privilegiis & Dignitatibus juxta Cæsarem gradientibus, etsi quid viatici ex Constitutionibus Imperii & Ordinationibus Cameræ recentioribus, nam antiquarum alia ratio est, adsumsissent. *Civitatum Imperialium* nullam, etiam quidvis Eminentiæ, Privilegiorum Fori, aut Immunitatis jactantium, rationem habitam esse, Commissiones prævaluisse, easque modestiæ & Silentii in omnes vices Negotiorum admonitas, duorum Seculorum fatalia vota & descripta ostendunt.

22\. 23. 24. 25.

26\. *Mediatos Imperii Cives* eximunt verba Constitutionum Imperii rigida, nec facile flectenda, adeoque suis Judiciis Ordinariis concedendos; nec dixerim in hos Imperium horumque curam Cæsaribus, nisi ex continentia, vel circumstantiis fundatâ simul potestate, quietem diffregisse. Qualium Propositionum Articulos singulares passim in Scriptis nostris jam pridem resolvimus: id perpetuo inculcantes, quod

27\. est in Capitulat. Cæsar. *artic. 1.* Cæsarum Officium esse, in Zeit solcher Kayserl. Würden / Amt und Regierung die Christenheit in gutem / treulichem Schutz und Schirm zu halten / dazu in dem

Heil.

Heil. Reich absonderlich Frieden / Recht und Einigkeit zu pflantzen / damit sie ihren gebührlichen Gang / den Armen wie den Reichen / ohne Unterscheid der Person / Amt / Würden und *Religion*, gewinnen und behalten mögen. Hoc esse omni antiquitate prius, & Prærogativa Civium, Legibus itidem Imperialibus & Capitulationibus senius; adeoque nullis subdolis formulis & prætensionibus coërcendum, sed Suprema Superioritate niti, in Jurisdicendi materia, forma, finibus & effectibus, adeoque & in Commissionibus liberum nexuque solutum: Quod si Commissiones contra Imperialia Pacta & Conventa quid imperitarent, Ordinibus Imperii universis Exceptionem Pacti conventi competituram, singulis verò Principibus decus publicum & promovendæ Justitiæ *Æquitatem; Modestiam* mediis, & Novissimis *obedientiam metumque*, commendanda. Sed id jam sufficit. 28.

De Commissione Austrægali.

Vers. *Suntque duplices &c.* pag. 103. lat. 2.

Malè Author *Commissiones Austrægales* per Commissarium Cæsareum expediendas, *non legales* appellat, cum vel *maximè legales* sint; utpote, qui Titulum, Jus & Potestatem, etiam ipsi Cæsareæ immediatæ Cognitioni notoriè præjudicialem, à sola Lege habent. Magis dixeris, Commissiones Austrægales quasdam esse *generales & indefinitas*, ita enim omnes omninò, ut Titulo Honoris ex Lege Imperii addito, appellantur; quasdam *speciales & definitas*, in unam alteramvè Personam singulariter à Cæsarea Majestate ordinatas. 29.

Vers. *Notandum verò, &c.* ibid.

Sed, *numne super Executione Austrægis competente ratione quæstionis, ita; quomodo; & quousque res in liquidum deducta?* Nequaquam, sed necessaria congessimus *Vindic. tit. 27. num. ult.* & ad Tennagel. *class. 2. cap. 17.* 30.

De Commissione Aulicâ ad Audientiam, (sive cum Voto.)

Vers. Wobey zu *notiren* / &c. ibi: Viel wackere Leute hertzlich gewünschet / &c. pag. 105. lat. 2.

Addatur: Und noch mehrere wackere Leute hertzlich gehasset / daß alßdann ohne vorher eingekommene Relation durch 31.

 die

32. Non pronunciandum per Commissar. ante visam à Cæsar. Relationem.

die Commissarios gesprechen / **oder aber** andern Falls der eingesandten Relation Copey denen Partheyen / sich darüber vernehmen zu lassen / communicirt werden solte ; Sintemal je augenscheinlich bey **dem ersten** Casu sich an Tag legt / ob wolte man Kayserl. Majestät einen neuen Judicem intermedium, und gleichsam Primæ Instantiæ unter die Augen setzen / da dann / falls der oder die Commissarii nicht / wie es dann nicht anders seyn kan / nach eines jeden Humeur auß- und recht-sprecheten / des Recurrirens / Provocirens und Supplicirens à Delegato ad Delegantem kein End seyn würde / deme vorzukommen / allerhöchstbillichst Cæsares die endliche Abur theilung einzig und allein sich vorbehalten / und damit die hierüber etwan führende Zäncke weißlichst abgeschnitten. Noch mehr

33. Nec communicandæ Relationis Partibus.

aber erhelle jetzt höchstermeldter Kayserl. Majestät Vorsichtigkeit **bey Abschlagung der geringsten** *Copiæ Relationis*; dann obwehlen von **denen alten Zeiten** / und da die Commissiones ohnregulirt durch das Reich geherrschet / gesagt werden wolte / daß es damalen öffters wunderlich daher gegangen / so wäre jedoch **heutiges Tags** ein Excess bey Parität der Religion und dergleichen / nicht zu besorgen / und müste man abermalen einstens Finem Litium machen; Et, si non, würde denen Partheyen und spitzfindigen / auch mehrern theils unruhigen Advocaten, Weg / Thür und Thor zu unleidentlichen Cavillationen und Einreden gebahnet und geöffnet / worüber dann die Commissarii & Partes zu hören / und aus einem Process wohl drey gemacht würden / quod ense rescindendum esset: und wann man solchen Rationen keinen Glauben beymessen wolte / möchte man die Causam Commissionis & Executionis Chur-Mayntz contra Erfurt / und was utrinque wider die Justitz und deren Vollziehung anmaßlich auffgeführt werden wollen / neben denen Actis

Nec obsequii memoria omnis exeunda.

ansehen ; **wann derowegen das Reich / auch** *quoad singulos,* **keinen** *Souverainen* **Herrn leiden wolte / müste man wenigstens in** *Privat-***Händeln dermaleneinst** *juxta Legis Imperii, Sententias præcisas & definitivas* **sich gedulten ;** wie dann Kayserl. Majestät über dergleichen Einwürff und unzehliges Disputiren / da man wohl in Camera 20. 30. Jahr über den Authorem Litis und dessen Coërcitung solte dispuirt haben / ungedultig / nach per Commissionem eingeschlagener allergnädigsten Oberhand und oberste

Vor-

Vorsicht/ auch erhaltener Relation ad averruncandas Lites angefügt: Scribatur Cameræ; **warum Ihro Kayserl. Majestät die Verordnung gethan/ daß der Solter in der Stadt Kempten weiter nicht solle geduldet werden; weilen deroselben aus Ihrer** *Commissarien Relation* **so viel vorgekommen/ daß er die meiste Ursach des entstandenen Tumults gewesen/ dahero die Cammer auff dessen Anhalten/ unter dem Vorwand der** *Cameralischen Litispendentz*/ **2c. solche Kayserliche Verordnung in Erkennung weitern** *Process* **in Obacht nehmen solte.** Sub d. 4. Februar. 1647. &c. &c.

De Commissione Aulicâ ad Amicabilem Compositionem.

Vers. 1. verb. *Pro re natâ* **in allen Sachen 2c.** *pag.* 206. *lat.* 1.

An etiam in illis, in quibus Lis alibi præventa est? 34.

Etiam Lite præventa Amicabiles Compositiones laudabiles

Ita certè; neque enim Litis pendentiæ, quæ Cognitionem Judicis concernit & Tribunali alligata est, per Interpositionem Amicabilem, quasi Amici, præjudicium fit; eâque non succedente res eò, unde venerat, vel venire dicebatur, redit, & Judex in officio pergit, ut ejus rei Exempla innumera sunt; Etiam Camerâ Imperiali in Causis coram se pendentibus ejus speciei Commissiones decernente; ut Sententiæ Camerales Blumianæ, & à nobis editæ uberrimè commonstrant.

Vers. **Wann auch solche** *Commissiones &c.* *pag.* 209. *lat.* 1.

35. Appellatio in Commissione salva: sed cum Cautelis.

Daß in Commissionibus cum clausula: **In Verbleibung der Güte/ was Recht ist/ zu erkennen/** 2c. die Appellation à Sententia Commissariorum ad Celsiss. Judicium Aulicum dem gravirten Theil erlaubt seye/ erweisen das Jus Commune und quotidiana Observantia: mit nichten aber der verstümmelte textus Ordinat. Judic. Aul. *tit.* 2. §. Dieweilen aber 2c. 4. **Warum aber derselbe also/ und nicht klärlich eingerichtet worden/** ist von denjenigen/ welchen die crebræ Obtrectationes Ordinum & Advocatorum sonsten bekandt seynd/ ohne Schwerigkeit zu beurtheilen/ und gibt auch der Herr Author etlicher massen dazu Anleitung; und uns/ in der Wahrheit/ verdriest/ nach so vielen/ abermalen davon zu schreiben. Folgende Puncten aber solte der Herr Author ohnerörtert nicht haben lassen dahin gehen; Als (Erstlich:) **Wie und auff was Weiß es einen oder andern theils/ wann** 36. 37.

Xxxxx 2 sich

sich *Commissio* zum gütlichen Vergleich *simpliciter* und *tantum concepta* zerschlägt/ und fruchtloß abgehet/ zu halten; Und

38. (Zweytens:) Ob durch Außbittung einer so gestalteten *Commissionis simplicis* (dann de qualificatâ per clausulam judicandi, wann dieselbe ab utrâque Parte acceptirt worden/ kein Dubium obhanden ist:) des Hochpreißl. Reichs-Hof-Raths *Jurisdiction pro præventa*, also/ daß man anderwärtlich *pro consequenda Justitia* sich nicht ferner anmelden könte/ zu achten? und obwohlen/ falls auch Commissio simplex ejus generis ab utrâque parte acceptirt worden/ es fast scheinen wolle/ daß propter semel agnitam Jurisdictionem Judicii Aulici, diese auch/ quoad eventualiter consequentia pro præventa zu achten wäre/ so ist jedoch die negativa, und wann das Werck sich endlich und gäntzlich zerschlagen hätte/ (secus si in Partibus indivisibilibus aut connexis:) billich zu behaupten/ arg. *§. ult. Inst. quib. mod. tollit. oblig. l. prout. 80. D. de Solut.* und alßdann dasjenige/ was wir ad *Observat.* Ante-Marill. *5. pag.* (*edit. ult.*) *587. 588.* angemerckt/ kürtzlich in Obacht zu nehmen; wir aber anhero nicht ab- oder überschreiben wollen.

pag. 209. lit. 2. Vers. Was die *Differentz* &c. *in fin.* ibi: *à Cæsareâ Majestate &c.* Add. *Ejusve Judiciis, vel Camerali, vel Aulico, &c.*

SUBSECTIO II.

De Processu per Literas Informatorias, vulgò, Processus Informativus.

QUandoquidem apud nos Joh. Christoph. Limbach, Dr. Cam. Imper. Advocat. & Procurat. de hoc ex professo Tractatum in publicum dedit, quem Anno 1684. non minus ex professo informandum recepit, ipseque Libellus jam binis vicibus excusus fuerit, nihil ultra illi, neque in Aulicis, neque Cameralibus addo; tu videris Lector & judicaveris.

SECTIO IV.

De Remediis Cursum Processus retardantibus.

UBi præter Methodum & Titulos, Causis subnexis inditos, ut *ad Method. Synth. Præfat. num. 9.* jam notatum, nihilo animadvertimus.

SECTIO

SECTIO V.

De Remediis Cursum Processus promoventibus.

SUBSECTIO I.

De Promotorialibus.

DIximus jam plenaria ad Ordinat. Cam. Veter. & Observat. & superius *ad Cap. X. sect. 1.* unico.

pag. 218. lat. 2.

Ad vers. *Externâ autem, &c.*

39. Superaddito: Reverentiam à Celsissimo Imperialis Cameræ Judicio Literis Sacr. Cæsar. Majestati exhiberi solitam, *non tam ex Stylo, vel Consilii Aulici Secreti ejusque Secretarii Supscriptione*, vel Consilii Imperialis Aulici & hujus Secretario, *quam ex Materia* Contentorum æstimari; & illorum Consiliorum, in Stylo & Personis, scrutari differentias, sæpius, nec vacat, nec placet.

Ibid. in fin.

Vers. *Promotorialium, &c.* ibi: *modò tales causæ sint &c.*

40. Nam, si effectum devolutionum nancisci causæ non possunt, succedunt vel Mandata, vel Rescripta de administrando Justitiam S. C.

pag. 219. lat. 1. pr.

Verb. *Non verò contra Officiales, &c.*

41. Addatur; *Personam Superioris immediatè Imperio subjecti, charactere repræsentatitio non repræsentantes.* vid. dicta ad Ante-Marill. *Observat. 2. pag. 586.*

Ibid. lat. 2. princ.

Vers. *Quod si his Paritio &c.* ibi: *ita, ut immediatè possit in causa procedi &c.*

42. Rectius forte legeretur: *ita, ut immediatè Citatio super denegata Justitia peti & postea in Causa Principali procedi possit.* Namque hæc insigniter differunt.

SUBSECTIO II.

De Intercessionalibus Aulicis.

pag. 219. lat. 2.

43. D*E Intercessione Sacr. Cæsar. Majest. apud Summum Pontificem pro non evocandis Causis Germanicis coram Ordinariis Judicibus in lite pendentibus*, vid. Capitulat. Leopold. *artic. 19.* ejus verò lævam interpretationem apud Josephum Sacripante, *in Defens. Jurisdict. Eccles.* apud Regem Hispaniæ in *Vindic. tit. 29. num. 99.*

SUBSECTIO III.

pag. 210. lat. 1.

De Excitatoriis.

44. QUod Author dicit: *Executoriales*, sive *Madatum de Exequendo*, à *Mandato Executoriali* in eo discrepans esse, quod *hoc* contra Judicem Sententiam propriam non exequentem, datur; erroneum est, quippe omnes *Executoriales & Mandata Executorialia* ad partem victam exeunt, omnia verò *Mandata de Exequendo* Sententiam sive propriam, sive alienam, scil. Supremorum Tribunalium; adversus Inferiores; *illa* quidem semper Sine Clausula, *hæc* si Superior pronunciavit, aut Inferioris Sententiam approbavit, Sine Clausula, si secus, Cum Clausula decernuntur: de causa, quæ ab Authore nominari non vult, sed est Hessen-Darmstatt contra Ysenburg / videatur Notitia Imperii & Famil. Illustr. *lib. 6. cap. 7. §. 5.*

SUBSECTIO IV.

pag. 211. lat. 1.

De Compulsorialibus, & quidem, Simplicibus, &c. &c.

45. NIhil hic advertimus, præter usum *adhuc ulteriorum Compulsorialium* hîc omissum, parti quidem, quoad externam speciem molestarum, sed, quia ex tunc Judex inferior adhuc ad extradenda Acta priora cum Rationibus Decidendi suis Sumptibus obligatur, aliquantisper fructuosarum, licet rarius. Quando verò dicitur: *Arctiores Compulsoriales non amplius sub Pœna Banni emanare*; erratum est. Id autem notandum, quod Ulteriores Compulsoriales exigant in Camera, ut dictum, à Judice Acta suis Expensis extradenda; in Judicio Aulico, secus.

Ibid. in fin.

De Rescriptis Compulsorialibus.

46. Quæ plerumque etiam tum decernuntur, quando Documenta, Acta, Privilegia sunt *penes Tertium*, scil. *Immediatum*; tunc enim *magno ingenio*, cum Mandata Compulsorialia severa nimis; & Citationes ad videndum exigi Editionem Documentor. Actorum &c. & se ad eam condemnari, nimis molles sint, excogitata est media *Rescriptorum Via*, & de Actis apud Tertium existentibus iisque exigendis, eorumdemque Jure dictum *ad Ordinat. Cam. Veter. part. 2. tit. 13. num. 19. & seq.* Tennagel. *de decernend. Process. class. 3. cap. 11.*

SUB-

SUBSECTIO V.
De Commissionalibus.

pag. 223. lat. 1.

ILiada post Homerum scriberemus, si in hanc, fermè ex Roding. *lib. 3. tit. 14.* ut & plura antecedentia & subsequentia quicquam commentaremur, ut descripta: aut quis aliquid quæso de Commissionibus post *Rulandum* dixerit? 47.

Subsect. VI. & Subsect. VII. ex Roding. desumpta.

SUBSECTIO IX.
De Solicitatione Sententiarum Aulicarum.

pag. 225. lat. 1.

SOlche Solicitaturen lassen sich besser und füglicher in arenâ und wann man in loco selbsten ist/ als aus Büchern und Commentariis begreiffen/ als unter welchen diese mehr verschweigen als reden dörffen: Sonsten solte man wohl billich ansehen/ ob in dieser Section (*pag. 226.*) mehr der anjetzo Regierenden **Kayserl. Majestät** Ansehen abgemahlt/ als vielmehr ein vollständiges Emblema **eines allerehrgeitzigsten Abgeordneten**/ und könte man sich fast einbilden/ wie/ wann anders die hochmüthig auff sich gezogene Ratio decidendi (*pag. 227. lat. 2.*) citra absurditatem je Platz greiffen solte/ vor gegebener Audientz/ oder ehender der Janitor aus der zweyten Anti-Chambre mit lauter Stimm: **der Gräfl. Ysenburgische Abgeordnete soll zu Kayserl. Majestät eingehen**: geruffen/ sich Ihro Kayserl. Majestät nach dero Wahl-Capitulation, dem geheimen Cabinet, oder dem Herrn Reichs-Vice-Cantzlern/ umgesehen haben dörfften; damit ja dem Herrn Abgeordneten alle diejenige Curialia und Necessaria, wie Sie damalen zugesagt und versprochen hätten/ erwiesen/ und Ihro Majestät nicht etwan criminis violatæ Capitulationis, oder wohl gar Juris Gentium, bey seiner Anheimkunfft in Relatione beschuldigt werden möchten: Ohne Noth von begangenem mehrern fast tadelhafftem Außgeben/ welche auch dem Traurigsten das Lachen/ dem Frölichen aber Unwillen außlocken möchten/ etwas zu melden. 48. 49.

CAPUT XVI.
De Processus Judicii Aulici Egressu, sive Actorum Collatione, Inrotulatione, Publicatione, Lectione, ac Re- & Cor-Relatione.

pag. 228.

Sect.

Sect. I. II. III. IV. De Lectione Actorum.

1. INvitus certè, si quando unquam, ad rem non notabilem aut manifestam non notabiles Notas scriberem; & si quid notari dignum est, jam ad Ordinat. Cam. loco congruo contulimus, qualia sunt, quæ de *Referentium & Correferentium Qualitatibus* dicuntur; de *Xeniis & Muneribus*, & similibus, itaque culparemne affectatum tumorem Artic. IV. **Es ist Unser** *Referent* **nicht allein** Jurisperitus, **sondern auch** JurisConsultus **und** Practicus? *An* in Artic. Special. III. adducamus rationes Augustiss. Cameræ Judicii in Senatus divisi? nequaquam. Et quamvis Author *simile quid in Consilio Imperiali Aulico non exigua Partium Consolatione & Justitiæ Promotione practicari posse,* confidat: Eam tamen Praxin practicabilem habere, neque *Cæsar* voluit, neque *Consilium Secretum* persuasit, neque Status Rei passus fuit; *dicentes:* Authoritatem & vim Decretorum Sententiarumque Conscientiam Rerum gerendarum inter Consiliarios omnes unitam, fortiorem esse; neque humanâ cautione provideri posse, ne semel disjunctus Senatus dilabatur in Factiones, Rationes Status, Diversitates Styli, ac denique diversa Decreta & Judicata; patere postmodum, ubi Senatus Causæ exploratus, faciliorem ad corrumpendas pauciorum animos aditum, aut saltem infames tentationes; si pauci concordes forent, summam rerum commissarum penes illos fore, si discordes, recursitandum ad reliquos, & tandem ad plenum, ac tunc rem multis difficultatibus in subministrandis novæ Causæ Notitiis confundi, terique tempus inutilibus Disputationibus super Specie Facti fortè non rectè relata; posse & solere etiam ab Agentibus & Partibus id omne ita divisum in *Dicteria* deduci, & *Criminationes,* inter facilitatem hujus Senatus, & difficultates alterius, unius diligentiam, alterius tarditatem: imò inter Senatores ipsos distinguentibus, per quæ scrutinia à se invicem divulsorum non posset non universi authoritas imminui, quæ præcavenda!

Margin: pag. 230. lat. 2. — pag. 231. lat. 1. — 2. Non videri ex re Senatus Imper. Aulici esse Divisionem in diversos.

Et Vers. **Welche und dergleichen &c.**

Margin: pag. 232. lat. 1. — 3.

Per naturam rei practicari non potest; ad quid enim Referen-

tes,

tes, si ab omnibus Acta perlegenda? Unde sumentur tempus, oculi, diligentia? certè Referenti confidendum.

Subsectio I. II. III. IV. Sectio V. Subsect. I. II. Sectio VI.

Injuriam faceremus Authori, si diligentiam non commendaremus. Cum autem *DE MODO REFERENDI ET JUDICANDI* loquimur, quis unquam in investigandis Actionum Generibus, & Exceptionum Subordinationibus Generalibus felicior Joh. Oldendorpio; in singularibus ponderandis eruditior Rulando: in ordinandis Juribus, dignior Bacono de Verulamio, fuit cretus. Sed hæc omnia vide in *Notis Veterum ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 13.* ubi diximus. 4.

CAPUT XVII.

De Sententiæ Conceptione, nec non Vôti ad Cæsarem Relatione.

SECTIO I.

De Sententiæ Conceptione.

Vers. *Decretum est &c.* & Vers. *Quoad formam externam &c.* pag. 241. lat. 2.

NOtatum velimus: *Decreta* simpliciter data, id est, non solenniter per Cancellariam expedita, à solo Judicii Aulici Secretario Extractui Protocolli subscribi, novamque addi, quod magnoperè placet, sed id in *Camera* hucusque obtineri, ut fieret, non potuit; detrimento Partium, & Causarum compendio insigni neglecto; ita scil. Rationes Cancellariæ quædam, Reditibus suis immensè invigilantis, volebant, & obtinuêre. 1.

Vers. *In Camera &c.* pag. 242. lat. 1.

Non puto, Communia Decreta, rectè *Senatus-Consulta* dici, ob ea, quæ dicta sunt *Vindic. tit. 2. num. 10. num. 12.* sed id quidem transeat, cum sequentibus universis. 2.

CAPUT XVIII.

De Sententiæ Publicatione.

Vers. *Ex post facto, & differri &c.* pag. 244. lat. 2.

NOvimus, *quæ magnis Imperiis hic objectari soleant,* novimus & illud, *quæ Imperio Consilia adjiciantur, &, ubi Legibus agi potest, illo non utendum:* Exempla in promptu sunt, 1.

sunt, sed pervicacia, atque non rimanda. Ultimum illud in Jurisdictione æstimare, solius Cæsareæ Majestatis est & erit in quæstionibus, 2. *an, quomodo, & quando?* nulla constrictione attinendum, ejus solum arbitrium respiciendum, Statusque hic monent multa ut plurimum, si Cæsar annueret, illis ipsis, quam cuiquam, molestissima; Et quotusquisque Fata Sententiæ Juliacensium, Clivensium & Montensium Successionum toties probatæ, evulgandæque mox repressæ, iteratò suscitatæ, & in Gratiam Principis, quo aliquando opus erat, publicandæ, tertio retractæ, & fermè non suppressæ: Donawerthensium, dicebant, professtinatæ; Erfurdensis, promotæ; Bremensis, attentæ; Oldenburgicæ, maturatæ, & similium. Sed manum de tabula. Ut de illis, quæ extant apud **C. F. von Herden Grundfeste** *part. 3. cap. 5. pag. 271.*

CAPUT XIX.

De Sententiæ, aliarumque Literarum Justitiæ, nec non Diplomatum Gratiæ Expeditione, ubi &c. &c.

ARGUMENTA.

Constitutio Rudolphi Imperatoris de Lingua Teutonica in Actis Imperialibus usurpandâ, fortè non supposita. 1.

Aurea Bulla Caroli IV. à Dn. Thülemario summa cum diligentia edita. 2. *Sed is ab Authore inique & malè reprehensus.* 3. *Dignissimus ipse, qui refutaretur.* 4.

Bartolum, vel Carolum IV. sua manu Sigillum apposuisse, anile dicterium. 5.

Capitulationes titulo Legis Pragmaticæ non dignandæ. 9.

Aquila Cæsaris & Imperii Sigillum. 12. *& ex necessitate inevitabili in Processibus obsignandis usurpanda, unde indigni eventus.* 13.

Ratio ejus in Signum recepta. 14.

Calendarii Gregoriani in Camera &c. ætas. 15.

SECTIO I.

De Expeditione Literarum Justitiæ.

Vers. *Fiebat hæc, &c.*

pag. 245. lat. 1.

1. U*Trum Constitutio Rudolphi I. Habspurgici, de observanda Lingua Teutonica in Actis Imperialibus, nunquam extiterit?* unquam dubitaverim ego, etsi non legissem, sed non expilamus nostra *ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. num. 18. & seqq. num. 59.*

Verb.

Verb. *Imò, ipsa Caroli IV. Aurea Bulla, &c.* — Ibid. lin. 1.

2. De quâ, si quis Laboribus, Expensis, & Meritis unquam excelluit de Literâ ad Literam & Formâ probantissima meritus est *Celeberr.* DN. THULEMARIUS, *magnum politæ Rei Literariæ decus*, ab uno *Uffenbachio* hoc loco, tam temerè, quam immaturæ attentatus, in verbis: *Est ex Auro, non quidem, ut Dn. Thülemarius, Academiæ Heidelberg. Professor. hac in re malè informatus*, (at, quomodo malè informatus esse potuit, qui præsentibus specialissimè ad eam inspectionem deputatis Senatus Secretario & Archivario, atque Pictore eam accuratissimè inspexerat?) *in Tractatu suo novissimo de Bulla Aurea cap. 8. scribit, solido, sed intus cavato &c. &c.*

3. Dn. H. G. Thülemarii adversus præsumtam Refutationem Authoris Responsum. De quo infenso loco cum æstimatissimum Virum monerem, honorificè Francofurto sub d. 23. Jun. (3. Jul.) 1690. sequenti forma rescripsit: Aus Veranlassung habe Hn. Uffenbachii Tractatum de Judicio Aulico entlehnet/ und seine verba *pag. 246.* gelesen/ aber gefunden/ daß er sine causa meine Relationem carpirt/ verba mea allegato *cap. 8. §. 4.* ita habent: Sigillum seu Bulla ex solido Auro est, non inaurata, &c. woraus mein Scopus zu ersehen/ scilicet: daß ich contra Gallos darthun wolle/ Sigillum illud non esse inauratum, sed ex solido, sive puro Auro. Ich excludire dadurch gar nicht das inwendig eingemachte Wachs/ dann ohne Wachs kan kein Siegel seyn/ und die Fäden oder Riemen können in denen Capseln und Bullen/ oder Siegeln/ ohne Wachs nicht fest gemacht werden/ hätte also Hr. Uffenbach diese Censuram wohl sparen können;

4. wäre aber besser gewesen/ daß er Bullæ Originale, wie sichs geziemet/ betrachtet/ und an statt der in selbiger stehenden Capitum, nicht Titulos *dict. pag. 246.* geschrieben. Tum quoque errat, quando scribit, quod Originale Francofurtanum XXX. Titulos seu Capita contineat, cum saltem ex XXV. Capitibus constet. Und ist solches ohnnöthigen Censirens des seel. Uffenbachs Unerheblichkeit demjenigen/ so nur die Sache ein wenig betrachtet/ ohne dem genugsam vor Augen.

Verb. (*Quod Bartolum nonnulli, &c.* — pag 146. lin. 1.

5. *Anile dicterium est*; nec à Juventute usque visus nobis Scriptor vel Pictor, qui Bartolum, vel Imperatorem Carolum ipsum propria manu, Aurum fundentem cudentemque, Ceras torquentem, & Ligacula solicitis articulis componentem vel scripsisset, vel pinxisset.

Ibid. — Verſ. *Ex altero &c.*

6\. Pro, *varia*, lege, *nulla*: pro, *in favorem Filii*, lege, *ſui*, *& ad prorſus reſolvendum titubantis Reipublicæ Statum*, *&c.* vid. Hiſtoria Güntheri Imperat. ex IV. Imper. Comitibus de Schwartzburg nati, & necati.

Ibid. lit. 2. — Verſ. *Cum autem*, *&c.*

7\. Ad verba: *Si ſcil. Avum Paternum*, *&c.* Commentor in Ordinat. Cam. *dict. tit. 3. num. 22.*

Ibid. — Verb. *Cancellaria Imperialis Aulica &c.*

8\. Si denotat Author interpres (Capitulationi enim altum de Cancellaria ſilentium:) die Reichs-Cantzley/ non objiciemus nos: Si verò die Reichs-Hof-Raths-Cantzley/ ſive Expeditiones

9\. Cauſarum Juſtitiæ, decipitur, nec quidem trivialiter. *Similiter*, Titulus *Legis Pragmaticæ* Capitulationi magis ambitiosè, quam rectè tributus eſt. *In Enumerationibus Capitulationum, cur non Maximiliani II. Imperat. adduxit?* Certiſſimè credo: non habuit; ergo abeat ſuperſtes poſt funera textus ad laudatiſſimum Dn. Thülemarium, qui eam in formâ probante ex Archivo Palatino eduxit, ſimulque receptâ Copiâ ejus, gratiisque Actis *Errorem Superiorem Bullarem* expungat.

Ibid. — Verb. *Ubi hæc verba &c.*

10\. *Ubi?* ſcil. in Capitulat. Leopoldina &c. in vetuſtis illis ſuperioris Seculi nulla des Reichs-Hof-Raths mentio injicietur.

pag. 247. lit. 1. — Verſ. *Apparet ergò &c.*

11\. *In quibus Cauſis & Caſibus hâc vel illa Linguâ utendum ſit?* diximus in ſuperioribus.

SECTIO III.

pag. 250.

De Magnifico Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Imperii Sigillo.

pag. 251. lit. 1. — Ad *Rubricam*: & verſ. Es ſiehet aber der Adler ꝛc.

12\. *Non valere Summi Principis Edicta, niſi Imperat. & Im-*

Es iſt ſich nicht ohne Urſach zu verwundern/ daß nachdem der Hſeel. Hr. Author zu Erlangung ſeiner anſehnlichen Beförderung zu Wien/ an allen Orten ſich äuſſerſt befliſſen dero Röm. Kayſerl. Majeſtät und dero Hochpreißl. Reichs-Hof-Raths derſelben bey der *Juſtitz* waltende *Souveraineté*, und zwar nicht unbillich zu behaupten/ er ſo wohl in dieſer Rubric und Uber-

Uberschrifft / als dem Nigro und Inhalt mit denen Worten; ET IMPERII SIGILLO &c. der höhesten Vollkommenheit das IMPERIUM, als offt gemeldet worden / zum Corrivalen und Socio der höchsten Jurisdiction an die Seit setzen / und damit in effectu die solitariam Possessionem summæ Jurisdictionis Cæsarum inquietiren wollen; **Anerwogen** / wann es wahr ist / daß das Sigillum Sacratiss. Cæsareæ Majestat. nicht Jhro Röm. Kayserl. Majestät allein / sondern zugleich das Teutsche Reich repræsentirt / wie hier gesagt wird; **Wann ferner wahr** / daß die Auffdruckung des Adlers so gar nöthig ist / ut etiam Processus vel Diplomata sine appositione Sigilli nullum robur ac firmitatem habeant, &c. **So folgt allerdings** indeclinabiliter, daß wann die Process oder Diplomata nicht **mit dem Kayserl. und Reichs-** (adeoque evidenter, **gemeinschafftlichen**) *Sigillo* versehen seynd / alßdann alles außgelassene / null und nichtig seye; **und** per consequentiam inamœnam ulteriorem an der Majestät / Macht und Gewalt bey dem Reichs-Hof-Rath zu befehlen / zu verbieten / zu erlauben / zu straffen / zu beschencken / ꝛc. **das** IMPERIUM sive Corpus illud fictitium mysticum den halben Theil nunmehro besitzen müsse; **die Röm. Kayserl. Majestät** aber des einen halben Theils verlustigt und entsetzt zu achten / mithin eine Communio, gleichwie fast in Camera an- und eingeführt worden; mit welcherley Positionibus wir uns / an unserm allergehorsamsten Ort / in Aula Invictissimi nicht gern recommendiren wolten: **Wäre deßwegen der von dem Herrn Urheber nicht so weit bedachte Mißtritt zu verbessern / und das Wort:** *& Imperii &c.* **mit seines gleichen** *Formalien pertinaciter* **außzulassen.** Quod & verum est, & Majestate Cæsaris possessa & præscriptâ dignum est.

periiSigillo roborata, est Cæsarem altera Jurisdictionis parte mulctare.

13.

Verb. **Es siehet aber der Adler / ꝛc.**

Ibid. 14.

Wiewohlen de Hieroglyphicis allhier zu reden nicht an der Zeit ist / so mißfällt doch uns die Meynung nicht / daß / nachdem Jupiter in seiner Expedition wider die Titanes der allererste gewesen / welcher die Figuren in die Signa Militaria eingesetzt / und zu dem End seiner grössesten Hoheit Emblema durch einen Adler exprimirt / solches Zeichen nach der Zeit von denen Römern angenommen / bey Regierung Arcadii und Honorii gedoppelt gemahlt / und also auff

 heutige

heutige Glorwürdigste Kayser transferirt worden seye; worüber die Ars Heraldica weiters zu vernehmen seyn möchte.

SECTIO IV.

pag. 251. lat. 2.

De Calendario Excelsissimi hujus Judicii.

15. ADdamus id unum: Calendarium Gregorianum ratione Festorum juxta utrumque Calendarium Feriendorum demum Anno 1595. in Camera receptum esse: (vid. tamen Jul. Magenhorst. *Observat. 90.*) de *Casibus Conscientiæ*, ut perhibetur, de *Statuum Desideriis*, & *Partium Votis*, suis jam locis necessaria præscripsimus.

CAPUT XX.

pag. 252.

De Sententiæ, cæterarumque Literarum, tam Justitiæ, quam Gratiæ Redemptione.

Vacat.

CAPUT XXI.

De Sententiarum cæterarumque Literarum Justitiæ, nec non Diplomatum Gratiæ Insinuatione.

SECTIO I.

pag. 256.

De Insinuatione Literarum Justitiæ.

ARGUMENTA.

Nuncii Cameræ ad insinuandos Processus Aulicos nullatenus, nulloque Jure qualificati. 16.
Unde Tractationes illorum severa, cum Exemplis. 17.

Ibid. lat. 1. in fin.

Vers. *Per Nuncium Cameræ Spirensis &c.*

16. MAgnoperè hîc in causis nobis commissis hæsitavimus: *Num Nuncii Cameræ Processus Aulicos insinuare possint, illisque in præjudicium alterius fides adhibenda sit?* sanè pro negativa facit, (1.) quod vigore Ordinat. Cam. solis Cameralibus Negotiis & Expeditionibus, non insimul extraneis quibuscunque inservire debeant, (2.) quod soli Judicio Camerali, ut tali, (bey dem Eyd so ich hochgedachtem Collegio Camerali gethan:) & non repræsentativo Sacr. Cæsar. Majest. juraverint; adeoque (3.) hoc Juramentum, & vigore ejus datum super facta Insinuatione Testimonium extendi non possit, tanquam fines Mandati supergressum; nec (4.) ipsi Cæsaris Ministri ulla ratione adhuc effectum rectè appellentur;

nec

nec (5.) Violanti illos in Actu incompetenti versantes unquam Camera, tanquam eorum solus legitimus Magistratus, Pœnam dictaverit; nec ab illis (6.) ut hoc fiat, Judicium Aulicum juste imploretur, tunc confusoribus Jurisdictionum futuris, & alienam Jurisdictionem prorogantibus, &c. Sed nemine conquerente, tacitum.

Ibid. lat. 1. in princ.

Verb. **Wiewohl auch die Kayserl. Cammer-Botten/ 2c.**

17.

Solche üble *Tracti*rung der Cammer-Botten ist am allermeisten in Austriacis, wo man von dergleichen Insinuationen einiger Cameral-Process nichts hören will/ vormalen geschehen; wie bey denen alten Cameral-Scriptoribus zu sehen; Ante-Marill. *Observat. Cam. 101.* & Magenhorst. *ad Ordinat. Cam.* und ist in Camera zu unserer Zeit das denckwürdigste Exempel in Sachen Helmstätt contra Neuen-Callenfelß/ Citationis, vorgegangen; in welcher der Beklagte/ wegen der wider den Botten verübten Ungebühr in die Straff einer Marck löthiges Golds condemnirt/ und wegen der in ipso Actu Executionis vorgegangenen thätlichen Opposition und Widersetzlichkeit Citatio ad videndum se declarari in Pœnam Banni, ex officio erkennt worden/ den 17. Februar. 1669. vid. Nostr. *Res in Cam. Judicat. Num. 185.* Wann aber dergleichen Affront, wie theils obgemeldt/ einem Cammer-Botten bey Insinuirung eines Kayserl. Hof-*Process* begegnen solte/ würde man sich desselben nicht allein nicht annehmen/ sondern noch wohl einem solchen Ardelioni den Weg anderswohin weisen.

CAPUT XXII.

De Paritione, nec non Authoritate Sententiarum Aulicarum.

ARGUMENTA.

Sententia Judicii Aulici per Consilium Secretius non retrahenda mutandave; quæstio inextricabilis. 19.

Novi Consilii Principum surrogati nova, arrogans neque vera traditio convulsa. 20. *excipiendo.* 21. *replicando.* 22. *duplicandoque.* 23. *disceptata.*

De Præjudiciis Consilii Imperialis Aulici. 24.

Ejusdem, circa definitionem Juris non scripti & Styli libera potestas. 25.

Magnum inter tale Jus sive Præjudicium, & Libros per Consiliarios editos discrimen. 26.

Contrarietas Præjudiciorum eversa. 27.

Mynsingerus in tutum receptus. 28.

Veteres JCti Leges non condebant. 29.

Moder-

Moderni non scriptam certè, aliquando & scriptam Jure maximo constituere visi. 30.
Casus decernendorum Processuum & Litium definiendarum non benè discretus. 31.
De Stylo Curiæ, & vi Præjudiciorum obligativa directa & obliqua brevis & solida enarratio. 32.

pag. 261. lat. 1.

Vers. *De Paritione provisum &c.*

18. IMò non: sed *de Manutenentia Judicati*, quæ Cæsarem spectat; Paritio nomen est Partibus injunctum.

Ibid. in fin.

Vers. *Sed quæritur, &c.*

19. *Mixtura Principatus & Libertatis.*

De hac quæstione: *Annon ejusmodi Sententia Judicii Aulici per Consilium Secretius retrahi vel mutari possit?* hostiliter, nec omninò falsè, scripsit Hyppolit. à Lapide, & Publici Juris Dd. communiter; adulatoriè, nec omninò verè textus: Quæstio est inextricabilis *de mixtura Principatus & Libertatis, rerum dissociabilium*; ab altera parte de æquo & bono, ab alterâ, de Jure Supremo & decoro; hîc de vi Imperii in Causis Justitiæ; ibi, de infido obsequio: nec tangimus periculosum ulcus, loquantur Pacta Imperialia.

Ibid. lat. 2. prop. fin.

Verb. *Hodie surrogatum Consilium Principum &c.*

20. *Consilium Principum necessitudini Summi Regentis nullum nec admotum, nec admovendum.*

Sed id validè, ut ubivis, animum commovet, *iteratò novum quendam quasi Magistratum Imperio præfici, & Summi Principis lateri admoveri, mox & altera Supremæ Jurisdictionis parte mulctandi*: id autem magis, id dictatoriè, & Lege quasi in rem scripta, cum manifestâ suppressione textus, tentari, fierique verba sunt: *Liberumque sit suæ Majestati* (quæ verba periculose omissa sunt) *in causis majoribus &c. &c.* si itaque liberum, si nulla necessitate, Lege, Pactove constrictus est Cæsar, quamobrem Judicium Ordinarium Principum novum in præjudicium periclitaturi

21. Principis effingere contendunt? Ast, *inquiunt*, hoc in vices Judicii illius Principum des Fürsten-Rechts / quod prisca Lege scripta aut non scripta obtinebat, inducendum esse, aut inductum. *Ita*: sed, si illud Judicium *JURE CERTO* nixum fuit, quorsum Ordines Imperatoribus non emphaticè objecerunt, quorsum hic non Legem dixêre Contractus apertius? itaque certè postulatio hæc novatoria fuit,

22. nec oculis Supremi Imperatoris accepta. *Replicant illi:* Libertatem illam per Capitulationis Pacta in necessitatem delapsam, & qui Instrumenti

menti

menti Pacis conventis non tentus fuisset, jam activè ex stipulatu teneri. Capitulat. Regia Josephi *artic. 38. vers. ult. Duplicant hi*: verba illa subtilia: Bald Anfangs der Churfürsten ꝛc. Gedancken vernehmen ꝛc. und ohne dieselbe hierin nichts vornehmen / nova Judicia neutiquam constituêre; nec, qui explorat sensus alienos, sibi Conjudicem & quasi Collegam adsciscere, & si quis rem penitius consideret, verba esse temporaria, adeoque flecti posse; Si autem promittentem arctius tenerent, modum expediundi tamen liberum & nemini obnoxium esse. R. H. R. O. *tit. 5. §.* Dafern sich nun ꝛc. *6.* Videantur Acta moderna de causa Holsatica, & Successione Saxonico-Lauenburgica; nobis hic abesse liceat. 23.

Vers. **Weiter wird gefragt / ꝛc.** *pag. 261. lat. 1.*

De Præjudiciis Judicii Aulici Cæsarei, ut putamus, ita evidenter, distinctè, & fundamentaliter in ista materia Præjudiciorum Cameralium, egimus, ut vix quicquam addi possit: in Præfat. *ad Relat. Camer. & Vindic. tit. 2. num. 24.* nec turpiter aut cum ambitu, nostra expilamus: Davon ist allein zu melden / daß die **Erste allhier angeführte** *Ratio pro negativa*, als uns bedünckt / gantz nicht schliesse / ex. gr. die Circumstantiæ Facti treffen selten miteinander pünctlich überein; Ergo: Haben der Höchsten Reichs-Gerichte hocherleuchtete Herren Assessores, weder Macht / noch Ursach / sich in puncto Juris generali instar Styli zu vergleichen / und wann solches geschehen / dem unter ihnen also gäntzlich und endlich in exemplum futurorum auffgerichteten Juri non scripto rigidè nachzugehen und dem Facto zu appliciren: ist also ein schlechtes Argumentum à diversitate Facti inter Partes, & unanimitatem Juris inter Judices genommen. 24.

25. Præjudiciorum Judic. Aul. Cæsar. in obligatione indirecta maximum momentum; sed non Librorum.

Bey der Andern / seynd / jedoch des berühmten Fichardi Famæ ohne Nachtheil / gantz übel **der** *Assessorum* **Bücher und Schrifften** / von dem *Stylo* und *Jure non scripto inter Judices recepto* unterschieden worden; dann / wann **jene** mit **diesem** nicht **übereinstimmen** / sunt Voces privati Doctoris, nec plus ultra valent: So sie aber *concordant*, wie in etlichen Sachen zu vermuthen / sich befinden; wer wolte zweiffeln / daß solcher evulgirter Stylus, wie er talis ratione originis & fontium, nicht aber / wie er in einem Privat-Buch / sich befindet / ein Jus non scriptum wahrhafftiglich seye; jedoch / extra Senatus Judicum salvo Jure Tertii. Wann solchem 26.

27.

nach / **Drittens** / die Contrarietas Judicatorum angeführet wird / so wird in der Wahrheit allein die Collisio Privatorum Scriptorum inter se, nicht aber ipsius Senatus & Juris non scripti, wie wir hie- bevor bey dem Jul. Magenhorst. verschiedentlich mit Nachdruck und Exempeln geredet haben / verstanden / effectivè aber mit **der** *Antiquit*ät **des Wörtleins** *Præjudicii* und dessen Definition der Schertz getrieben / massen Senatus Supremi von ihrem Stylo und Jure non scripto sonsten bekandtlich nicht einen Nagelsbreit zu weichen pflegen: wozu alßdann die rechten Præjudicia, und nicht

28. die palantes Privatorum Scripturæ zu nennen: **Absonderlich** aber die contraria Præjudicia Mynsingeri betreffende / hat sich nach ange- stelltem Examine so viel befunden / daß / **in einigen** / der Stylus Judicii nach der Zeit des Cammer-Gerichts biß auff das 1548ste Jahr / in etlichen nach denen folgenden Jahren exprimirt; **in etlichen** pro und contra vor contraria Judicata angesehen; **in etli- chen** allein Dd. Allegata angezogen / in andern aber dem Stylo ipso nachgegangen worden: **Oeffters auch** gar Emendatio Juris non scripti mit zu- und eingefallen seye; welches auch wohl dem Juri scripto selbst öffters begegnet: Ohnmöglich / solches anjetzo und an fast impertinenten Ort umständlich und in singulariter sin- gulis außzuführen.

dict. pag. 262. lat. 1. Vers. *His addi potest, &c.* ibi: *Uti antiqui Jurisprudentes, &c.*

29. *Itaque ne hi condendæ Legis potestatem habuerunt?* Nequaquam profectò, sed id integra *§. 8. Institut. de Jur. Natur. Gent. & Cod.* explicationem ab Historia Juris postulat; quam hoc loco non reddemus.

Ibid. Verb. *Tamen condendæ Legis potestatem non habeant, &c.*

30. *Consiliarii Aulici etiam Legum Auctores.* Addatur: *Legis Pragmaticæ scriptæ*, sed tamen *non scriptæ*, tam in singulis quam in universis; imò *DECRETA COMMUNIA* partem Juris scripti constituunt, etiam hæc potestas *Celsissimo Judicio Aulico* vindicanda est: utpote quæ & *Cameræ Imperiali* ex Lege Publica, Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 36.* Recess. Deput. *de Anno 1557. §.* Ferner / nachdem hierbey ꝛc. *5.* & perpetua, non contradicta per Imperium, Observantia, cujus exempla sunt in Revisionibus, de Anno 1601. in æstimatione Summæ appellabilis, de Anno 1603. in Ordinatione Resti-

ſtitutionis in integrum, de Anno 1671. &c. competit; Ergo, etiam Supremo alteri Judicio plusquam concurrenti; nec etenim ratio differentiæ, quæ mediocriter reſiſteret, apparet: plura ſuo jam loco in *Vindic. tit.2. num.13. Proceſſ.Informativ. Informat. pag. (edit. ult.) 15.* & alibi memoravimus.

Verſ. *In hoc Doctorum conflictu, &c.* — *Ibid. in fin.*

31. Non placere debet nobis *inter Caſus decernendorum Proceſſuum; & dijudicandarum Cauſarum,* à ſolo fortuito accidenti evocata *differentia,* niſi aliis ſubſidiis fulta, utrimque enim, æque Conſtitutiones Imperii, Jura Communia, & alia in diſcrimen & diſputationem venire poſſunt, & veniunt.

32. *Cum ſummaria litis diremptione.* Et ſummatim dicendo: *Ubi Stylus Curiæ, verum Jus non ſcriptum, & vera, ut nos definire ſolemus, Præjudicia occurrunt, ea in Supremis Judiciis, & ubi intra cœlum ſuum regnant, Legi Pragmaticæ in Uſu Judiciali æquiparantur. Vim obligativam, directam* ad Inferiores, ad imitationem præciſam, nemo prætendit: *Obligativa obliqua,* id eſt, Sententiæ ab Inferiori latæ, & Juri illi in hunc finem convento, Adverſantis Reformatio, plus quam notoria eſt. *Advocatorum* in his recenſendis aut objectandis nulla eſt authoritas. In quibus Cauſis autem Jus tale non ſcriptum in ſequentium temporum exemplum Senatibus longo uſu placuerit, id non propalatur, aut, ſi quis *Gailius* vel *Mynſingerus* rediiſſet, peſſimè, ut illi, habendus. Facit ad majorem reverentiam & venerationem Myſteria alere ad Exemplum Eccleſiæ. Quæ evulgantur, Relationes & Præjudicia Aulæ Cæſareæ, quamvis in uno alteroque Evulgatore magna ſpes, ſunt tamen Opera Hominum, nec omninò Deorum, Erratorum neſciorum.

CAPUT XXIII.

De Provocatione à Sententia per viam vel Nullitatis, &c. &c.

pag. 263.

ARGUMENTA.

Baconi de Verulamio *de Reſciſſione Sententiarum ſapientiſſimæ dictiones.* 1.
Cum Supplicatio unum & ſolitarium remedium ſit, non rectè alia conſtituenda. 2.

Multò minus Nullitatis. 3.
Syndicatus *remiss. Tractatus.* 4.
Argumentum ab Etymologia rarò bonum. 5.
Denegata Restitutione *an Revisio peti possit?* 6.
Ubi: illud beneficium cum Revisione simultaneè, neque peti neque concedi debere. 7.
Cujus vera Rationes reddita. num. 8.
An successivè? 9. *Num distinguendum, inter Causam Principalem decisam?* 10. *& solam quæstionem Restitutionis terminatam?* 11. *dubitatur; & de Offensione Judicis fermè inevitabili.* 12.
Supplicationis beneficii æstimandi vera & solida Principia. 13.
Tempus ejus petendæ *quoque clarè designatum.* 14.
Ubi incumulati varii Errores perstricti & dimissi. 15. 16. 17. *& Fatale 4. Mens. stabilitum.* 17.
Depositio Sportularum, *an necessaria? non Juris quæstio est.* 18. *Sed meri Facti ex benignitate Summi Principis.* 19.
Remedium Supplicationis *in puncto Juris sive Petitorii* Effectu Suspensivo instructum. 20.
Ubi signata differentia inter Revisiones Supremorum Judiciorum. 21.
In puncto Facti verò non, si præstita Cautio. 22.
Argumento Philosophia Judicialis Naturalis. 23.
Juris Communis & Recessuum Imperii succollante. 24.
A nobis arbitrio Judicis commissum. 25.
Summam Appellabilem etiam Revisibilem esse, fœdè erratum. 26.
Advocatos & Procuratores in petitione Revisionis patrocinari non posse, honorabile Camera. 27.
Appellationes à Cæsare malè informato cassata. 28.
Nec non ad Imperium. 29.
Ad Pontificem. 30.
Nec admittenda Supplicationis Supplicatio. 31.

MAllemus accuratiùs dici: *De Emendatione Sententiarum Aulicarum*, per viam &c.

SECTIO I.

De Viâ, sive Remedio Nullitatis.

Ibid. lat. 1.

1. Rescissio Judiciorum omni Juris vi & arte evitanda.

IMpensius mihi, & ab omni Praxeos ætate placuit illud Baconi de Verulamio, *de Certitud. Leg. aphor. 94. 95. 97. Non facilis esto, aut proclivis ad Judicia rescindenda aditus, per Appellationes, aut Impetitiones de Errore, aut revisus & similia. Via ad rescindenda Judicia, sit arcta, confragosa, & tanquam muricibus strata. ET JUDICIA, SI FORTE RESCINDI NECESSE SIT, SALTEM SEPELIUNTUR*

UNTUR CUM HONORE. Id nobis in hoc Capite ruminando jam instar *Judicis & Viæ Commonstratoris* erit, & esto. Cur verò Author, cum unicum & solitarium *Supplicationis* nomen in Judicio Aulico & audiatur, & sit, ipse quoque Nullitatis, Syndicatus & Restitutionis singulares titulos separatim constituerit, utut quadantenus R. H. R. O. *tit. 5.* §. Dafern sich nun 2c. *6.* expressos, non dixerimus; facit tamen ad ampliandas tractationes, quod improbo. Nam, nec nomen *Nullitatis*, nec *Syndicatus* ibi, sed verbis in Factum Civilibus, *Supplicationis* exaudiendum scribendumve est: cæterum, quicquid Gravaminum pars læsa habuerit, sub illo titulo transierit. Caveat autem sibi Causæque Supplicans, ne irritet Summum Principem ejusque Ministros, &, ut in Proverbio est, *cujus Caput Præjudiciis, sive præconceptis Opinionibus tectum est, ille desinat Vicini Authoritatem lapidibus lacessere.* Facessat itaque Nullitatis Querela, etiam in Camera abominabilis. Klock. *Relat. Cam. 31.* in causa Haubitz contra Brandenburg-Onolzbach. add. Roding. *lib. 1. Pandect. Cam. tit. 34.* §. *12.* & sigillatim *ratione Fatalium* non absurdè sequeretur, quod, si Supplicationis Titulus, solius velandi odii causa, comparatus est, & reverà reliqua manet, remedii primævi intentati in se consideratio, utut accessoriis obducti, extunc Nullitate vel Restitutione in integrum juxta vires illarum intrinsecas & Petitiones petita, ibi intra 30. hic inter 4. Annos: Res Judicatæ subverti possent, quod notoriè in Aula non succederet.

2.

3.

SECTIO II.

De Syndicatus Remedio.

Ibid. lat. 2.

VIdeatur Dominorum Assessorum Tractatus *de Syndicatu*, novissimè inter *Monumenta Lectionis Cameralis Antiquæ* edita; reliquis jam dicta adjungantur.

4.

SECTIO III.

De Restitutione in integrum.

pag. 264. lat. 1.

Vers. *Imò, quod Restitutio Executionem impediat, &c.*

THesis probatissima est: *Argumentum ab Etymologia* desumptum, pessimum: Nam eo ipso, quo dicimus, *Restitutionem esse in pristinum statum repositionem*; inevitabiliter præsupponimus, antecedentem priorem statum interim loco suo motum fuisse; sed hæc levia.

5.

Ibid. lat. 2. Vers. **Zumaln da** *denegata Restitutione, &c.*

6. In Aburtheilung der Frag: **Ob** *denegata Restitutione in integrum Revisio* **gesucht werden möge**? scheinet fast alles untereinander geworffen und confundirt seyn / so nicht zu admittiren.

7. *Revisio & Restitutio in integrum incompatibilia remedia.* Es seynd demnach / die Sache deutlich vorzulegen / dabey zwey Haupt-Fragen zu betrachten; die Erste: **Ob das** *beneficium Restitutionis in integrum adversus Sententiam Judicii Aulici* **zugleich mit dem** *beneficio Revisionis compatibel* **und** *simultaneè* **gebetten werden könne?** Und obwohln de Jure Communi Querela Nullitatis und Petitio Restitutionis in integrum gar wohl cumulirt werden mögen: Mynsing. *centur. 2. observat. 25.* jene auch eben so wohl / als die Revisio, Sententiam priorem impugnirt / diese aber approbirt / jene ex eodem Processu & Jure außgeführet werden muß; diese hingegen lauter Novas Causas erfordert / und also von einem simili wohl anhero geschlossen werden möchte; so ist doch mehrern Rechtens / daß gedachte Cumulatio allein in Sententiis inferiorum und nicht Supremorum Tribunalium zuzulassen seye; wie solches der Additionator ad Roding. *lib. 1. tit. 34. §. 10.* und absonderlich der Referens oder Consulent *in Resp. Tractat. de Syndicat. subnexo* in Sachen Hanau contra Straßburg / (welches die bey dem Authori benannte gar vorneme Sache seyn möchte /) des Nuclei Responsion. Cameral. (dessen Author unbekandt / doch vielleicht Lt. Joachim Willer, seyn mag:) zu geschweigen:

8. Ex certa ratione: **daß die** Revisio directè Sententiam Supremi Judicis impugnire / und ihr diametraliter zuwider lauffe: **hingegen** die Restitutio in integrum die gegebene Urthel pro justa & valida allerdings halte / und allein sich über accidentaria emergentia beschweret: **Und dann / daß jene** ex solis & unicis Novis Causis Platz habe und zu admittiren; **Neben dem /** das beneficium Revisionis nunmehro ordinarium; und dannenhero gantz unmöglich seye / dieses mit jenem ex toto cœlo differentibus principiis, modo tractandi, & finibus, zu cumuliren / oder vielmehr zu confundiren / quod & verum est.

9. *Post Restitut. principali denegatam, non.* Die Zweyte Frag aber ist diese: **Ob / wann die** *Restitutio in integrum* **nicht** *penetrirt* / **alßdann die** *Revisio* **oder** *Supplicatio* **in Rechten / als** *successivè instituirt* / **zuzulassen oder nicht?** Bey welcher wir ehemalen folgender Meynung gewesen; daß / **wann die**

die *Petitio Restitutionis* würcklich zugelassen / die Acta referirt / und darauff contra Restitutionem in integrum in Causa Principali geurtheilet worden / keine Revision einiges Wegs zu gestatten; Man wolte dann denen Litiganten gäntzlich allen Muthwillen und desultorias levitates, so auch kein Unter-Richter leichtlich dulten solte / mit Eröffnung Thür und Thor ad incumulandas Fori calumnias, nachgeben / quod est contra Decus Supremarum Curiarum; Wann aber die *Restitutio simpliciter* abgeschlagen / v. gr. Hat Supplicanten Begehren nicht statt / cum similibus, so ist / warum in solchem Fall à denegatione Restitutionis & admissionis ad Deductionem Causarum, ob quas quis in integrum restituendus sit? Revisio cæteris paribus abgeschlagen werden solte / nicht allerdings zu begreiffen; zumaln da alßdann oben angeführte Obstacula mehrern theils cessireten. Welche Gedancken man zu reifferer Uberlegung und Application des Juris ad factum hiermit communiciren wollen; aus dem sich dann befinden wird / wie und welcher gestalt Confusio Remediorum vermeidet / der höchsten Reichs-Gerichten Respect und Authorität aber in ihrem Vigor behalten werden könne.

10.

11. Sed eâ simpliciter rejectâ, competitura Revisio, sed cum Cautione.

Sanè, qui emendari Sententiam petit, non potest non ita Jus suum non persequi, ut non simul *Judicis*, vel *Negligentiam*, vel *Stupiditatem*, vel planè *Malitiam* accuset; qualia vocabula etiam mitioribus auribus patientiam excutiunt, adeoque eliminanda.

12.

SECTIO IV.

De Remedio Supplicatorio.

pag. 265. lat. 1.

UBi principium omnis de hac re legitimæ traditionis esse debet id, quod ex *Instrum. Pac. artic. 5. §. Quoad Processum Judiciarium &c. 55.* & R. H. R. O. *tit. 5. §.* Dafern sich nun ꝛc. *6.* descendit; Nimirum: Supplicationem ad Sacr. Cæsar. Majestatem permissam licitamque esse, loco Revisionis in Camera usitatæ; & porrò, *ex individua perpetua Observantia Fori;* Illam in omnibus & per omnia huic Revisioni coæquatam esse, & quod in hac ex Constitutis Imperii obtinet, observatur, hucusque justum & æquum æstimatum est, id etiam in illa, cæteris, juxta Prudentiam Judicii, paribus, obtinendum, observandum, justum & æquum æstimatum esse, prout & ipsa Supplicatio Revisio appellatur in Capitulat. Josephi *artic. 41.*

13. Principia futurorum & æquiparatio Supplicationis & Revisionis.

Quando proinde Verb.

Ibid. Verb. *Quæritur primò circa eam, &c.*

II. *Intra quodnam Temporis Spatium supplicandum sit?*

Fatalia faciundæ Supplicationis, per perroramata A crescentiis.

prima Sententia, de spatio 30. Annorum concedenda, absurdâ rejecta; quia Supplicatio non Querelæ Nullitatis principaliter intentandæ, quæ in Supremis Tribunalibus nec locum hactenus nec nomen adepta fuit, subrogata est; sed origines suas ex benignitate Principis, cum nomine & titulis habet. *Altera,* dicenda, ut & *tertia, biennii non minus;* neque enim permittendum est, ut id remedii Appellationibus & Provocationibus, quas à Summo Principe ad alium faciendas admittere contra Analogiam Juris est, surrogetur vel adæquetur; neque, quod, *ad posteriorem casum respondendo,* Suprema illa Judicia Præfectum Prætorio suo solo & privato nomine & Jure quondam Judicantem comparant, idque absurdi jam pridem derisimus in *Notis ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 7. num. 9. & seq.* succedit. Et hic tamen non leviter Jus Commune, ut solet, læsit Author; dum in vers. *Alii decendium &c. ad suspendendam Executionem Cautione præstanda opus esse ait,* quod ridiculum, sed legendum: *ad impetrandam & consummandam &c.* (2.) Quod in vers. *Alii intra decendium sine ulla Cautionis Præstatione supplicandum esse;* quod & absurdum est, quia Supplicans non præstat Cautionem, sed Victor pro maturanda in Victum Executione, & iniquum, *ALIOS,* accusare, qui forsan in rerum natura non sunt, ut contra textum express. in *Novell. 119. cap. 5.* novi quid constituerent *Fatale enim erat biennii ibi, non decendii,* ut pessimè errat, retractationi Sententiàrum Præfecti Prætorio tentandæ præfixum: *de Executione quærebatur;* & differenter responsum, ut *si intra 10. Dies supplicatum fuerit,* suspendatur Executio, usque ad præstitam fidejussoriam à Victore Cautionem, *si post 10. Dies,* procedat illa, nec Cautio à Victore exigatur. (3.) Quod Authent. *quæ Supplicatio C. de Proc. Imp. offer.* ex eo suspecti postulet, quod exprimat id, scil. biennium, quod in fonte sive Novella non extat, cum sufficiat, eam Interpretis loco functam, & biennium rectissimè eò, *ex l. 1. C. de Sentent. Præf. Præt.* transscripsisse. (4.) Quod dicat, id esse, contra *l. ult. §. ult. C. de tempor. Appellat.* imo verò non, nam & ibi locorum nihil extat, & contra est textus *in dict. l. 1.* Num verò tu talia paroramata tuleris? cæterum ex Principiis in

15\.

16\.

17\.

fronte

fronte collocatis, stabile manet & invictum *Fatale 4. Mensium, à die latæ Sententiæ* computandorum, per *dict. Novell. 119. cap. 5.* Recess. Imper. Noviss. §. In Fällen ꝛc. *125.* ibi: **Von Zeit an der außgesprochenen Urtheil**/ namque aliud Fatale vel duorum Mensium ex Ordinat. Cam. *part. 3. tit. 53. in princ.* aut trium, ex Recess. Imper. *1557.* §. Wiewohl ferner ꝛc. *23.* in Celsiss. Judicio Aulico inpracticabile est, nec ad rem: unde meritò in subsidium ad Recess. Imper. Noviss. illorum Fatalium Cassatorium, & Aulæ juxta ac Cameræ quadrantem, à Praxi recursum est.

Vers. *Quæritur Secundò, &c.* ibi: *per Deductionem Tertiæ &c.* pag. 265. lit. 2.

18\. Mirabili profectò Methodo. Sed in Quæstione Tertia: *An Depositio Sportularum in Camera Imperiali de hoc casu necessaria, etiam hic requiratur?* Seynd *pro negativa* dermaßen qualificirte Rationes angeführet worden/ daß von selbigen niemand der Reichs-Rechten und Staats-kündigen abgehen oder dissentiren wird; Hingegen die dawider gesetzte Motiven pro affirmativa so kaltsinnig/ und die Resolutio Dubiorum dermaßen verwirrt/ daß schwerlich ein ohnpartheyischer/ davon splendidè zu judiciren/ wird bewogen werden können; Und unsers Erachtens/ ist hier keine Quæstio Juris oder Petitorii, bey welcher die negativa, allem Vermuthen nach/ Victoriam Causæ ohnschwer emportiren würde/ sondern solius & unius Facti sive Possessorii, obhanden: in welcher der Röm. Kayserl. Majestät Connivenz und Permission,

Exactio Sportularum Juris non scripti: aut connivenciæ.

19\. **daß nemlich ein Hochpreißl. Reichs-Hof-Rath bey etwan langsam/ oder zwar eingehender/ aber nicht übermäßiger Bestallung/ sich bey dieser Gelegenheit und** *per benevolam Interpretationem Legis*, **ein Neben-***Accidens* **und** *Extraordinarium* **machen möge/ dieser gantzen** *Prætensionis Sportularum* **einige Ursach und Urheberin ist und bleibt; auff welche** hernachmals die Observantz mit der Länge der Zeit sich gesteifft/ und noch heutiges Tags die Oberhand behält: Ohnnöthig sich der einen Parthey Gunst oder Ungunst mit Erwegung der Rationum, theilhafftig zu machen.

Vers. **Den Vierten Einwurff ꝛc.** pag. 268. lit. 2.

20\. Ebenfalls auch bey der Zweyten Frag: *Utrum remedium*

Post Supplicationem suspensa Executio, ex Jure.

Supplicationis gaudeat Effectu Suspensivo Executionis? gehet *in puncto Juris*, und so zu sagen / *Petitorii*, die affirmativa ohnwidertreiblich vor: dann welcher Mensch wolte die undisputirliche Intentionem Paciscentium omnium Ordinum Imperii cum Sacr. Cæsar. Majest. in Instrumento Pacis, und derer Herren Reichs-Churfürsten mit einem jederzeitlichen Candidato Coronæ, nemlich / sich der übereilenden / ut dicebatur, Hof-Executions-Process zu entschütten und davon loß zu reissen; hingegen der höchsten Majestät Macht und Vollkommenheit ein Ziel zu stecken; neben denen darauff gefolgten klaren / deutlichen / Teutschen und Lateinischen Worten / läugnen; oder / es habe der jüngere Reichs-Abschied inter Tertios de re tertia, scil. dem Hochpreißl. Reichs-Cammer-Gericht in dem Monat Majo auffgericht / die zwey Monat zuvor à Cæsare & in rem suam errichtete Ordnung / samt dem Instrumento Pacis, durch ein einiges kaltsinniges Argumentum à simili umgestossen / außgebend? und nicht vielmehr bedencken / welcher grosser Unterscheid seye inter Revisiones Camerales & Aulicas, nemlich / daß bey jenen die Executionen deßwegen ad præstitam Cautionem loß gelassen worden / weilen die Revisionen langsam oder gar nicht expedirt werden; bey diesen aber zu hemmen / weilen die Cognitiones und Executiones nur allzugeschwind etwan practicirt worden seyn sollen: sonsten auch zu Abhelffung dieser letztern / gar leichtlich und summarissimè viâ Instrum. Pac. zu jener aber nicht / als mit Commovirung der lastbaren molis totius ad eas concurrentis Imperii gelangt werden könte / da dann jenen Falls eine arbitraria Judicis mora nicht viel außmachte. In puncto Facti aber sive Possessorii, wer wolte der Kayserlichen hohen Macht ihre Urtheil alsogleich / jedoch ad præstitam Cautionem, zu exequiren / und damit denen Supplicatoriis Revisionibus die Seenn-Adern abzuschneiden oder weich zu machen / sich bey jetziger Reichs-kündigster Observantz in Weg stellen; da doch solches die *Philosophia Judicialis Naturalis* lehret / bey dem vortrefflichen Bacon. de Verulam. *de Certitud. Leg. aphor. 97.* ibi: Receptum apud nonnullos est, ut Lis trahatur ad Forum superius, tanquam res integra, Judicio inde dato vel seposito, vel suspenso. Apud alios verò, ut Judicium ipsum maneat in suo vigore,

21. Ratio Stamis.

22. Sed non ex facto: si Cautio

vigore, sed ejus Executio tantum cesset; Neutrum placet, nisi Curiæ, in quibus Judicium redditum sit, fuerint humiles, & inferioris Ordinis, sed potius, ut & Judicium stet, & procedat ejus Executio, modo Cautio detur à defendente, de Damnis & Expensis, si Judicium fuerit rescissum: das *Jus Commune* fast in terminis bestättigt dict. *Novell. 119.* und der jüngere Reichs-Abschied/ quamvis mihi non placeat Janus in Legibus, endlich und schließlich verfüget/ allhier aber alles dem hocherleuchtesten arbitrio Judicis legali heimgestellt wird; dieses annoch beyfügende: daß von denen weitaußsehenden Exemplis nicht gerichtet werden könne oder solle/ man habe dann die Species Facti gelesen/ und reifflich überlegt; als Lichtenstein contra Ost-Frießland/ (NB. ex Dn. Imhoff. *Notit. Procer. Imper. lib. 5. cap. 8. §. 10.*) Ysenburg contra Hessen-Darmstatt/ (ibid. *lib. 6. cap. 7. §. 5.*) Kniphausen contra Kniphausen/ (ibid. *lib. 4. cap. 9. §. 8.*) bey welchen/ wie die Umstände vor sich selbsten ergeben/ Ratio Status das meiste/ auch des Herrn Uffenbachs sich selbsten angerühmte *Importunität* etwas respectivè beytragen/ & de actis magnorum Deorum satius ac reverentius visum est, credere, quam scire. (German. Tacit. *cap. 34. vers. 4.*

24. 25. *pag. 269. in fin.*

Vers. Nachdemmalen aber ꝛc. junct. seq. Daß die *Summa revisibilis* seye/ ꝛc.

pag. 270. lat. 1.

Dieser Fehler/ und als wann/ welche *Summa appellabilis* ist/ dieselbe auch *revisibilis* seye/ ist in hâc materia intolerabel und nicht zu entschuldigen; Es solte aber also geschrieben und gehalten werden/ daß in Formalibus Revisionum zwey Stück zu consideriren/ Qualitas Causæ, nemlich/ und Quantitas Causæ; bey dieser werde erfordert die Summ von 2000. Rthlr. Capital ohne Einrechnung der Zinß und Interesse, Recess. Imper. Noviss. §. Zu Abkürtzung ꝛc. 127. bey jener wäre omnis causa non appellabilis etiam non revisibilis, & contra: Absonderlich wäre hiervon der Gemeine Cammer-Bescheid *de Anno 1600.* außgegangen/ in Obacht zu nehmen.

26. Summa revisibilis malè per Authorem designata.

Vers. Solche *Mandata* auch ꝛc.

Ibid. lat. 2.

Bey diesem Articulo petendæ Revisionis adversus Sententiam hält gleichwohl/ wie man solches rühmlich nachschreiben kan/ das Hochpreißl. Kayserl. Cammer-Gericht seinen Respect trefflich in Obacht/ indeme solches keinem dero geschwornen Advocaten und

27. Nec serviendum jurato Agenti in Supplicationibus.

und Procuratorn jemaln in Revisions-Sachen wider das höchste Gericht zu dienen erlaubt / ja / wann man dieselbe nur defendirt und gut geheissen / selbige mit der Remotion oder Suspension, oder anderwärtlich scharff angesehen / wie davon *Vindic. tit. 9. num. 19.* zu lesen.

pag. 272. lat. 1. pr. Verb. *At quæres primò, &c.*

28. *Appellationes à Cæsare malè informato ad melius informandum*, tum inter Civilia Bella meditabantur illi, qui alienati jam Principis pedibus victi profligatique adrepebant, misericordiam, non rigorem, precati, ut id in causa der Eduart-Fortunatischen Erben / Lineæ Badensis, contra Baden-Durlach & multis aliis, præsertim in causa captivationis Philippi Christophori, Archi-Episcopi Trevirensis, accidit. Irriti jam, si tentarent: feliciores posteri, quibus, abrogato ementito titulo malæ informationis, Supplicationis beneficium ordinarium datum est, *sed arbitrio judicantis Majestatis.*

Ibid. Vers. *An non ab Imperatore &c.*

29. Odiosa sunt: & rescindenda.

Ibid. Vers. *An ab Imperatore ad Papam? &c.*

30. Dictum: *Vindic. tit. 30. num. 43. vers. (2.)*

Ibid. lat. 2. Vers. *An admittatur Supplicationis Supplicatio?*

31. *Quid ni?* scil. usque in tertium cœlum.

CAPUT XXIV.

De Sententiæ Executione, Modoque Exequendi &c. &c.

SECTIO I.

pag. 273. lat. 1.

De Modo Exequendi in Germania.

ARGUMENTA.

Executiones in Germania juxta Ordinat. Execut. facienda, arbitrio tamen Cæsar. Majest. in quæst. quando & quomodo? 1. 2. *ubi de Manu Militari Exempla diversa fortis.* 3.

Consensus Statuum etiam in Banniendis non Statibus non requirendus. 5.

Jurisdictio Cameræ à solo Imperatore. 6.

Semper saniore sensu, quam plura: acerbum dictum. 7.

DE POTESTATE EXCOMMUNICANDI CIVES IMPERII, Monumentum Supremæ Eminentiæ Cameralis. 8.

Lex de ea scripta. 9. *Illius causa efficiens ante Reformationem Religionis Ecclesiastici Status; hodie Imperat. & Status simul.* 10. *Ea quondam Judici Cameræ soli competebat si Ecclesiasticus adfuisset.* 11. *Si minus, Assessoribus Ecclesiasticis.* 12. *Ejus Effectus, qualiter procurandus.* 13. *Absolutio à Censura.* 14. *Si nec huic pareretur, provisurus Cæsar.* 15.

In

IN Executionibus per Germaniam id singulare est: Celsissimum Judicium Aulicum ad Observantiam Ordinationis super formâ, modoque faciendæ Executionis compositæ eodem, quo Camera, rigore obstringi, & quod injunctum, strenuè negligi: Namque, *quando vel quomodo* Executio, præsertim adversus Potentiores, stringenda sit, ut occasioni litandum, ut interesse dirigendum, id arbitrio Cæsar. Majestatis committi debere, ajunt: neque postulandum Directorem Circuli, sed eligendum eum, qui consummandis Consiliis, etiam extra ordinem, par esset; Aliquando & Hispani adhibiti Italique, sed intestinorum Bellorum temporibus, neque ad exemplum. Qualia SUPREMA ARBITRIA quidem notoria sunt: Aliqui, Libertatem Germaniæ eâ licentiâ peti, & subverti vires Potentium, &, si vis adesset, contumacium magnorum Ordinum, queruntur: *Nec judicavero.* Manum etiam Militarem admoveri posse, docuit funesta ad exequendam Sententiam Cameralem à Christophoro Bernhardo, Episcopo Monasteriensi juxta Decretum Viennense, in Frisiam Orientalem expeditio cum Exercitu; Obsidiones, Deprædationes & Exinanitiones Provincialium: Wilhelmi Friderici Principis Nassovici-Arausionensis, nomine Fœderatorum Ordinum Uniti Belgii resistentia: & denique Lichtensteinia Satisfactio recepta, de quibus Historia & Acta Publica extant, &c. add. Capitulat. Sereniss. Josephi, *Artic.* Wir wollen und sollen auch &c. *37.* De eadem Militari Manu etiam per Commissarios Cameræ admovenda, videatur elegans Sententia in causa Helmstädt contra Stein / Callenfels. d. 17. Februar. 1669.

1. Executionum tempora formæque in arbitrio Cæsaris.

2.

Vers. *In causa Appellationum &c.* *Ibid.*

Pro verbis: *Mandatum Executoriale ad Judicem à quo, &c.* lege: *Mandatum de Exequendo, &c.* 4.

SECTIO II.
De Modo Exequendi in Italia.

Ibid. lit. 2.

Vacat.

SECTIO III.
De Banno ac Rebanno Imperiali.

Vers. *Hodiè tamen Cæsarea Majestas &c.* *pag. 274. lit. 1.*

VErba: (*quibus etiam Privatos sive non-Status & Cives mediatos venire nonnulli contendunt:*) ab infida manu proficiscuntur: 5.

Mediatiin necessario Consensu Electorum non comprehensi.

Namque circa hos in Bannum declarandos, & requirendum Electorum Consensum minimè omnium soliciti fuerunt unquam Electores, sed, quod vulgatissimum est, *solis majoribus Ordinibus*, imò nec Ordinis Equestris Membris, *cautum*; ut in Aulâ Cæsareâ contigisse scribunt: & in Camera in causa Baronis de Udern contra Comitem von der Natt / Processum in puncto Paritionis usque ad Bannum, certissimè, nisi paruisset, citra aliorum Consensum infligendum. Namque Consensum alterius requirere est de media Majestatis in hoc puncto parte periculum facere, aut pati; desuper nos ad *Vindic. tit. 28.* & ibidem dicta referentes: cætera ad Jus Publicum pertinent & signanter ad C. J. von Herden Grundfeste *part. 3. cap. 5. pag. 212. & seqq.*

pag. 275. lit. 2.

Vers. *Sed jam superioribus &c.*

6. Si verum est, Jurisdictionem Cameræ non esse à Statibus, sed Imperatore solo; quomodo ergò Librum hunc speciosum contraria Sententia, quæ profectò falsa est, occludit?

Ibid.

Vers. *Tandem & sexto &c.*

7. Verba: *& semper saniora sensu, quam plura*, ***uti ad infamiam Supremi & vetustissimi Imperialis Cameræ Judicii comparata*** sunt, ita æqualem & condignam correctionem à rigidiori manu expectant: nos detrahemus invidioso operi manum. Et quæstio ipsa per Legem jam composita est.

Ibid. in fin.

Vers. *Ast, si nihilominus &c.*

8. Cum autem ita sordescat, ut ubique ferè, Authori *Celsissima Imperialis Camera*, dabimus unicum *Monumentum Supremæ Eminentiæ Ejus, in Potestate Excommunicandi Cives Imperii* in casu Contumaciæ & non Paritionis præstitæ: Quam in rem textus Ord. Cam. *part. 3. tit. 48. §.* Und ob die Obersten rc. 9. ita habet: Doch soll in des gewinnenden Theils / so er die Acht erlangt hat / Macht und Willen stehen / die gemeldte Executoren, oder Geistlichen Bann / außgehen zu lassen / zu begehren / rc. Und will die Kayserl. Majestät Fleiß haben / bey Päbstlicher Heiligkeit zu erlangen / daß solcher Bann nach der Bulla Raymundi, derhalben hiebevor außgangen / durch Cammer-Richter und Beysitzer / so Geistlich wären / erkannt werden möge. Dixerunt ad illum

De Potestate Excommunicandi Cam. Imper. ex antiquitate, sed insolita traditio.

9.

locum

locum quidam Veteres Assessores, uti in Notis nuperrimè per nos editis patescit. Ac *Bulla Raymundina* nunc ad manus non est, de sequentibus verò per transitum dicemus; (1.) **Ob höchstgedachten Cammer-Gerichts Geistliche und Weltliche Herren Cammer-Richter und Beysitzer die Macht und Gewalt einen Aechter in den Geistlichen Bann zu thun/ oder zu** *excommunicir***en/ von sich selbsten/ und** *ratione Officii* **gehabt/ und von weme? Ob von der Röm. Kayserl. Majestät allein? oder Chur-Fürsten und Ständen insgemein/ oder allein denen Geistlichen Ständen?** dann/ wann solche Gewalt **von jenen/** vel singulis vel universis herrührete/ solte es denen Geistlichen ungereimt vorkommen/ daß Weltliche sich in ihre **Himmlische** *Reservata*, so zu sagen/ mit einmischeten; **So aber von denen Geistlichen Ständen allein/** so würde es eben so seltzam denen Weltlichen düncken/ daß fremde Geistliche über ihre Unterthanen einiges Jus Excommunicandi prætendiren solten/ da sie genug mit denen ihrigen/ laut Land-Friedens *1500. tit. 10.* zu thun hätten. Dessen aber und mit einlauffender Considerationum Politicarum dieses mal ungeacht/ so ist zu vermuthen/ daß **zu derjenigen Zeit/ da eine einige** *Religion* **im Heil. Reich bekandt gewesen/** solche Potestät **allein von denen Geistlichen** dependirt seye; **Nach geänderter Einigkeit aber/** und da jetzt ermeldter Gewalt und Wörtlicher Inhalt je und allezeit in denen Cammer-Gerichts-Ordnungen stehen geblieben/ also pro abrogato im geringsten nicht zu halten ist/ derselbe ex Lege Publicâ competire/ und einfolglich **von der Kayserl. Majestät und gesamten Ständen** pro indiviso her zu deriviren seye; es müste dann die Raymundinische Bull ein anders mit sich bringen.

10. Ratione dependentiæ suæ, & à quibus.

(2.) **Ob selbiger Gewalt allein dem zeitlichen Geistlichen Herrn Cammer-Richter/ oder dem gesamten** *Collegio* **zustehe?** allwo zu achten/ daß **die** *Judicatur: An bannitus sit excommunicandus?* **als** in Ansehung der Person contra quam, und rationum decidendi **ein** pur Politisches Werck denen Herren Cammer-Richtern und Beysitzern Jure & More antiquo, gleichwie auch in Relaxationibus Juramentorum, conjunctim zustehe/ **die** *Excommuni-*

11. Et Excommunicantis Judicis Camer.

municatio selbsten aber / oder Vollziehung / allein dem Herrn Cammer-Richter.

12. Vel Assessorum Ecclesiasticorum.

(3.) **Wann aber der Zeit kein Geistlicher / sondern Weltlicher Cammer-Richter wäre** / *quid juris?* R. Alßdann müste die Executio Excommunicationis denen Geistlichen Herren Assessoribus, einem oder mehreren auffgetragen werden; wie wir an anderm Ort davon geschrieben.

13. Ut & Effectus in ipsa Excommunicatione.

(4.) De Effectu: **und / wie selbiger zu Werck zu richten?** Nemlich also / daß man sich vermittelst eines Documenti super facta Excommunicatione bey der Geistlichen Obrigkeit / worunter die Person gesessen / anmelde / und dieselbe per secundariam Executionem, gleich wie sonsten in Civilibus zu geschehen pflegt / die Hand zu bieten requirire; welche alßdann auch schuldig ist / **ohne alle Weigerung und Außzug** / wie sich nach seiner Ordnung gebührt / gegen solchen Aechter zu procediren / **und also ein Schwerdt dem andern zu helffen** / wie die Formalia Ordinat. Camer. außweisen.

14. Absolutione.

(5.) **Wer nach der Zeit / und wann den Rechten sein Genügen geschehen / den** *Excommunici***rten** *absolvi***ren möge? und ob / wann** *Camera* **denselben** *absolvi***rt / alsogleich auch die** *Opera inferioris secundarii ipso Jure* **erloschen zu achten?** R. quod sic: aber auff Gesinnen und Begehren des / so mit solchen Censuren beschwert worden.

15. Et ulteriori Provisione.

(6.) **Wie aber / wann weder Acht noch Bann geförchtet würde?** alßdann soll der Cammer-Richter **Ihre Kayserl. Majestät als das Haupt und Herrn** ersuchen / darin weiter nothdürfftige Execution fürzunehmen / und zu verhelffen.

So viel kürtzlich / und als desselben anjetzo bey Ermangelung aller Bücher / und zumalen des vortrefflichen Seldeni *de Synedr. Veter. Ebræor.* beyfallen / und denen Cammer-Gerichts-Ordnungen insgemein / so wohl als deren de Anno 1507. gemäß scheinen und beduncken wollen. add. *Vindic. tit. 28.* allwo *num. 184.* von denen Geistlichen Personen Augspurgischer Confession; und *num. 92.* welcher von denen Widertäuffern tractirt / mit mehrerm gehandelt worden.

Vers.

Verſ. *Circa Effectum Banni &c.* pag. 278. lat. 2.

De Banno Univerſitati inflicto; ſufficiunt *Vindic. dict. tit. 28. num. 62. & 118.*

Verſ. *Sed, anne Electorum Conſenſus &c.* ibid.

Dixerunt de his Veteres *ad Ordinat. Cam. part. 2. tit. 18.* Cætera ad arbitrium SACRATISS. CÆSAR. MAJESTATIS referimus.

CAPUT XXV.

De Morte Judicii Aulici, eoque mortuo vigente Vicariatu.

pag. 178. in fin.

CUr tam *præfeſtinanter de Morte?* eſt ſanè aliquid etiam ante Mortem moriendam aliud adhuc Eminentiſſimi Momenti conſiderandum, & vitale: VISITATIO CELSISSIMI CONSILII IMPERIALIS AULICI, de quâ agitur in Inſtrum. Pac. *artic. 5. §. Viſitatio Conſilii Aulici &c. 56.* Nullibi verò ab Authore qui integrum profundum id pelagus ſe exhauſiſſe ita ſeverè inculcat: defectu vix excuſando. Meretur omninò integram ea *Diſſertationem*, in qua ſummâ Eloquentiæ & Integritatis vi *ex Uſu Fori Imperialis* diſputandum: (1.) De *Hiſtoria* ejus Poteſtatis ad Archi-Cancellarium Imperii Electorem Moguntinum delatæ, ejus qualitatibus & finibus. (2.) De *Materia*, hujusque in Perſonis Cauſisque viſitandis conſpectu. (3.) De *Forma*, ubi de tempore Inſtrum. Pac. *dict. loc.* ibi: *quoties opus erit, &c.* loco, Perſonis admittendis vel removendis, apud E. F. von Herden Grundfeſte *part. 3. cap. 5. pag. 271.* Modo Procedendi &c. (4.) De *Effectu* ſive Viſitationis Executione; & denique ſummatim de eo, quid ſibi velint *Verba Inſtrum. Pac.* ibid. *Obſervatis iis, quæ in proximis Comitiis de communi Statuum Placito obſervanda eſſe videbuntur, &c.* ardua ſanè, nec meditationis privatæ, nedum fermè exularis. vid. Venat. *Ominoſ. Rer. Ser.* adeòque in defectu Subſidiorum Publicorum, & privatæ Bibliothecæ abſentia, continenda

ARGUMENTA.

Mori Judicium Aulicum & indies reſuſcitari, minus Politicum. 1.
Vacantia Imperii ſub ſiniſtro Interprete. 2.
Reſignatio *Caroli V. Ejusdemque Litera ad Cameram Imperialem gratioſa.* 3. Depoſitio, *infame nomen.* 4.
De VICARIATU, ejusque Fatis Libellus Deckherri, ejusque navi deſignati & Cura. 5.

 Supre-

SECTIO I.
De Morte Judicii Aulici.

1. POliticus ita non loquitur; nec forsitan Latinus. Et, *quoties ergo morietur per absentiam Cæsaris Judicium Aulicum? quoties per reditum resurget à mortuis?*

pag. 179. lin. 1.

Vers. *Adhuc accuratius autem, &c.*

2. Legendum: *adhuc pejus autem, &c.* Namque cum Aurea Bulla verbis expressissimis casum Vacantiæ, ubi: Wann das Römische Reich vacirt / à casu Principis Romani sive Regis sive Imperatoris ultra Alpes abeuntis, oder ein Römischer Kayser oder König über das Gebürg gezogen ist / ex necessitate styli contendit, hoc ultimo eveniente, non vacare Imperium: quod & verum est.

ibid. in fin.

Vers. *Tertius vacandi modus est Resignatio, &c.*

3. Si non modus, certè *Causa.* De *Resignatione* Caroli V. afflictique, in Libertate Monarchica, Civitate distracta, Familiæ discordia, Fratre & Filio simul Imperio inhiantibus, ut Sarpius loquitur, Regiminis Statu, præter dictum Sarpium ex Thuano videndum: de modo

modo Resignationis Christinæ Reginæ Suecorum patheticè, ut omnia, Pussendorffius *de Reb. Suec. lib. ult.* Qualia omnia fermè nihil ad institutum, ut nec *Depositio*, infame nomen, quod vel animo concipere, nedum Principi objectare, inter crimina læsæ Majestatis computaverimus. *Epistolam tamen Carolinam resignatoriam* ad Cameram Imperialem transmissam rariorem, quam ut ubivis occurrat, *pro memoria* tradituri.

4. Epistola Caroli V. ad Cam. Imper. valedictoria.

P. P.

Quandoquidem jam longo tempore singularibus, evidentibus atque honestis rationibus nos impellentibus, maximè verò propter extremam decursamque ætatem, perpetuam indiesque crescentem molestissimam, infirmitatem, quâ summoperè afflicti, attenuati, exhausti, & omnibus corporis viribus debilitati sumus, manifesta valetudinis nostræ ratione id exigente, in Filii nostri Philippi Regis Hispaniarum & Angliæ, *Regnum Hispanicum, melioris commoditatis ergò, Deo opitulante, nos conferre constituerimus, atque ejus propositi Executioni inhærentes, jam jamque ab omnibus Rebus instructi simus. Ne itaque in nostra absentia aut imbecillitate quid detrimenti (quod Deus avertere dignetur) Imperio accidat, è re cumprimis esse duximus, huic aliisque periculis pro virili matuto consilio occurrere atque providere, quò Sacrum Imperium, ejusque gravissima Negotia & Causæ, etiam in absentia nostra rectè administrentur, deliberentur, tractentur & expediantur: Ideò ex fraterna atque benevola fiducia, quam de nostro dilecto Fratre* FERDINANDO ROMANORUM REGE *habemus, ei (utpote qui absque eo ordinaria Electorum Imperii Electione proximus noster Successor in Imperio constitutus est, cuique nobis deficientibus Administratio & Gubernatio Imperii immediatè, & absque ulla Contradictione, competit) in nostra absentia liberam, plenam, nullisque limitibus atque conditionibus circumscriptam Administrationem & Gubernationem Sacri Imperii, in generalibus atque specialibus Causis, ac omnibus, quæ Romanorum Imperatori atque Regi, ratione Officii, Conditionis & Dignitatis & Amplitudinis, de Jure, Consuetudine & æquitate competunt, tradidimus atque commisimus. Id quod ex Germania discessuri, vobis significare, & simul tam vestris quam nostris ac Sacri Imperii fidelibus Ministris, Salutem nostram clementer nunciare volumus. Hoc ipso benignè atque diligenter petentes, ut vos consideratis his in futurum, ut hactenus, Gloriam Dei, atque Justitiam, præ oculis habeatis, eamque nulli denegatam, æquabiliter administretis, nec vos quemquam vel quicquam in Mundo ab hoc averti, excludi atque præpediri patiamini, & dicto nostro dilecto* Fratri Romanorum Regi *in omnibus ac singulis, non minus, quàm nobis, si præsentes essemus, fideles, obedientes, atque morigeri sitis, eum tanquam vestrum Ducem ac Caput revereamini, ad eum, ut* Roman. Regem *(cui hisce vos subjectos volumus) re exigente confugiatis, à sua Dilectione convenientia Auxilia atque Consilia petentes. Vicissim quoque sua Dilectio vos benignè commendatos habebit, & convenienter in Causis justis tuebitur proteget atque defendet, omniaque suscipiet atque faciet, quæ publica Justitia, ac vestra necessitas atque conditio requiret, prout id à sua Dilectione*

Fraternè petivimus, eique summa diligentia injunximus: In hoc, præterquam quod id vos decet, præstatis nobis Officium pergratum, nostra Clementia remunerandum. Quod si etiam in futurum vobis universis aut singulis clementiam cum rerum vestrarum promotione declarare poterimus, Obedientiæ vestræ Sacro Imperio præstitæ perquam benevolè recordabimur, eamque benigna gratitudine agnoscemus. Dabamus Gandavi Flandrorum d. 27. August. 1556.

CAROLUS.

SECTIO II.
De Vicariatu.

5. ITa fermè est, qui ad Natiosissimum *de Judicio Aulico Imperiali* Tractatum tot & tanta commentari potuissemus, jam à tribus lustris, in alienis usus consumpsimus penum omnem ornatumque, & exinde per Remissiones & Repetitiones recuperandum. Edidimus autem nuper per otium, uti jam pleraque, *Discursum DE PERICULIS JUSTITIÆ TEMPORE INTERREGNORUM, pro fausta Sereniss. Hungariarum Regis in Regem Roman. Electione*, qui nunc est inter *Consultat. Forens. Lib. II. Num. X.* in quo nihil desidero, nisi animum anxiis curis liberatum, & calamum non captivum, & postquam manu meâ exierat, minorem invidiam, & majorem se exhibitum. Scilicet, hoc boni Patrisfamilias opus & decus est, cum migratio instat, sarcinulas, fidem, opes, Liberos, Familiam ad Dei Gloriam ordinare, suorumque Salutem, ut factum, jamque sit; *Compositis ita ultimis, quoniam deplorata sunt Res generis humani, CATO DEDUCATUR IN TUTUM.* Senec. *Epist. 24.* Hug. Grot. *Epist. Oper. 1396. pag. 636.*

De Periculis Justitiæ tempore Interregni.

pag. 280. lat. 2.

Vers. *Quoad Statum est hic Vicariatus, &c.*

6. Exscriberemus dictum Discursum nostrum, & cum omnia hicce manca sint in Historia *Vicariatus*, redderemus; sed non vacat. Videsis ipsum Discursum & Adjuncta.

pag. 284. lat. 1.

Vers. *Sunt equidem nonnulli, &c.*

7. Videantur Nostra *ad Ordinat. Cam. part. 1. tit. 3. num. 79.* & *tit. 4. num. 8. Vindic. tit. 27. num. 126. 127.*

ibid. lat. 2. prim.

Vers. *Miserrimum autem &c.*

8. Non adeò miser est, qui miseriæ Collegas habet; namque Veteres, & in Monument. Lection. Camer. antiq. videndum, Regem Roman. Cæsarem appellitabant; unde in Linguam popularem tituli defluxus est.

Vers.

Verſ. *Objecti ſeu Locorum, &c.*

Ibid. in fin.

9.

Rectiſſimè, & ſi quid uſquam, verè dixit: *ab hâc* (Vicariorum) *Adminiſtratione diviſa ſumma ſolum Judicia, Judicium Imperiale Aulicum, & Camera Spirenſis, excipiantur.* Neque enim Vicariis ſuberant ab omni retro Hiſtoria, ut diſcurrendo probavimus. *Sed, quid reſpondendum Privilegio Ruberti Palatini Roman. Regis de Anno 1401.* apud Freher. *Orig. Palat. cap. 16. pag. 116.* vid. *Notas ad Ordinat. Cam. dict. loc.* & quicquid rerum rationumque adminiſtrandi ibidem cernitur, ex Obſervantia & Præſcriptione deſcendit.

ad tit. 4. num. 8.

Verſ. *Jurium exponitur, &c.*

pag. 285. princ.

10.

Hæreo, & difficulter. vid. *Not. ad Ordinat. Cam. tit. 3. num. 79.*

Verſ. *Imperio non vacante, ſed durante, Vicariæ Poteſtatis exponitur &c.*

Ibid. in med.

11.

Monſtroſa ſunt hæc, vel *Prophetica.* *Illius generis*, cum Palatini de cauſis Cæſarem ſpectantibus cognoſcendi Jus, & alia incongrua, ad Vicariam Poteſtatem refert: Etenim de Cauſis illis non, ut *Vicarius*, ſed ut *Major Domus Auguſtalis*, ſive *Aulæ Præfectus*, antequam ullus Vicariatus ſuccreviſſet, judicaverat. vid. Freher. *Orig. Palat.* Quibus illud adjicimus, non modo *abſona ab omni Juris ratione, ſed & extra Majeſtatem Cæſarum, in Civilia nec defendenda, quæ de Cauſis Criminalibus, vel malè adminiſtrati Imperii Poſtulationibus coram Palatino objectandis, fabuloſè dictitantur;* neque enim *Major Domus* unquam alias, quam tenues Civiles & Pecuniarias Prætenſiones recipiebat, non judicaturus de Juſtitia Cauſæ Cæſaris, ſed relaturus, quo flagitantes cum ſatisfactione dimitterentur. Reliqua ex fabulis, & ſeculo nebuloſo, aut infra ſimplicitatem ſimplici, acceſsêrunt.

Vicariatus Adminiſtratio non vacante Imper. monſtroſa eſt, aut Prophetica.

12.

Verſ. *Sed, quid de Cauſis Feudalibus?*

pag. 285. lat. 2.

13.

In illis ſequetur Sacr. Cæſar. Majeſt. Forum *Rei conventi*, ut in cauſa Caroli V. contra March. Badenſes, & Ferdinandi I. contra Ducem Würtembergicum. Si Actio Feudalis *adverſus ipſam*, ut talem inſtituatur, & ſuper Feudi Imperiali Regio alterutri ad-vel abjudicando contendatur, Superiores Regni Vaſalli, ut olim loquebantur, vel Valvaſores, ad ſimilem Capitulat. in non abſimilibus

Cauſarum Feudalium Auſtriacarum Judex.

monstratam methodum, judicaturi erunt: in cæteris, Judicium Aulicum Cæsareum, ab omni Subjectionis & Juramenti nexu, quoad hunc casum, absolutum, vel Camera etiam Imperialis judicatura erunt. add. Ante-Marill. *Observat. Cam. 101.* & plura aliàs dabuntur.

Ibid. in med.

Vers. *Modus autem in eo consistit, &c.*

14\. Non tango, quæ contra Illustrem Præceptorem suum *Dn. Joh. Otton. Taborem,* ejusque Manuscripta nequidquam visa disputat: de eo verò, parum abest, juravero, *Imperialem Curiam* non intellectam, in *Comitiis Imperii;* aut in ullo extra ipsam Residentiam, & extra oculos faciemque Cæsaris existente loco attentandam cognitionem, sed *verum Caroli IV. animum sensumque* hunc fuisse, ita pandendum, daß Ihro Kayserl. Majestät vorgetragen worden/ wie daß ein alter Gebrauch und Herkommens gewesen/ daß wann etwas an einem zeitlichen Römischen Kayser oder König zu fordern vorgekommen/ ein solches vor dem Pfaltzgrafen des Heil. Reichs Truchseßen außgetragen worden; welches zwar sie diesesmaln an seinen Ort/ Werth und Unwerth (*quoad Petitorium,* ut sic dicamus:) gestellt seyn und beruhen lassen: Gleichwohl aber und damit sothaner alter Gebrauch in Ehren und Angedencken behalten werden möchte/ könte solches/ nach wie vor/ noch ferners geschehen; jedoch also/ daß ermeldter Pfaltzgraf sich dieses Amts und Würde nirgends anders/ dann an dem Kayserl. Hof und bey dero Hofhaltung/ und wann er die Groß-Ober-Hofmeister-Stelle selbsten versichet und bekleidet/ gebrauche/ vielweniger sich anmaße/ aus solchem zeitlichen Amte eines Hofmeisters ein neues *Judicium* über Kayserl. Majestät zu dero *Respects* Abbruch und Nachtheil zu *formi*ren und anzurichten; dasselbe auch nicht weiters *extendi*re und erstrecke/ als wie es von Alters her bey Hof und vorigen gewesenen Ober-Hofmeistern geübt und gehalten worden. Si verò quis aliter interpretetur, is quidem Cæsaream Majestatem, ut Interpretibus solitum est, fastidiosè lacesset, in vim verò animumque Legislatoris minus penetraturus erit.

De Palatino Cæsaris Judice. 15.

pag. 186. lit. 1.

Vers. *Sed quæres: cur fastigium &c.*

16\. Nequaquam certe ex piâ aliquâ Submissione illud ortum, sed *ex Ordine*

Ordine Ordinum ipsius Aulæ Publico, penes quam omninò aliquis ex Ministris Aulicis designandus fuerat, qui querelam sive petitionem v. gr. alicujus Ministerialis, Salarium; Opificis, Mercedem; Voluntarii Officialis, Gratiale, vel mox dilueret, vel Cæsareæ Majestat. commendaret: ut & id hodie in omnibus Aulis Principum evenit. *Piam* autem *illam Submissionem* Clerici & Monachi sibi vexandam retinuerunt.

Vers. *Quamvis autem pendente &c.* — Ibid. lin. 2.

17. Hunc versum, quoad *Exercitium Juris Judicium Aulicum exercendi* suspensum, *non verò Jus ipsum*, erroneum & nauci esse, jam in superioribus *ad Cap. X. sect. 1. num. 43.* pervicimus. Sed quæso: *Ubi manet casus alter exercendi Judicii illius Supremi, Cæsare trans Alpes profecto?* ut puto, hæsit, & periit in via: nec nos ex luto levaverimus litem: siquidem, si dixerimus: *Vetus Judicium Imperiale Aulicum*, quod tum, ut lippi & tonsores norunt, Camera Imperialis dicebatur, *ante Maximilianum semper in Provinciis Austriacis exercitum; Postmodum verò eodem in Imperii Ordinum Manus & Potestatem delapso inter Peregrinationes Cæsaris immotum substitisse;* (nam de casu Mortis aliter dicendum.) Ubi Justitiæ Aulicæ pro Tribunali Administratio constiterit? incognitum fuisse. *Post reassumtas temerè dimissas absorptasque Vires casum non extitisse; & similia*, verum quidem dicturi essemus, sed acerbiora, quam ut ferantur. Nec movemus camarrhinam.

18.

Vers. *Cæterum Vicarii &c.* ibi: *nisi extra limites &c.* — pag. 188. lin. 1.

19. *Ergo Arbitria Rerum ad Cæsarem reversa? & Receptio Gestorum, aut Repudiatio in Manus Electi Imperatoris convenit?* Certè, secundum ea, quæ videntur & aliquando leguntur lectaque.

Vers. *Econtra Cameræ Imperialis Jurisdictio, &c.* — Ibid. in fin.

20. Omnia hic *pessimè* tractata; cum illa inveterata *Observantia* se ultra Annum 1612. non extendat; *& altera ratio*, quia ejus Processus, Mandata, Rescripta &c. propria Imperat. Subscriptione non indigent, Judi-

Judicra; *tertia* verò, ibi: *vigore Jurisdictionis, quam à toto Imperio (quod nunquam moritur) habet*, juxta eam, quam creat, molestiam, contumeliosa sit. *Discurs. Nost. de Vicariatu* §. 21. Nimirum hoc *injurioso Cæsareæ Majestati Epiphonemate*, quòd per integrum hunc Librum adeò verè, justè, rigidè, & cum dignatione, atque adhuc proximè *pag. 275.* aspernatus fuit & dedignatus Author; obsignandus erat formosus habitu Typoque Tractatus, ad capessendas summas, ut ajunt, togæ dignitatis stratus transitus, maleque occinit AQUILÆ, qui *nihil est nisi Vox*.

21.

Vers. *Ita tamen, ut sub Nomine, Titulo, & Sigillo, &c.*

22. Historiam hujus usus Anno 1612. per Joh. Casimirum, Palatinum Administratorem, & Sereniss. Joh. Georgium I. Electorem Saxoniæ per mutuam Amicabilem Conventionem introducti, in sæpius allegato *Discursu*, probationibus *ex Actis* advocatis, consignavimus; neque ibi quicquam mutaturi.

23. Verum *de Casu*, ut non nimis seriò diximus *Prophetico*, nimirum, *de Vicariatu Imperii, durante Imperio Regis Roman. aliquid* eloqui novissima fortunatissima Electio Sereniss. ac Potentiss. Regis JOSEPHI permisit & jussit; Cujus Regia Majestas in Capitulat. August. *Artic. 47.* in sequentem formam spopondit: Wir sollen und wollen Uns auch zu keiner Regierung oder Administration im Heil. Röm. Reich ꝛc. zu Præjudiß der Reichs-Vicarien, welche inmittels die Reichs-*Administration* führen / die *Expedition* aber in Unserm Namen verfügen sollen / unterziehen / biß Wir das Achtzehende Jahr Unsers Alters erreicht und angefangen haben / ꝛc. ꝛc. *Sub cujus ergo Nomine, Titulo ac Sigillo Judicii Aulici Processus emanabunt? sub cujus Imperialis Cameræ Judicii?* Nullo profectò, nisi Imperatoriæ jam tum, defuncto, quod DEUS in longos Annos evertat! Invictissimo Cæsare, Majestatis JOSEPHI, *quæ autem tum Potestatis Vicariæ administraria in Celsissimo Judicio Imperiali Aulico in cæteris Negotiis vis & virtus?* id sequuturi Anni, & utinam nunquem & nulli, viventibus in seriem æternitatis Austriacis Principibus, Electorali suffragio, Successoribus, & Hæredibus, enumeraturi sunt: *VOS esse, MAXIME CÆSAR ET ROMANORUM REGES! Patrem, Filiumque: VOS esse, invictos, VOS, immortales: VOS esse in quos nihil fortuna possit, è REPUBLICA HUMANI GENERIS EST.*

Casus per Prophetiam indigitati Eventus.

24.

Senec. *de Constant. Sapient. cap. 19. in fine.*



JOHAN-

JOHANNIS DECKHERRI,

Doctoris & Imperialis Cameræ Judicii Advocati & Procuratoris

DE

SCRIPTIS ADESPOTIS, PSEUDEPIGRAPHIS, ET SUPPOSITITIIS, CONJECTURÆ,

CUM

ADDITIONIBUS VARIORUM.

Adjecta est

AUTHORIS ANONYMI

LARVA DETRACTA

Hoc est:


Brevis Expositio Nominum

sub quibus

Scriptores aliquot Pseudonymi recentiores imprimis latere voluerunt.

ANNO MDCCXXII.

Nobilissimo & Experientissimo
DOMINO
THEODORO JANSONIO AB ALMELOVEEN,
Illustri Medico
S. D.
JOH. DECKHERR. D.



I mihi unquam in animum escendisset DOMINE, de Scriptis Adespotis &c. aliquid ex professo, ut loquuntur, Literis consignare, vel, consignata quæ erant, adaucta, in publicum dare, majori apparatui conquirendo operam dedissem: Et quicquid vel domesticæ diligentiæ labor, vel florentius, quod mihi cum Eruditis est, commercium, vel felicioris Seculi Scripta, omni amœniore vi in societatem, & grata legentibus avocamenta arcessenda fuissent: Verum ab hisce sevocant me negotia supremi, cui servio, Judicii; unde litibus, his componendis, his Jure dirimendis, illis recipiendis repellendisve, ut fortuna forensis, sæpius omni prudentia major, sortes clientum dispensare imperat, incubare cogimur. Fortuita erat hora, quæ tenue hoc exclusit, nec forte Academiis videndum; quæ solitudinem non semel invidenda adsociatione solata est; quæ ingratissimas curas animo sæpius excussit, liberaliori Studiorum disciplina consecranda; ut Dialogi de Jactura Temporis illi rei fidem facturi sunt. Sevocaverunt me etiam, quod ex necessitate adscribo, ab omni ferme augmento

mento parando, non ganeonum, vulturum, hirundinumque molestæ, ast bonis auribus blande ferendæ, vociferationes; sed calumniosa Scripta & Epistolæ, quæ refutando *Illustri* PLACCIO has Conjecturas destinatas, qui tamen mihi solus in hanc materiam manuductor fuit, & summe æstimandus, impudentissime vulgaverant; unde amœnioris cum eo commercii declinatio & mox, cui non inique indoleo, casus; quem ita excidisse nollem: Hisce visis, cur nihil prolixius subnotatum sit, ut singulari confidentia & humanitate desideraveras, facile, qui amicus est, conjiciet: addidi tamen de Patribus nonnulla ingens ubique disputandi Argumentum; Fori quoque negotiorum subinde memini; nec novos scil. Philosophos transire permisi; junctis non, ut puto, injucundis digressionibus, innocuis censuris, & carminibus; vel delectationi servituris, vel pusilla temporis jactura redimendis. Hanc itaque degenerem filiolam meam, quæ inter breve tempus omnem suum mundum, omnia vestimenta, neglexerat, ruperat, tertium vestitam Nobiliss. Dignationi Tuæ nescirem, an sub tectum, & in longe meis feliciores lares, ac Sacra Familiæ alienæ adsciscendam? nisi de adoptatoris in me meamque fide & affectu certus essem, honorifice commendo; ubi assensu Tuo firmabitur, lætam; si eo destituetur, correctionem inter basia suscepturam; parituram ubique. Et his Te optime valere, & Rei Literariæ promovendæ natum sero mori desinere, & post Stephanorum Vitas Plantinianam etiam edi, ut promisisti, omni animo opto. Vale. Scrib. Spiræ Kal. Jan. MDCLXXXVI.

CONSPECTUS EPISTOLÆ.

De Anonymorum & Pseudonymorum instituto laudabili, vel secus: in Theologicis, Jure, Medicina, & Philosophia: de Polemicis, Historicis, Satyricis, & liberali Apologia, brevis Dissertatio. Pag. 5

CON-

CONJECTURARUM
DE
SCRIPTIS ADESPOTIS,
PSEUDEPIGRAPHIS, & SUPPOSITITIIS,
EPISTOLA.

De Anonymorum & Pseudonymorum instituto laudabili, vel secus: in Theologicis, Jure, Medicina, & Philosophia: de Polemicis, Historicis, Satyricis, & liberali Apologia, brevis Dissertatio.

CONJECTURAS se appellat hoc, quicquid est, Epistolaris *ad Consultiss. Dominum* VINCENTIUM PLACCIUM, *JCtum Hamburgensem*, Scriptionis; Neque ita, nisi cum justa ratione! Notitiæ Scriptorum Adespotorum & Pseudepigraphorum Argumenta duo eminent; *Conjectura*, *Authoritas*; nam, qui se ipsos prodidissent, Scriptores, rari inventi sunt. Hæc duplex, *propria*, & *aliena*; utraque, si origines intuearis, conjectasse videtur, firmioribus alia, reliqua tenuioribus firmamentis, levioribusque præsumptionibus inducta. Primus itaque *Conjecturis* locus ex merito assignatus, & æstimatio; ut, si forte peccatum esset, vel à Bibliothecæ suæ incola, vel advena extero (quod ulla ratione penitus evitari posse, genius materiei non patitur) involuntarium errorem speciosi refugii Titulus occuleret; Illisque solis, si de Scriptoribus ante propiora Secula natis Oratio instituitur; sive Biblici illi sint, sive Patres Ecclesiæ Christianæ, ut vocamus, considerentur: aut juxta Historias Germaniæ priscæ quis hæc metiri velit: aut JurisConsultos, Medicos, Philosophos quis in exemplum ex veteribus Seculis repetat. Eorum autem, qui proximis temporibus, vel Patrum ævo se prodidêre ex hoc Scriptorum ordine facilior certiorque ratio iniri potest, & hactenus aliis nobisque inita; geniis Seculi auctorumque promptius sese ostentantibus, & concurrente cum Conjectura probatissima aliius authoritate. Inter *Conjecturas* vero magni æstimant ex temporibus editi Scripti, eorumque temporum genio, statu fatoque collectas: inde ex convenientia styli, adsertionumque alibi ejusmodi Scriptori probatarum, & quæ sunt in his dignoscendis Criticorum curiosa judicia. Ingenii,

genii, Judicii, Orationis, quæ à multis dissimulari non posse, ajunt, Emblematibus, veritatem eruere intendunt: nec dedignantur porro Officiorum, Consiliorum, Professionis & Vocationis fortunas in consilium & subsidium adhibuisse. Fictionis & detectionis eventus sortemque, quæ sequuntur, pauca, apertura.

AUTHORITAS autem laudatur ejus, cui cum Anonymo Pseudonymove coæva ætate vivere datum; porro, quem Officii, Voti, Consiliique ratio cum Scriptore conjunxit: reliqua in testimoniis probatæ integritatis Virorum consistunt: quæ sequiora sunt, ut dictum, ad Conjecturas spontanea revolutione relabuntur: Unde vel approbatio, vel neglectus, sæpe & dedignatio ex necessitate sequitur; Indignatio autem justissima, ubi in detegendis Authoribus Librorum minus probæ notæ aut castigatæ lectionis temeritati suæ nonnullos indulsisse deprehensum. Exempla pessime nominatorum Balduini, Castalionis, Cassandri, Puffendorffii in promptu; detectores male dimissi; ut inferius consignatum.

ANONYMUS Scriptor sua, sine omni prorsus Nominis designatione, vel sub Literis solis initialibus, hisque iterum vel perversis, vel secus, publicat: PSEUDONYMUS, ficta præscribit Nomina; idque duplici ratione facere adsolent nostri: Aliena Eruditis jam nota Nomina usurpando; vel nova fingendo: Illud sæpius accidit; hoc plerumque in usu esse videmus. Prius non potest non aversari, qui Confusiones, in Scriptis Patrum maxime conspicuas, aut, in Bibliotheca Orbis Eruditi quacunque, metuendas altius perpenderit. Posterius felicissime adsecuti, qui ingenioso Anagrammatismo usi; qui adsumptis ex aliena lingua appellationibus se ferme non nominant; qui Officiorum nomina retinuere; unde cognosci possent, qui serio latere vel omnino noluerunt, vel se detectum iri detectosve jam sua ingenuitate freti, non erubescunt. In qua multifaria omnium usurpatione multorum ingeniorum felicitas, ambitio, metus, fiducia, temeritas, ut summatim enunciem, deprehensa: prout Scriptionis Argumentum Auctorum, vel commodo, vel dispendio, vel famæ vel infamiæ esse potuit. Et erat profecto, de quo conquereretur in ejusmodi Scriptis, ingenuum, honestum, generosum boni Seculi Monumentum & Thesaurus! apertæ frontis Bibliotheca: quod aversaretur temporum integritas; Scripta sæpe, aut non ingenua, aut servilia, quin & spuria; adespota omnia vel infide tecta publice prostitui, sub libertatis, & quidvis non audendi temeraria præscriptione publicari arripique: quod denique culparet saltem cordatior. Unde pro animorum vario habitu multa per aversionem damnata; pauca rude donata & dimissa; sinistra contra omnia præsumptio omnibus retenta. Ob id maxime in Rempublicam Venetam, fatale & Decretorium Pontificis fulmen sæviit, quod contra Tridentini Concilii Decreta, ab ipsa solemni deliberatione sine exceptione probata Fratris Pauli Servitæ & Joh. Gersonis Opus-

Jac. Aug. Thuan. lib. 137. Histor. pag. 158.

Opuscula cum Præfatione Anonymi, qui idem Paulus agnitus fuerat, adeoque de Rebus Sacris, Libros sine Authoris Nomine Typis mandari passa fuerit; contrariæ causæ Patrono Roberto Bellarmino perorante; Et hisce ca-„ lamitosis temporibus infit sæpius cum elogio dicendus Covarruvias, tot „ Hæresibus Religionem Christianam oppugnantibus, totque Libris ab „ Hæreticis sine Auctoris Nomine, ut minime repudientur in publicum edi-„ tis Tridentina Synodus, ut tot malis obviaret, eos imprimi, vendi & pe-„ nes se retineri prohibuit, sanctissime! ita Vir summe Catholicus: vel juste, vel injuste, vel absurde! ita Sarpius, Servita: vel vage; ita Pallavicinus. Nostra tenuitas ita censet; cum concurrant cum hac latitatione *Suppositio, & Plagium*, &, ut Ærodius vult, *Furtum*: quorum illa temeraria vel ambitiosa manus sua sub alius Scriptoris Nomine, fide & emendicata authoritate Rei Literariæ imponit: Hoc improbus furtivus calamus alienis laboribus indignissimum Nomen præfigit: Illam sine discrimine improbandam fore; sive id sceleris in Sacris, quod nefandum! commissum, sive Profanis: ratio sententiæ jam reddita! Hunc temeratorem protinus, in flagranti crimine deprehensum: Illa suppositi partus rea est; Hunc Fabia de plagiariis, aut de Furto XII. Tabularum Lex, Prætorisve Edictum punitura erunt, ex Notis hinc & inde peti solitis infligendarum pœnarum argumentis. Ab his dispar Nostrorum, ita appellare liceat Anonymos & Pseudonymos, census, quis enim eorum, quorum nomina vel incuria Seculûm vel injuria, aut senectute labentis in pejora temporis intercidêre, Scriptorum fidem, nisi illos malitia huc raperet, in judicium malæ fidei insontes probosque accusandos vocaverit? Absit id.

Lib. 4. Resol. 17. pag. 63.
Lib. 6. Histor. Concil. Trident. pag. 428. & 429.
Lib. 15. H. C. T. cap. 18. 19.
Lib. 6. Rer. jud. cap. 2.

Hoc etiam penitus; ut probentur latebræ ejus, qui in THEOLOGICIS, emendicato nominis occulti vel transformati velo se tuetur, nisi hoc honestissime utatur! Neque enim, si pro Gloria DEI & Sacrosancta Ecclesiæ fide scribitur, habet vel Deus hac umbra opus, vel Evangelium. Neque secreti Commentatorum metus, si modo vocatio justa præcessit, justus; quia in Adjutorium Deus, pro innocentia testis legitima & inculpabilis vocatio; Si extra oleas agunt, sapiuntve, vituperium non evadent. Si neglecta in Libris Dei & Ecclesiæ cura, amorque Proximi; & nomen, sicubi adest & velum improba sunt: & eo scelestior est Scriptor, quod Pietatis & Religionis specie fallit; sub Theologi Pallio grassatur hostis Dei & Imperii. Nomen occultat pantherina fraude; abscondit odiosissimum caput, & simulatæ Pietatis odore allicit incautos: cœca manu &c.

Balthas. Schupp. *in Oper. pass.*
Nicol. Rigalt. *in Apolog. pro Ludov. XIV. Gall. & Navar. Reg. cap. 1. princ.*

De JURISCONSULTIS, MEDICIS, & *reliquarum* honestissimarum Disciplinarum Doctoribus largius sentire licet. His plura indulgere poterit, qui tanti periculi, quale in prioribus vertitur, rem non esse crediderit; de his itaque breviter in sequentem formam censeo: Si de permissione, justa vel secus, quæstio suboritur, liberam his adseruero scribendi rationem:

nam

nam nonnullos intimarum Scientiarum Scrutatores decora & amœna ratione, quidquid novum arduumque ab ipsis inventum, à principio sine Nomine edidisse, ut, si probaretur Eruditio, confidentiora sint sequentia; &, ut post Tabulam Apelles, Judicia, publico, vel confirmando vel reformando quæ edita, profutura, exciperentur, periculumque suæ intentionis facerent, palam est. Si de Justitia Consilii; ipsi in publicis Judiciis viderint! Si de Authoritate, vel pro se, vel adversus tertium; modicam, vel si rei status id ita fieri exigit, nullam. Inutilem erronem, fugitivumve Servum, Filiumve, qui vel à Domino Parenteve projectus vel protrusus foràs non potest, vel, qui malæ fidei, Domino invito sui furtum commisit, vel Patrios Lares deseruit, non vult, nisi cum crimine, nominare! Inepte prætendit quondam in miseriam expositus infans splendidos natales, rarissime fidem de his facturus, nisi se S. P. esse, cum dedecore confessus.

POLEMICA autem omnium cujuscunque fidei sortisque sint, hominum, monumenta; in Publicis Imperiorum fatis, ciendis Seditionibus, evertendis nocentibus æque ac innocentibus, armandis in Magistratus Regesque Subditis (quod Henrico III. Gallorum Regi necem attulit:) in Subditos Magistratibus Regibusque, committendis diversarum Religionum Civibus, instruendisque lanienis Sathanica media; seditiosas chartas ex abdito infami orco, obvelatis Authoribus in vulgus spargere: Ita & in privatis privatorum in Re Literaria litibus, nisi modestissima pro salvando temerato honore meditatione erecta; non tantum contemno, quod vile esset, sed abominor. Ita fieri jubent Salus publica, quæ est Lex suprema, malorum immanitas, & Bonorum Religiosa detestatio & ejuratio. Cui enim ignota sunt mala pessima rei principia: invehi in quoscunque dira exprobratione, ex occulto abditoque Proximi sui Personam, Famam, Eruditionem, Honores improbo ausu discerpere, & venenato telo publica impietate lædere: Calumniari audacter: semper enim aliquid hæret, Libris, ut Thuanus ait, Carnificis manu puniendis: Exempla suus inferius designatus locus detestabitur. His malis hospitio est securus sub Anonymiæ & Pseudonymiæ ferali antro receptus; hos ultore igne scrutetur Majestas, conquisitos lectitatosque, vel minus, Libellos corrumpi, exuri jubeat, juxta „ vetus Neronianum contra Fabritium Vejentonem præjudicium. Sed & „ hi plerumque occultantur & eduntur, donec habendi licentia oblivio„ nem afferat, nimirum nulli sunt Romani, qui Orbi dominentur; & Ty„ pographiæ luxu in plures sparguntur Libri, nec prohibitio ultra prohi„ bentis territorium extenditur. Ergo quod in Italia scribi non poterit, „ in Germania poterit; & quod ibi non licebit, Galli edent, &c.

Jac. Aug. Thuan. *lib. 1. de Vita sua pag.* 10. Tacit. *lib.* 14. *Annal. cap.* 50. *vers.* 1. 3. Ulpian. *in L. cætera.* 4. §. *Mala.* 1. *P. Famil. erciscund.* Tacit. *lib.* 4. *Annal. cap.* 35. *vers.* 4. & *dict. cap.* 50. *in fin.* Forstner. *ad dict. lib.* 4. *Tacit. pag.* 613.

HISTORICO quoque, hic enim memoria excidere non debuit, occultandi nomina sua artes neglectas spretasque velim. Si vera loquitur, ut Historiarum Lex exigit; si virtutes & vitia hominum, si bene gesta cum male

male

male factis non injuriosa animositate posteritati traditurus est, nunquam dissimulandum nomen; tum, ne unius simulationis culpa reliquis, etiam verissimis, fidem vel affligat vel abroget; ut prioris ævi Francorum Historia de Statu Regni & Religionis in Regno Galliæ; Vita Catharinæ Mediceæ Reginæ Matris; Casparis Colinii Ammiralii, Principis Condæi, aliorumque, Protestantibus acceptæ & pro veris agnitæ; ab Adversariis pro libellis famosis jactatæ, non secus ac nova Gallorum aliarumque Gentium exempla hæc ignorantem instituent: tum, ne metuas, præsenti potentia extingui posse sequentis ævi memoriam, aut juste quæsitam famam & nomen: *Neque mors neque venenum!* ut Thuanea sibi in Inscriptionibus gratulantur.

Tacit. dict. lib. 4. cap. 35. vers. 5.

SATYRAS quoque, vel omnino removeri, vel præscriptis non fucatæ Integritatis Titulis in publico versari terique ex re publica est. Corrigendis mali Seculi improbitatibus non improbandum remedium & censura; si modus servatus; si id fieri necessitas vel vocatio jubeant; si Personis tangendis, Materiis irridendis, honestati Styli, &, ut paucis dicam, Reipublicæ optima maximaque fide cautum; tunc enim, qui probus est, honestissimis ausibus se quoque præscripturus erit: Si illis minus rite cautum; & ubi virtutem commendant, omnia opinio continuæ atrocitatis corrumpet: Quod si è latebris quem quis imitari vel æquare desperat, ignobili invidia conatur opprimere, & sine nomine laborem & cum opere nomen, sicubi invenietur, melius execrabitur Seculum. Hæc sigillatim, & dissertatorie!

Barclaj. p. 3. Euphorm. in princ.

Hodie ferme aliter, ita nostrûm plerique, neque enim APOLOGISTÆ desunt, observatur. Non adimi posse, generaliter præfati, Domino rei suæ arbitrium; formam Authori liberam, Lege non ademptam: hanc potestatem & licentiam ipsi relinquendam inviolabilem! Ita; si id fieri sine dispendio probitatis potest. Dein, excusabilem esse timorem ejus, qui ineptissimi vulgi procellis innocenti refugio se subducit; Victimam ejus quoque Sacram, qui aversa fronte invidiæ litat; qui modestiam, si non ambitiosam! prætendit; qui Gloriam, quam vulgo adfectant, deserit, qui Virtutem sibi per vindictam adserit in abdito, publicam hujus vel alterius æstimationem procul habiturus; qui innocentem suam conscientiam à proximi sui læsione, publica rei fraude, impostura & deceptione alienam; suam bonam fidem, procuratæ aliorum utilitatis industriam, religiosa adseveratione testatur. Ita est! & cum in Libera Literaria Republica, luxuque Scriptorum his adeo delicate, ut res exigebat, prævideri non potuisset; ἐπ' αὐτοφόρῳ etiam deprehenderentur qui nomina sua, cum eos ineptæ, proletariæ & triobolaris evulgatæ schedæ liquido puduisset, solicite suppresserant, repetita fideli Parænesi, ad cujusque conscientiam animi studiorumque decora, æstimationem famæ, curamque publicæ salutis observandam facta, discessum.

Daniel. Heyder. *in Reichs-Vogt. Apolog. à princ.* Henric. Oldenburg. *in Epist.* 10. *ad S.*

Tu vero LECTOR siste gradum, hujusque Epistolæ, inter negotia forensia & seria alia domestica studia, divertendi animi causa fortuito, & quasi ab aliud agente, scriptæ CONJECTURAS, si legeris, si perpenderis, boni consule!

SECTIO I.

De Authoribus Biblicis veteris Fœderis; & nonnullis ex novo; cum digressionibus.

IN SCRIPTORIBUS BIBLICIS, à quibus & in Deum pietas, & in Scriptores reverentia ordiri nobis jubent, detegendis studia sua absolverunt literatissimi ex omni Religione Theologi; tractavere dubiam rem Juris-Consulti, & invaserunt scenam Philosophi.

Principio autem nihil rei Epistolæ erit cum *Isaaci* PEYRERII *Systemate Theologico de Præ-Adamitis*, aut *Leviathane* HOBBESII, ferme non omnibus Sacris Monumentis fidem detracturis; aut cum illis, qui tempore Captivitatis Babylonicæ omnes Antiquitates Judaicas vetusque Fœdus intercidisse putant (quem ambiguum casum se non sperare profitetur Christ. Besold. *ad Digest. corollar. 16.*) ab ESDRA vero diviniNuminis afflatu denuo conscriptas, editumque adserunt: quod cum Antiquitate ludos facere, existimaverim; „ Aut cum recentiore Philosopho, qui PENTATEUCHUM integrum à „ Mose non profectum, sed ab Esdra compositum; sequentibus tempo- „ ribus, restitutum universum prisci FœderisOpus à sola Pharisæorum Secta, „ exclusa Saducæorum, probatum; & denique ætatum successu, & tradi- „ tionum invalescentia vim divini operis sortitum. Id præfiscine addendum, SUPPLEMENTUM DEUTERONOMII, Cap. XXXV. Historiam mortis & sepulturæ Moysis Prophetæ consignans, ipsi servo Dei Moysi (quod penes se constituerat Joh. Henr. Ursinus *in Nov. Prometh. Præ-Adamit. Plaste, exerc. 2. cap. 2. §. 1.* ubi de Mose Numine afflato & vaticinante, sine omni legitimo subsidio agitur:) tribui non posse, cum præterita, non futura, memoret; (vid. Thom. Browneí *Relig. Med. sect. 28. in fin.* & ibid. Molck. *pag. 182. & ad sect. 22. pag. 150.*) & miracula non sint multiplicanda præter necessitatem: Placuit itaque nonnullis, qui non negant id à Prophetis (quibus tamen in memoratione præteritorum nulla opera,) aliisve viris sanctis eodem, cum Mosaico Spiritu, eademque cum fide Ecclesiæ Judaicæ retentum JOSUÆ Filio Nun debendum. Moysen etenim ab illo capite conjectura notata; ab omnibus novi Philosophi removent. DEUM immediate scripsisse Israelitisque tradidisse, probabile non est. Reliqui more solito, imo invalescente, ad Esdram referunt.

At cur à Mose dicendi primordia sumpta? Nihil itaque ante ipsum Divinæ Sapientiæ & Canonicæ Authoritatis scriptum editumque? Sane JOBUM de quo ilicò res erit, Librum Canonicum Moseque seniorem esse, „ fere

„ fere omnes fatentur: Et tamen Ursinus *dict. loc. §. 4. ita:* quæ de Libris „ Henochi, *inquit*, Justorum, Bellorum Domini, Jobi, Christiani quidam „ Doctores in speciem contraria huic effato; & quæ à Sabæis, à Magis, „ ab Hæreticis, aliisque Nugatoribus afferuntur de Libris SETHI, NOHÆ, ABRAHAMI & similibus, partim non difficilem (neque tamen adjectam, „ quod convincendis imposturis summe necessarium:) habent explicatio- „ nem, partim Diabolicæ præstigiæ & quisquiliæ sunt &c. An ad irritandum Peirerium? an alio fine? nescio. Antequam illos Libros ad Diabolicas præstigias referamus? an sine selectu? an sine judicio in illos reddito? prolixius informandi sumus; quia in illo Libello affectus sæpius non serviunt, sed imperant: cum & Judas Apostolus *in Epist. vers. 14. 15.* Librum *Enoch* alleget ejusque Testimonio, licet *hodie* Apocrypho, utatur: ex Augustino & Hieronymo; juncta præfatione Beati Rhenani *ad Tertull. de Cult. Fœm. pag. m. 501.* & splendido elogio ipsius Tertull. *dict. loc. pag. 506. num. 3.* „ scio, *inquit*, scripturam Henoch non recipi à quibusdam quia nec in „ armarium Judaicum admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante „ Cataclysmum editam, post eum casum Orbis omnium rerum abolito- „ rem, salvam esse potuisse; (dein, interjecta de successibus Traditionum „ Historia, pergit:) sed cum Enoch eadem Scriptura etiam de Domino „ prædicârit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum est, quod pertinet „ ad nos &c. nec utique mirum hoc, si Scripturas aliquas Judæi non receperunt de Christo locutas, quem & ipsum coram loquentem non erant recepturi &c. & *in lib. de Idololatr. pag. m. 737.* Selden. *de Jur. Natur. & Gent. lib. 5. cap. 9. pag. 609.* Peirer. *Systern. Theolog. lib. 4. cap. 2.* Sed quorsum, inquis, hæc inania de Libro, qui aut non extitit, aut inter rudera tot millium Annorum satis quiete compositus & sepultus est litigia! aut de quo Europa informari nescia est? Imò vero, & visus est, & extat, & reddi Orbi Terrarum poterit! En locum plane insignem & memorabilem apud Gassendum *in Vita Peirescii lib. 5. pag. 395. ad Annum 1633.* „ Sub ipsum tempus ex Ægypto „ rediit Vir omnino bonus Ægidius Lochiensis, è Capucinorum Familia, „ ubi toto septennio Linguis Orientalibus operam navarat. Memorabile „ est eum inter cœtera animadvertisse, MAZHAPHA EINOK, seu PRO- „ PHETIAM ENOCHI, declarantem ea quæ ad finem usque Seculi even- „ tura sunt, Librum Europæ pridem invisum, illeic autem Charactere ac „ Idiomate Æthiopico, seu Abyssinorum, apud quos is fuerat servatus, „ conscriptum: ideo Peireskius sic fuit accensus ejus quoquo pretio com- „ parandi studio, ut nullis parcens sumptibus ipsum denique sui fecerit Ju- „ ris &c. Eruntne & hæ præstigiæ? adde de ejusdem generis Libro in Hispania invento Historiam apud Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat. 6. cap. 65. pag. 236.*

Historiam JUDICUM Israëlis, Historiam RUTH, & LIBRI I. SA-

 MUELIS

MUELIS *Capita priora XXIV.* in Augustiss. Bibliothecæ Vindobonensis descriptione, non ita pridem suis fatis defunctus Illustris Petrus Lambecius, ex antiquissimis Documentis ipsi Prophetæ Dei SAMUELI Filio Elkanæ & Hannæ adserit.

Inter Scripta Hagiographa ESTHERIS Libellus Ecclesiæ Dei semper agnitus; itidem de supplemento, nimirum Cap. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. & XVI. horumque Authore lis est. Lyran. *in fin. Comment. Esther. Josepho* tribuit, qui, „ ut homo literatus & eloquens, ideo excogitavit, ut ostenderet, qualiter „ Aman potuit decenter describere machinationem suam colorando appa-„ renti bonitate, & quomodo Mardochæus revocatorias literas potuit de-„ center dictare, honore Regis servato &c. (quæ censura nimis frigida est, nec seria!) eò probabilius tamen *Josephus* dicitur, quo magis evidenter Cap. XIII. & XVI. de verbo ad verbum ex Joseph. *lib. 11. Antiq. cap. 6.* desumpta sunt. Sixtus Senensis *lib. 1. Bibl. sect. 2. pag. 20. incertum* Græcum Scriptorem ex diversis Historiis, & partim ex *Josepho* hæc compilasse putat. Ipse autem Estheris Libellus *Canonici* monumenti fidem dudum adsecutus fuit, explosa Eusebii opinione; authorem Esdra recentiorem; ut & Philonis Judei, JOACHIMUM, Jesu Sacerdotis magni Filium, Hebræorum Pontificem: & denique Latinorum, MARDOCHÆUM ipsum nominantium; ex Hebræorum Christianorumque consentiente sententia ESDRÆ Librorum Veteris Testamenti Canonicorum compilatori vindicandus videbatur Joh. Gerhard. *Confess. Cathol. lib. 2. spec. part. 1. artic. 1. cap. 1. pag. 38. 39.* add. Covarruv. *lib. 4. var. Resolut. 14. num. 5. pag. 34.* cum singularibus ibidem notatis.

JOBI quoque liber non unius labor est: cassata quippe appendice, quæ præmissa erant, nostris Canonica habentur. Porro, duo priora Capita & ultimum Idiomate Hebraico, reliqua Arabico scripta sunt. Denique, illa orationem solutam, liber ligatam, versuque, ut videtur, mensuram enim & numeros perdifficile fuerit ostendere Hexametro, Carmineque Heroico præ se fert: Prooemium & Libri finis Historicæ sunt narrationes; reliqua meri, nec sibi conformes, dialogismi. Alii, frustra quæri, ajunt, de ejus Libri Scriptore, quem Spiritum Sanctum fuisse non dubitetur: ita, si probarent! Alii Jobum ejusque Amicos conjunctis inter ipsos operis perscripsisse. Sed quis consilio adsedit? Reliqui Moysen apud Midianitas peregrinantem; vid. Theod. Bezæ *Jobum. Anno 1589. Geneva editum, pag. 2.* Accuratius conjectat, quis enim rei testis fuit? Hieron. Drexel. *in Job. Divin. Prov. Theatr. cap. 2.* „ *pag. 21. 22. & cap. 3. pag. 35.* Moysen, cum in Arabia Pastorem ageret Li-„ bello Jobi Capita 1, 2. & ult. quæ ad Historiam pertinent addidisse, eumque „ Hebraicæ Linguæ reddidisse, qui Jobo ipsi juste non abjudicandus. Quibus hactenus consentire possumus; add. Schupp. *tom. 1. Oper. pag. 293. & ibi citatum* Torniellum: omnia pene negante Hobbes. *dict. cap. 33. pag. 178. 179.* „ argute subscribente: Versus neque illis, qui in magnis doloribus consti-

„ tuti

„ tuti sunt, ut Job, nec illis, qui miseros consolaturi veniunt, ut Amici ejus, „ stylus usitatus est, sed Philosophis Moralibus priscis frequentissimus. Nec „ dissentit alter ex Novat. *cap. 10. pag. 130.* quæ in eo continentur, ut etiam „ stylus, non Viri inter cineres misere ægrotantis, sed otiose in Musæo meditantis, visa, visusque. Verum opinioni nostræ cum adjunctis patrocinatur Did. Covarruv. *lib. 4. var. Resol. cap. 14. pag. 33.* &, ab uno scriptum, una me„ thodo, uno sensu, nemo, ut puto, sine contradictione adfirmaverit; & „ species ipsa Carminum docet, non impetu & instinctu, nec uno ore fluens. Tacit. *lib. 14. Annal. cap. 16. vers. 2.* Eruditissime tamen, qui celsus illi in his genius est, ostendente *Friderico* SPANHEMIO in particulari Opere, Librum ætate Salomonis scriptum; nominante & subministrante exemplar Illustr. Dn. Dn. MAURITIO, *Supremi nostri Judicii Eminentissimo Adsessore.* In quo post infinitæ eruditionis documenta præcipuè miramur, Historias Originesque Dearum à Gentilibus in Africanis & confinibus Regionibus adoratione quondam cultarum ad tres Jobi Filias JEMIMAM, KEZIAM & KEREN-HAPUCH summa diligentia & acumine revocatas: manifesto indicio; Jobum, cum in acerba & dubia, de perantiqua, Gentilium sapientissimis, & præ aliis Senecæ trutinata Quæstione: Cur malis & improbis hominibus prosperi successus contingant? bonorum Virorum sortes vel malæ vel neglectæ conspiciantur, cum unus sit Deus. Cum Deo & Amicis depugnata lucta victor abiisset, in posteritate non solam admirationem meruisse, sed & adorationem. Thuan. *lib. 2. de Vitâ suâ. pag. 40.*

SUPPLEMENTA LIBRI DANIELIS; quæ sunt, *Oratio Hazariæ, Hymnus trium Puerorum, Historia Susannæ* & *Belis* narratio; prorsus non esse Prophetæ Danielis de Tribu Juda; sed partem alicujus Historiæ, quam de alio quodam Daniele Sacerdote Filio Abdæ scripsit HABACUC Filius Judæ, de Tribu Levi, vel, ex Julii Africani sententia, Græci alicujus Scriptoris commentum; probat Sixt. Senens. *lib. 1. Bibl. sect. 2. pag. 22.* Gerhard. *Confess. Cathol. dict. loc. pag. 44. 45.* Et sic tamen, præ aliis Cœlestis Spiritus scriptis, procul ablegatis, ut dictum, hi errones in Jus Civitatis Bibliothecæ Biblicæ, vel intruserunt se, vel intrusi fuere, magno incommodo & nullo merito.

Liber quoque SAPIENTIÆ, nullius minus, quam Salomonis est: magis autem PHILONIS Judæi Alexandrini, Athenis nutriti, & in Lingua Græca & Chaldaica peritissimi, qui dicta Salomonis undique dispersa, & in Lingua Græca scripta, prout diversi Sapientes ab ipso exceperant redolente Eloquentia (sed itidem Græce:) sub adscito Salomonis Titulo (non movente Libri cap. 9. vers. 7. 8.) compilata publicavit. Jac. de Valent. *in Præfat. Cantici.* SYRACIDI, uti sunt, qui contendunt, minime adscribi potest. Quæ vero de duplici Philone disputantur, evolvit Gerhard. *Confess. Cathol. dict. loc. pag. 57. 58. 59.* & inter JCt. Covarruv. *dict. lib. 4. cap. 14. pag. 32.* sed omnia, quæ de illo Libro, ab Hebræis solis confecto, homines mentiuntur, falsa

esse & absurda, qui vel solum Neandrum Soraviensem legerit, cognoscet.

Librum TOBIÆ suo Authori cognomine affini, alii restituunt: Torniell. *in Ann. 3329. num. 4.* alii malunt, Authorem ejus Libri incertum esse, decernere: adnotante Gerhard. *dict. loc. pag. 49.* & cespitante Covarruv. *dict. loc. pag. 33.* qui in his nimius, & ferme pro ostentanda horum Scriptorum Patrumque notitia, & reverentia Concilii ultimi ambitiosior! Sed, quid porro fatigaret Tobiana Fabula? hæc enim, & satis incongrua est, ad studia adlegatorum Virorum.

Idem prorsus accidit SYRACIDIS Monumentis; Quæ nonnulli certissime JESU *Filio Syrach*, Hierosolymitæ, Jesu Sacerdotis magni Nepoti adsignant: secundus prorsus abjudicat, substituto ex Patrum sententia Salomone (qui cum imaginationibus lepidus lusus fuisse videtur!) Qui supersunt, solam Translationem Syracidi relinquunt: ut videre est apud Gerhard. „ *dict. loc. pag. 61. citatos.* Dixerim, & hæc falsa esse! Arrepta sunt à Judæis „ elegantiora, quæ ex disciplina Gentium Terræ haberi poterant; adoptata „ in Jus Hebræorum: imposita nomina eorum, qui apud eos maxima Au- „ thoritate valebant, vel fama Prudentiæ quondam valuêre; indigesti operis moles! add. Covarruv. *citat. loc. pag. 32.* & alleg. Philosophos; à quibus omnibus bona cum gratia nec divertendum, nec cum singulis coalescendum, ne ex amoribus, vel odiis, vel mediis prehensis opinionibus, intricatissimæ disputationi maximi Juris-Consultorum Covarruviæ *dict. lib. 4.* & Hobbesii *dict. cap. 33.* aut cujuscunque Novatoris ulla ratione immergi videamur.

De NOVI FOEDERIS, seu Testamenti Scriptis, Scriptorumque Principiis novissimus Philosophorum periculosa pleraque, & tacenda, *in Cap. 11.* prodidit. MATTHÆI *Evangelium* Hebraice scriptum, constat; ejus in Græcam Linguam Translatio, an Matthæi sit? an Jacobi? Pauli? an Johannis? Salmasius docebit? Hunc enim cum Grotio, Riveto, Spanhemio in his singulari in eorum eruditionem observantia commendamus: ex Juris-Consultis Noster Covarruvias:

MARCUM, qui Christum non vidit, Evangelium suum scripsisse, dictante Petro, ex Origene & aliis:

LUCAM, adjutum colloquio, convictu & familiari consuetudine Pauli cæterorumque Apostolorum:

JOHANNEM vero sui Authorem fuisse, quod sub temporibus Juliani in quodam lapide sub Templi Hierosolymitani Fundamentis inventum dicitur; qui & de Cap. VIII. ejusd. Evangel. vel genuino vel supposito, *dict. loc. pag. 39.* non temnenda producit.

Epistolam AD HEBRÆOS, de qua Calixtus *Epit. Theolog. pag. 49.* vulgo quidem in Authore suo incognitam, testimonio tamen Ecclesiæ & Patrum

à *Paulo*

à *Paulo* ſcriptam; à *Luca* in Græcam Linguam translatam; vel à *Clemente I.* Pontifice, vel à Luca ex Pauli Apoſtoli dictis transſcriptam & editam, ibidem adſerens; quæ omnia ſuo loco & dignationi pie relinquenda; ſi quis enim vagas, vanasque, nulla probabili Syllaba jutas, Divinatorias Conjecturas in rigoroſius Judicium vocare vellet, magnam earum rerum converteret opum & authoritatis vim.

DE SALVATORE NOSTRO vulgata ſunt etiam, ſed ſub Seculo minus erudito & civili, quædam, quæ exhibebimus: *Epiſtola Jeſu ad Abagarum* Regem (ita Covarruv. *dict. lib. 4. pag. 72.*) ſive ad Agbarum Edeſſæ Civitatis ultra Euphratem Regem, (ita Pontifex *in C. Sancta Romana Eccleſia. 3. diſt. 15.*) & reſponſio Jeſu ad eandem; quarum hic ſenſus formaque apud Euſeb. *lib. 1. Hiſtor. Eccleſ. cap. 14. pag. 14.* convincendæ ſimplicitati hominum ſerviliter credentium, transſcribenda:

„ AGBARUS *Toparches Edeſſenus* JESU *Servatori* bono in Regione Hiero-„ ſolymitana comparenti χαίρειν! Relatum eſt ad me, quomodo una cum „ tuis ſanitatem absque pharmacis, & herbis mortalibus conferas. Etenim, „ ſicut fama refert, cœcis ut reſpiciant, claudis ut ambulent, præſtas, le-„ proſos etiam mundas, Spiritus impuros ac Dæmonas ejicis, eos qui diu-„ tinis ac prolixi temporis morbis torquentur, curas, ac mortuos excitas. „ Et ubi hæc omnia de te audivi, alterum ex his duobus eſſe cogitavi, ni-„ mirum, quod, aut Deus ſis, cœlitusque delapſus iſta facias, aut Filius „ Dei exiſtens hæc opereris. Quapropter his ad te literis ſcriptis precor, ut „ moleſtiam hanc ad me veniendi ſuſcipias, paſſionemque, qua premor, „ cures. Nam & hoc percepi, quod Judæi adverſum te murmurent, teque „ affligere conentur. Eſt autem mihi Civitas admodum exigua & honeſta; „ quæ tamen utrique ſufficiet.

Reſpondit Salvator Agbaro:

Agbare, beatus es quod in me credidiſti, cum non videris me. Scri-„ ptum enim eſt de me, non credituros in me, qui viderint me, ut qui „ non viderint credant & vivant. De quo verò ad me ſcripſiſti, ut ad te „ veniam, ſcias, mihi cuncta, quorum gratia miſſus ſum, hoc loco eſſe „ adimplenda: & poſtquam ea complevero, mox ad eum redeundum, „ qui me miſit. Ubi autem aſſumptus fuero, mittam tibi aliquem ex Diſ-„ cipulis meis, qui paſſioni tuæ medeatur, vitamque tibi, & iis qui tecum „ ſunt, præſtet.

Quibus quædam Syriaca adjecta de rei eventibus, & expeditione Judæ Thaddæi; quæ ſi non ab Euſebio, Nicephorò & Euagrio, nimium tamen & ſuperſtitioſe credulis, traderentur, inter aniles fabulas, & rem Barbaro Seculo dignam numerarentur. Stolida enim ſunt, Jeſum petiiſſe textum linteum, in eoque prius loto faciem ſuam expreſſiſſe, & ad Agbarum miſiſſe; deinde, Choſroë obſidente Edeſſam impreſſæ imaginis divina virtute,

tute, quicquid in obsidione apparatus ignem capientis erat, consumptum.
„ Covarruv. *citat. loc.* legi posse, & Christiana Sinceritate observari, ut existi-
„ memus, vere potuisse contingere, tametsi non cogamur illis omnino
„ credere. Quæ omnia falsura sunt, & inania. Nec quæ Anno nostri
ævi XXIII. à Parentibus visa Jesu Christi manu scripta id commercium lite-
rarium digna sinceritate adfirmare ausa sunt.

DE EODEM GLORIOSISSIMO SALVATORE locus est, non qui-
dem divinus, Christo tamen non prorsus indignus, neque per aversionem
„ repudiandus apud Joseph. *lib. 18. Antiq. Jud. cap. 4.* quod fuerit Vir sapiens,
„ si modo Vir nominandus; mirabilis in Operibus suis, Doctor Veritatis,
&c. maximis Theosophis probatus; nonnullis neglectus, aliis spretus; quem
diligenti commentatione sua exequitur D. Joh. Christ. Rumetsch. *in Conject.
ult. temp. sect. 3. num. 7. & seq.* Nam, sicut obfirmandæ Fidei Christianæ in Fla-
vio Josepho mihi semper insufficiens habitus, (enunciando enim Historiam
frigidius fatur, quam ut Christianus censeri posset) ita nondum me hercle
id necessitatis deprehensum ut testimonium Viri alias cordati, falsitatis
nec ab adversa parte rite damnatum, protinus foràs proturbemus; Chri-
stianos, interpolati operis, admissi falsi, usurpatarumque piarum fraudum
veloci præjudicio incusantes. Rita ergo & firma sit loci singularis autho-
ritas; non semel in salutem, in solatium, in authoritatem advocanda!

Sed obsignanda est tractatio, quæ prolixos Commentarios, non Epi-
stolam, sibi postulat, paucis, aliena & peregrina fide reddendis:

Ex GASSENDO: Pluris nihil fecit Peireskius, inquit *lib. 5. pag. 438.*
„ quam Volumen quatuor Evangelistarum Eleuphtice seu Cophtice scriptum,
„ Arabiceque declaratum; & maxime propter appositos Annos, quibus
„ singuli Evangelistæ scripserunt. Quippe tametsi initio defuit Præfatio in
„ Matthæum, qua Annus contineri debuit, & Præfatio in Johannem men-
„ dose visa est se habere, scriptam Historiam Anno sexto Imperii TARSOS,
„ & Dominicæ Ascensionis trigesimo; quod tamen spectat ad duas alias,
„ altera in Lucam, planum fecit, scriptam ab eo Antiochiæ, Anno Claudii
„ duodecimo, & Adscensionis vigesimo: altera vero, quæ in Marcum,
„ scriptum ab ipso Evangelicum Anno quarto ejusdem Claudii & XII. Ad-
„ scensionis, &c. quam animadversionem nollem neglectam!

Ex Philosophorum ultimo, & ejus *pag. 131.* An Scriptura eatenus tantum
„ Sacra sit, quatenus per ipsam intelligimus Res in eadem significatas, at
„ non quatenus verba, sive Linguam & Orationes, quibus Res significan-
„ tur, intelligimus: & præterea Libri, qui Res optimas docent, & narrant,
„ quacunque demum Lingua, & à quacunque Natione scripti fuerint,
„ æque sacri sint?

Ex hujus ANTECESSORE, *cap. 33. pag. 180.* An Libri Testamenti Novi
„ ab altiore tempore derivari non possint, quam ab eo, quo Rectores
Eccle-

„ Ecclesiarum illos collegerunt, probaverunt, &, ut scriptos ab Apostolis & Discipulis Christi, quorum Nominibus inscribuntur, nobis commendaverunt?

Ex COVARRUV. *dict. loc. pag. 30.* An aliunde quis scire non possit, „ Scripturas esse Divinas aut Canonicas, quam ex Ecclesia, quæ Traditionibus Apostolicis, Magisterio Spiritus Sancti ejusque Lumine edocta decrevit & professa est? cum Canonicum sit Evangelium Marci, qui Christum non vidit, nec tamen admissum Evangelium Nicodemi, qui Christum vidit & audivit? &c.

Sed hæc omnia, ut & ex veteri novoque Fœdere hic non recensita, ab allegatis Scriptoribus in dubiam ancipitemque censuram trusa; & generalia jam proposita Philosophorum attentata exequantur Theologi.

SECTIO II.

De Versionibus Bibliorum; Latina, Græca, Syriaca, Dalmatica, Gothica &c.

DE VERSIONIBUS BIBLIORUM in Linguas cuique Genti vernaculas Theologi, ut solent, prolixe commentantur; conferente rei absolvendæ lectu dignissima Gerhardo, *Confess. Cathol. dict. loc. cap. 20.* Hic ex nostris privatis lectionibus, adsequendo Epistolari scopo, salvis quorumcunque opinionibus nostræ meditationi intentis, sermo faciendus est. Celebriores sunt Latinæ, Græca, Syriaca, Dalmatica, Gothica, &c. de quibus stricte:

Inter LATINAS eminet vulgata, HIERONYMO tributa, sed male, ut ostendit Gerhard. *dict. loc. pag. 130. & seq.* quam acriter per satyram perstringit Joh. Himmel. *in Apolog. Disp. quæst. 4. pag. 69.* Et, contra, splendide defendit Albericus Gentilis, in Epistola ad Filium de Latinitate Versionis veteris Bibliorum, Hanoviæ Anno 1606. edita; quamque emendare ausa est, quæ

Sequitur, à SEBASTIANO CASTALIONE, præfixo nomine Basileæ Anno superioris Seculi LXXIII. publicata: de qua ita censet Illustriss. Thuanus *tom. 2. Histor. lib. 35. pag. 212.* Sebastianus Castalio Allobrox, cum puriorem Linguarum cognitionem ad Theologicam Scientiam adjunxisse se „ putaret, impuras manus, multorum judicio, ad Sacra tractanda attulit, „ cum à rebus ad tantum opus necessariis, homo imparatissimus, novam „ Bibliorum Interpretationem insolenti temeritate molitus est, à Gallicis „ & Helveticis Ecclesiis, quarum alioqui Doctrinam amplectebatur, in quibusdam dissidens &c. Versio certe, quam habeo, quam vidi ego, legique non indecora est; Omnia Hebrææ Linguæ ænigmata solvere, non est hujus neque futuri Seculi; nec magis hominis Latine, & non Prophetias

aut mysteria, scribere volentis. Hæc ut necessaria scitu monituque per transitum!

GRÆCA versio publicis manibus exposita, & Anno MDXXVI. Argentinæ excusa (hoc enim unum exemplar post Roberti mihi contigit) quod ab imperitioribus male LXXII. Interpretum labor credatur, eleganter vulgus convicit Gerhard. *dict. loc. & Theolog. pass.*

Ob versionem SYRIACAM Emanueli Tremellio subtractam, justene, an injuste plagii à quibusdam postulatus fuerit *Guido Fabritius* Bodcrianus, Peregrinarum Linguarum Interpres, Autographum Parisiis Anno MDLXXXIV. editum docebit; nec sane sine successu! Si enim ille Versionis, vel solus, vel cum aliis Author, ut certe ex Historia Editionum *in Præfat. pag. 16. 17.* probabile est, quid in Clariss. Viro culpæ, vel reatus? Si non est, neque hunc Fabritium se venditasse, probari potest; in fronte etenim Libri nulla penitus Fabritii mentio: in laudata autem ad Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem præfatione ipse sibi soli (socius enim laborum erat Nicolaus Fabritius, Frater, & alii:) nihil adscripsit meriti, quamvis iteratam suam editionem commendet; in utrumque casum criminali judicio eximendus. Quis enim crederet Professorem Regium, non solum in præsentia tot Illustrium Censorum furari, sed & rem furtivam in sinu tanti Principis abscondere ausum? quid ni restem vel petiisset, vel metuisset?

Inde & de Interprete Bibliorum *Paraphraseos*, Sahadia Gaone: & *Persica*, Jacobo Tavasio, vel Pavone: itemque Chaldaicis, Arabicis, Æthiopicis, Armenicis versionibus nobilissima notitia, publico profutura usui, comparanda.

GOTHICA Lingua Novum Testamentum donasse ULPHILAM; quem alii *Gulfilam*; alii *Wulfilam*, Gothorum Episcopum, vocant, Author est Herm. Conring. *de Const. Episc. German. thes. 5. circ. fin.* Verum Scriptores alii de Gente Gothica, Isidorus etiam & Jornandes universæ Scripturæ versæ meminere. Franciscus Junius pure Gothicam versionem esse putat: Johannes Loccenius ex veteri Gothica & Teutonica Lingua mixtam: ipsum autem Ulphilam, qui post Christum Anno 370. vel 380. vel 415. docuit Gothicarum Literarum Inventorem; Ulphilæ Literas cum veteribus Runis, vel quoad Characterem, vel quoad ipsum Idioma & Linguæ Genium convenire, prorsus negat. *Antiq. Sueco-Gothic. lib. 2. cap. 14. pag. 70.*

DALMATICA, sive Sclavonica versio, Auctorem ex Conjectura Petri Galedini, *in tractat. de Interpret. Bibl.* nacta est B. HIERONYMUM: ex Crommeri sententia *lib. 1. Rer. Polon. cap. 15.* CYRILLUM, vel METHODIUM, ex quibus hic Prophetico Spiritu claruisse Bohemicis Scriptoribus narratur, vel creditur; ita docente Melch. Goldasto *lib. 5. de Regno Bohem. cap. 2. pag. 556. & 560.*

Qua occasione pauca notanda ad Gerhard. Meyeri *Bibl. Theolog. contr.*

2) lib. 1.

„ *lib. 2. cap. 1. §. 12.* &c. cujus hæc ſunt verba: Novas plane totius Scripturæ
„ Translationes dederunt &c. Rudolphus Gualterus: (de quo nulla, quod
ſciam, ſive apud Hiſtoricos, ſive ejus temporis Theologos, Editoresve ejus
Scriptorum fuit Conjectura: nam præter Homilias, unde Homiliaſta dici-
tur Thuano, *tom. 4. Hiſtor. lib. 85. pag. 114.* quarum aliquot Tomi Tiguri pro-
„ diêre, pauca ſuperſunt) quam plurimi per errorem VATABLI Profeſſoris
„ Hebraicæ Linguæ Pariſienſis eſſe putarunt: (ſane de Vatablo jam tum con-
„ ſtabat, ipſum, ſive naturali pigritia, quod ipſi exprobratum eſt, ſive morte
præventum, nihil omnino ſcripſiſſe, ſatisque habuiſſe Sacræ Linguæ arcana
diſcipulis diligentioribus aperire, illuſtri nominis ſui fama & alieno præ-
„ conio contentum. Thuan. *lib. 3. Hiſtor. pag. 98.*) eò, quod Henricus Ste-
„ phanus (imò verò Robertus Stephanus, Pater, ut ex ejus reſponſione ad
cenſuras Theologorum Pariſienſium Anno MDLII. edita liquido conſtat)
„ eam Pariſiis edidiſſet, hac Inſcriptione: cum Verſione & Notis Vatabli.
(Interpres horum Robertus, *dict. loc. pag. 14.* ſolas Notationes Vatabli à diſ-
„ cipulis exceptas; verſionem alius eſſe, palam confeſſus) Decepit inſcriptio
„ ejus Hiſpanos, quibus ea verſio adeo placuit, ut Salmanticæ Typis recuſa
„ fuerit, quam tamen, ſi ſciviſſent Reformatorum eſſe, ad Orcum potius
„ damnaſſent. (Fallor, ſi id omnino latuit Hiſpanos, ut ait, deceptos;
namque Inquiſitores Hiſpani publicarunt equidem, ſed, ut ex Indice expur-
gatorio liquet, multis mutatis.)

„ VERITATEM ex his habemus: *Theodorus* BIBLIANDER, novæ Biblio-
„ rum Editioni Anno M D XLIII. Tiguri publicata, quam Leo Judæ in-
„ choaverat, & moriens, ut opus perſequerentur, Collegis, in fidem re-
„ ligioſe adactis, transſcripſerat, ultimam manum impoſuit *Conradi Pelicani,*
„ & *Petri Cholini*, Tugienſis, Græcæ Linguæ peritiſſimi Opera adjutus: quam
„ translationem in ſua editione biennio poſt ad veterem adjecit *Robertus*
„ *Stephanus*, ſuppreſſa eorum qui in illa laborarunt, mentione: & Hiſpani
„ Theologi diu poſt recognitam per Guilielmum Rovillium, denuò Lug-
„ duni excudendam curaverunt. Quod eò commemorandum duxi, ut
„ Verſionis tanti apud nos & Hiſpanos ipſos factæ origo cognoſceretur,
„ & inſigne documentum extaret, quid utilitatis ex Adverſariorum Libris
„ & Induſtria, ſi ſemotis odiis charitatem & æquitatem induamus, ad Dei
Gloriam capi poſſit. Tantum exceptione major. Thuan. *tom. 2. Hiſtor. lib.
36. pag. 287.* Quæ autem de Roberto Stephano & Vatablo ulterius dicenda,
ea conſignata ſunt ab Illuſtri Medico D. Theodoro Janſonio ab Almelo-
veen, *in Diſſertat. de Vitis Stephanorum. pag. 16. 17. 18.* & Did. Covarruv. *lib. 4.*
„ *var. Reſolut. pag. 68.* Extant, *inquit*, Euſebii de Eccleſiaſtica Hiſtoria Libri
„ decem ab ipſo Græcè ſcripti, & nuper Typis traditi, opera Roberti Ste-
„ phani, inſignis apud Gallos Typographi; ſi à Lutheranis quibusdam Hæ-
„ reſibus Typo cudendis abſtinuiſſet &c. ſcilicet in crimen vocandus erat!

Laudabili etiam, & digno, quod ad Posteritatem transmittatur, Pietatis exemplo, versionem Bibliorum CROATICAM & TURCICAM procuravit *Johannes Ungenadius* de *Sonneck*. Thuan. *lib. 38. Histor. pag. 354.*

SECTIO III.

De Scriptis Patrum Ecclesiæ ex ævo antiquissimo.

DE puriore Christianismo, (hic est, VERITAS EVANGELICA,) & vera Θεοσοφίᾳ præcipue meriti videntur, qui in THEOLOGIA PATRUM, horum Scripta Germana à Nothis & Pseudepigraphis, ut & erroneè cuidam tributis, accurata diligentia discrevêre. Horum Catalogum aliquem hîc adnecti publica monet utilitas, ut, vel saltem transeundo, demonstretur, quam multa ex illis suppositititia sint, vel incerta: vel bono vel malo fine subjecta; quam infelix ille sit, qui multis Patribus, unus suffecisset! nimiam fidem defert. Tu, quisquis es, ex Exemplis cognosce, & decerne!

S. JUSTINO *Martyri* falsò adscripti Libri sequentes: Expositio rectæ Fidei. Solutio Quæstionum 146. ad Christianos Orthodoxos. Quæstiones ad Græcos, cum Græcorum Responsione, & hujus Confutatione. Quæstiones Græcanicæ ad Christianos, cum Responsione. Aristotelicorum quorundam Dogmatum Eversio, & Appendix ad Græcos. Rationes reddit Abrah. Scultetus *tom. 1. Medull. Theolog. Patr. sub Justin. cap 10. & seqq.*

ORIGENEM Authorem non esse Commentariorum in Jobum: tres Psalmos: & Homiliarum quarundam in diversos Psalmos, dudum judicavit Erasmus ostendente eod *in Vita Origen. cap. 2. pag. 157.*

CYRILLI *Homiliæ in Leviticum*, non ipsum, sed *Origenem*, vel nescio „ aliquem alium Genitorem habent; non magnæ authoritatis foetus, Lite„ ram Biblicam destruens & mysticos sensus ex capite suo statuens. Gerhard. *Confess. Cathol. dict. cap. 1. pag. 43.*

Inter Scripta Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI, *Carthaginensis Presbyteri* duo tantum Notha videntur; Liber de Poenitentia quidem, quia Phrasin judicio Erasmi habet à Tertullianea discrepantem; & alter, de Trinitate, quia mentionem fecit Sabellianæ Hæreseos (*in Edit. Basil. pag. m. 608.*) cum Sabellii Nomen sub ætatem ejus nondum in Ecclesia auditum fuerit; hominis forsitan tum nondum nati. Extat ille in Editione Rhenani „ Anno MDL. curata, *pag. 477.* hic *ibid. pag. 596.* De illo nihil dixerim, „ cum semper varius fuerit in Phrasi; in Disputationibus dilucidior ac sim„ plicior; in Locis Communibus durior & affectatior. Beatus Rhenan. *in Vita ejus.* Dedit Libellus tamen ansam evulgandæ magni præjudicii Historiæ de Poenitentia in Ecclesia, ab omni ferè hujus ævo; de Johannis Geyleri, gravis ac sancti Theologi, Libello von dem Beichtweh / sive *de Morbo*

Morbo Confessionis, quo negabant esse tristiorem, qui eo tenebantur; de miseriis & afflictionibus acerbius ad Confessiones adactorum &c. conscriptæ ab eodem *pag. 468. cum seqq.* quod argumentum solicitius commendamus, quo solicitius hæc ipsa in Historia Concilii Tridentini P. Sarpii, *lib. 4. pag. 312. & 323.* à Curiosis tractata & trutinata visuntur. De hoc, Sultetum *in lib. 7. Med. Patr. Eccles. cap. 1. pag. 172.* ita fantem audimus: Hieronymus „ Novato adscribit. Ego sic statuo, quisquis Libri de Trinitate Author est, „ scriptum esse illum ex Genio & Ingenio Tertullianico, & idcirco merito „ illius nomine allegari; quando tam pulchra est Libri hujus cum nobili „ illo adversus Praxeam scripto consensio. His addendus Joh. Gerhardus *in Patrologia*; Andreas Rivetus, *in Critica Sacra*; & Dissertat de Vita & Scriptis Tertulliani. Libros ejus, de Spectaculis (cujus Epitome à Scultet. *dict. loc. cap. 32. pag. 268.*) de testimonio Animæ (ab eod. *cap. 30. pag. 263.*) & de Anima (ibid. *cap. 31. pag. eod. & seqq.* exhibita:) non reperiri, juxta suæ ætatis notitias, modernæ enim prolixiores, dixerat Rhenanus; quæ opinio jam evilluit! add. Jac. Gothofred. *de velandis Mulieribus, deque Exuvia capitis Dissertat. ad locum Pauli 1. ad Corinth. 11.* & Covarruv. *dict. lib. 4. var. Resolut. cap. 17. num. 8. pag. 70.* floruit autem Anno Domini ferme CC. sub Severo & Antonino Caracalla, Principibus.

Inter CYPRIANI Opera dubia sunt: Libri duo adversus Judæos, & tertius ad Quirinum; Epistola contra Novatianum: Oratio pro Martyribus; & alia quæ sub die passionis suæ dixit: & Libellus de disciplina & bono Pudicitiæ. Scultet. *in Vit. Cypr. cap. 21. pag. 355.* Supposititia verò omnium consensu præter adnotata: Tractatus de Montibus Sina & Sion: de revelatione Capitis Johannis Baptistæ; *dict. cap. 22. pag. 356.* de qua laudatus Covarruv. *dict. cap.* „ *16. pag. 60. & seq.* prolixior est: Festum, *præmittens*, quod Ecclesia IV. Cal. „ Sept. celebrat, non dicendum decollationis Johannis Baptistæ, sed colle- „ ctionis, aut inventionis, vel revelationis Capitis Johannis nominandum; „ postea authoritatem Libro abrogat, tum, quod mentio ibi facta Pipini „ Aquitanorum Regis qui fere quingentis post Cyprianum Annis vixit; tum „ & Theodosii Principis, qui Annis plus centum post eundem Imperium te- „ nuit; quem & de Libro, de Inventione Capitis, ducentis post Gelasium „ Annis ab obscuris Monachis scripto, consulere licebit. Exhortationem verò ad Martyrium, ut & Epistolam ad Jubajanum suo Cypriano vindicat idem Scultet. *pag. 312. & 313.* Expositionem Symboli Apostolici, RUFFINO; *pag. 357.* Librum de duplici Martyrio, sed dubitanter, ERASMO. *pag. 359.*

ARNOBIO AFRO, quod male adscribantur, Explicationes Psalmorum, & Fragmenta Notationum in Johannem & Lucam, confirmat idem, in ejus Vita sive *lib. 9. cap. 1. pag. 374.* Dialogus verò, OCTAVIUS inscriptus (quem alii, sed minus vere, sub Arnobii octavo adversus Gentes venditarunt) quod sit MINUCII FELICIS Causidici Romani, asserit La-

ctantius *lib. 5. de Justit. pag. m. Edit. Venet. 153. b. in med.* & *lib. 1. de fals. Relig. pag. 19. b. in princip.* Scultet. *dict. lib. 9. cap. 9. pag. 391.*

In LACTANTII FIRMIANI suppositiciis removendis omnium ferme „ unus est sensus. Scultet. *lib. 10. cap. 1. in fin. pag. 396.* His Libris adjiciun- „ tur, *inquit*, hodie Elegiæ quædam: quas Lactantii non esse, vel ex eo per- „ spicitur, quod Phœnicem nominant Solis Sacerdotem & Phœbum loco „ Dei habent. (in Operibus *Venet. excus. pag. 324.* incipit:

Est locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet æterni janua celsa poli &c.)

Et scribit Thomasius, inter Opuscula Venantii Fortunati se Elegiam de Resurrectione in Bibliotheca Vaticana invenisse, (incipit *dict. loc. pag. 327.*

Salve festa dies toto venerabilis ævo;
Qua Deus infernum vicit, & astra tenet, &c.)

de quo Joh. Baptista Egnatius Venetus ad Anton. Triultium: Quin etiam „ Carmen de Resurrectione, quod Lactantio adscriptum inveni non modo „ dignum ejus Viri Eloquentia mihi visum est, sed ne cum Phœnice qui- „ dem, quem cecinit, comparandum: cum ad alia in Syllaba etiam claudicet &c. Covarruv. *lib. 4. var. Resolut. 17. num. 8. pag. 70.*

IGNATII & POLYCARPI Epistolæ, an sint genuinæ? nothæ, vel interpolatæ? disputat in utramque, & denique etiam tertiam, partem: eas non omnino supposititias, ab aliis tamen interpolatas esse, concludens. idem *lib. 11. cap. 1. pag. 439. 440.* cui jungendi Isaacus Vossius, & Stephanus le Moyne, qui rei indagandæ accuratiores incubuere.

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, à Carolo Capellio Veneto ex Insula Creta adportatæ, & Libris VIII. de Vita Fidelium & Regimine Ecclesiastico disponentes, supposititiæ sunt; neque vel APOSTOLIS, vel CLEMENTI *Pontif. Roman.* juste tribuendæ: considerante eod. *dict. lib. cap. 5. pag. 455.*

Nec majoris fidei authoritatisque sunt CANONES APOSTOLORUM, CLEMENTI Petri Successori, ab his, ab aliis *Isidoro* cuidam, ab aliis *Severino*; ab ultimis, ipsis *Apostolis*, sed interpolati, adscripti. vid. Bellarmin. *lib. 1. de Verb. Dei cap. 20.* Gerhard. *Confess. Cathol. citat. cap. 1. pag. 68.* Rittershus. *in Novell. part. 1. cap. 1. num. 11.* Scultet. *citat. loc. pag. 463.* & inter præcipuos Covarruv. *dict. loc. num. 6. pag. 68.* à CLEMENTE I. difficulter se dimoveri passus; Authoritatemque eorum, vel omnium, vel saltem quinquaginta; vel saltem versionem; illos quidem Apocryphos male judicatos; hanc Clementis esse, vindicans; qui cum prolixis allegatis videndus; ut & Fratres Puteani, *in Perronian. lit. C. pag. 42.*

CAROLI MAGNI, & aliorum incertorum Authorum de vetustis Ecclesiæ Ritibus & Cæremoniis Libellus, quis, & qualis sit? &, quod præter Epistolam quatuor paulo amplius pagellis comprehensam, nihil ejusdem sit,

fit, probat, & cum connexis deducit Cassander *in Præfat. ad Ordin. Roman. de Offic. Missæ in ejus Oper. pag. 91. & 92.*

Omnia quoque SUPPOSITITIA sunt, ipsius Bellarmini judicio, quæ prostant: Prot-Evangelium & Liturgia *Jacobi:* Evangelium *Nicodemi*; (de quo superius dicta nondum desero:) Historia *Prochori* de Johanne Evangelista; Epistolæ *Martialis: Abdias*, de Vitis Apostolorum. Scultet. *dict. loc. cap. 6. pag. 464. Clementis* Epistolæ in Tom. I. Concil. Libri decem *Recognitionum: Herma* (de quo Paulus *ad Rom. 16. vers. 14.*) quatuor visiones; Covarruv. *dict. cap. 17. pag. 66.* quem intensa oratione ut in omnibus ab ipso tentatis Antiquitatis & Jurisprudentiæ disceptationibus, ita & in his materiis, & ad Can. Sancta Romana Ecclesia 3. Dist. 15. de Libris Apocryphis, sive in Ecclesia prorsus non, vel custodite à piis legendis, ferme ultra exemplum scribentem, commendamus.

Nonnulla, quæ ad institutum sunt, excitando, si quis contigerit, Lectori, subnectamus! dictum Canonem, ut res feret, in vestigiis lecturi.

EVANGELIA, quæ falsavit *Lucianus*; quis ille? an Nepos ex Sorore Eunomii Hæretici & Episcopi Constantinopolitani, qui sub Arcadio & Honorio in Episcopatu Eudoxio successit?

Liber PASTORIS; cujus Author HERMES, Discipulus Paulinus, ex testimonio Origenis, Hieronymi & Nicephori; de quo supra.

PENTAMETRUM, rectius, *Centimetrum* de CHRISTO, Virgilianis compaginatum Versibus; quod, necessariis & notandis præmissis, ad PROBAM FALCONIAM, Matronam Romanam, Adolphi Viri Pro-Consularis Conjugem; & *Centonem ex Homeri Carminibus de* CHRISTO ad EUDOCIAM, Theodosii Junioris Conjugem; Carminum ERYTHROEÆ SIBYLLÆ de Christo Græci idiomatis, versionem in Linguam Latinam ad Ciceronem refert: *pag. 67.* quod ante ipsum à nemine observatum fuisse, ait.

Auctor Contradictionis, sive POENITENTIÆ SALOMONIS, quod falsò venditatus sit *Ambrosius*, demonstratur ab eodem, *pag. 73.* Quo omnes Commentarios ad singula Gelasiani Canonis, in emendanda lectione, examinibusque Scriptorum, remittimus; rivum demonstrasse contenti, quo quisque ad amnem pervenire possit; & denique ad mare!

Sub Celebri DIONYSII AREOPAGITÆ nomine Libri in Bibliotheca Patrum *quatuor* exhibentur: de Hierarchia Cœlesti, de Hierarchia Ecclesiastica, de Divinis Nominibus, &, de Theologia Mystica: an sint *Dionysii* à S. Paulo, Actor. XVII. conversi, primi Episcopi Atheniensis? ut adserunt Romanæ Fidei defensores; negant Protestantes, & inter illos nonnulli singulariores: An *alius* nondum cogniti? An, ut Doctissimi Viri apud Laurentium Vallam judicaverunt, *Apollinaris?* disputat citat. Scultet. *dict. loc. cap. 9. pag. 483.* & inter Juris-Consultos, Anton. Mornac. *ad L. 1. §. Sed neque. vers.*

omnia

omnia C. de Vet. Jur. enucl. pag. 114. Librum de Divinis Nominibus, & al-
„ terum de Cœlesti Hierarchia S. Dionysio Areopagitæ tribuendum non
„ esse inter Literatos omnes, qui studio non scribunt, sed judicio, constare;
„ neque fore, qui dixerit, suppressum fuisse Nomen tanti Cœlestium Inter-
„ pretis, ab iis, qui Græcè olim & Latine de Christiana Fide scripserunt?
„ ex sententia Nicolai Fabri, Præceptoris Ludovici XIII. Gall. & Navar. Re-
gis, contendens; non obscure substituto *Dionysio Corinthio*, qui à Doctore suo
Hierotheo inchoata perfecerat, &c. quem sequimur.

ATHANASIO dubitanter adscribenda, vel manifestò supposita, enar-
rantur ejusdem Scultet. *tom. 2. lib. 1. cap. 40. & 41.* Inter quæ, Libros *adver-
sus Sabellium, Photinum & Arrium* sub ejus nomine bona mente, sed inten-
tione non usquequaque inculpabili, publicavit VIGILIUS MARTYR, ut
ipse Lib. V. contra Eutychen fatetur: & accurate docet Cassander. *in Præfat.
ad Opera Vigilii, in Edit. Parif. pag. 451. 452.* juncto sequenti judicio: Illud cer-
„ tum est, *inquit*, hunc Auctorem, quamvis dictione, si superiora vel præ-
„ sentia tempora inspicias, asperiorem paulo, & impolitiorem esse, tamen
„ Eloquentiæ genus, quod tunc in usu erat, verbis illud quidem nonnun-
„ quam sordidius & putidius, compositionis tamen elegantia, & numero-
„ rum venustate non penitus aspernandum, feliciter adsecutum fuisse:
„ Eruditione certè Rerum Sacrarum & Ecclesiasticorum Dogmatum, argu-
„ mentorum soliditate, rationum firmitate, sententiarum gravitate, & ora-
„ tionis vehementia nulli in hoc genere Scriptorum inferior extitit; quam-
„ vis id cum reliquis quoque Ecclesiasticis Scriptoribus commune habeat,
„ quod in disputatione adversus Hæreses magis laborarint, ut multa testi-
„ monia congererent, quam ut aptissima quæque deligerent, & ut adver-
„ sarium etiam pondere & multitudine argumentorum obruerent, non
„ tantum acumine & firmitate configerent &c. *Dialogos quinque contra diver-
sas Hæreses* scripsit MAXIMUS, Vir doctissimus, ut ex vetusta membrana
conjectat Scultet. *dict. cap. 41. pag. 74.* COMMENTARII in omnes Episto-
las Pauli, VULGARIO alicui, eidem *pag. 90.* dubito an recte? adscribun-
tur; consentio itaque eruditiori Conjecturæ in Pseud. Plac. *num. 93.* con-
signatæ. Inquisivissem etiam altius in genuinos *Athanasii* fœtus, examinatis
Ingenii ejus & Orationis Emblematibus: Sed unica lis, *de Symbolo Athanasii
suppositio*, abrogandoque illi, quod per tot Secula Christianæ Fidei norma
existimatum, titulo, animum calamumque fere excussit. adde Covar-
ruv. *dict. cap. 16. pag. 51. & 52.* quod Scriptis Patrum speciatim ab eo destina-
tum, prolixa commendatione non eget: Vitam Sancti ANTONII, con-
scripsisse ATHANASIUM: *Actus beati Sylvestri*, furciferum & nebulonem;
vel, quod ægre sibi persuaderi patitur, EUSEBIUM Cæsariensem, vel
DAMASUM Pontificem, *pag. 57.* inter cætera referens.

GREGORII NYSSENI falso appellata Scripta, eadem ratione dijudicat
Scultet.

Scultet. *in tom. 3. pag. 238. & seqq.* nimirum Libros octo *de Philosophia*, quos Bellarminus huic Authori tribuit, non ejus, sed NEMESII esse, teste Ellebodio Nemesii Interprete, Edit. Antverp. 1565. *Librum de Vita perfecta*, in Vita Moysis mystice expressa ORIGENEM potius, quam hunc Gregorium sapere. *Epistola de iis, qui adeunt Hierosolymas*, judicio Morelli & Molinæi, ut & Baronii, genuina dicta, dubitante tamen Bellarmino. Altera, de *Sancta Trinitate*, BASILIO magis, quam Gregorio, tribuenda est: quod etiam de tractatu, de differentia Essentiæ & Hypostaseos, dici potest. Neque Author est Libri de *Trinitate* adversus Judæos, quia Chrysostomum, tanquam Patrem, citat, qui Gregorio posterior fuit? Suppositus etiam ei *Catecheticus Major*, Anno 1568. à Morello Parisiis editus. Et in hunc censum referenda videntur Scripta de *Virginitate*, & *Oratio in eos, qui differunt Baptisma. Epistolam* verò *ad Eustathiam* &c. Causabonus, ex quibusdam argumentis, eidem in Editione Parisiensi adseruit.

OPTATO MILEVITANO suppositus est Liber septimus adversus Parmenianum. vid. eund. Scultet. *pag. 436.*

De BASILIO MAGNO ferme eadem, quæ ex prioris Seculi eruditione habere poterat, censet cum enarratis in Placc. Pseud. *num. 131. & seqq.* idem in Vita Basil. *tom. 4. cap. 2.* qui eodem tom. *pag. 321.* Hilario suppositam *Epistolam ad Abram*, sive *Apram*, Filiam ad ejus confictorem FORTUNATUM remittit.

De AMBROSII *Commentariis* in Epistolas Paulinas HILARIO adscribendis, testatur Conring. *de Constit. Episc. German. thes. 11.*

Hæc ex alienis, partim & nostris laboribus colligere opus duxi; non quasi Sculteti à nostra Confessione alieni, vel alius cujusdam, authoritatem, testimonia, conjecturas, sine exceptione probare voluissem; sed ut de cujusque Scripti fide aliquantisper constaret, firmandis reliquis; tum vel maxime, ut serio agnoscerent, quam temerario, saltem lubrico, fundamento insistant, qui juxta Biblica Scripta Θεόπνευστα, quicquid sub Patrum nomine venditur, in argumentum Fidei Evangelicæ salvificæ arripiunt promiscue, & exponunt simplicioribus! Homines enim, non Dii, erant; Fidei, credulitati, erroribus æque, ac mortalium quisquam, obnoxii; sæpè & suæ „ causæ impigrè servientes: Neophyti multi, multi malis Magistris, alii Phi- „ losophiæ Gentium ineptissimæ dediti. Quis etenim diffitebitur, multos, „ & enormes errores ab integris hominum cœtibus pro vera disciplina „ fuisse receptos ultrò, patienter admissos, &, veluti sarcinas, posteritati „ impositos, quoties ipsa rei, circa quam versantur, origine in longinquo „ ac retrò nimis posita, Hominum Seculorumque, à quibus primò, & per „ quæ dein' in posteros id, quod recipitur, manavit, indoles, verborum „ sensus, ratio, interpretationes, & veluti Mediorum discrimina, Vete- „ rumque, quibus hæc omnia docentur, Testimonia, insuper omninò

„ citra Examen sunt habita. Ita honos Britanniæ Selden. *lib. 1. de Jur. Natur. & Gent. cap. 1. pag. 10.*

SECTIO IV.

De Scriptis ad Statum Religionis & Ecclesiæ, junctis huic vicinis, & variis, pertinentibus ex ævo recentiore.

PROVINCIALE ROMANÆ ECCLESIÆ composuit TANCREDUS, Juris-Consultus; quod per Episcopum Civitatis (sed quem? vel cujus?) sub nomine Provincialis omnium Ecclesiarum, ponentis Stylum Cancellariæ Romanæ Curiæ, Canonesque Pœnitentiales, editum: scripsit Joh. Bapt. Zilettus *in Indic. omn. lib. Jur. pag. 47.*

„ EXPOSITOR ROMANI ORDINIS, qui Vir diligentissimus, &, ut „ ea ætas ferebat, integritatis & puritatis in obeundis Divinis Ministeriis „ observantissimus; adeo, ut inolescentes jam abusus, nondumque univer- „ sali Consuetudine & Romanæ Sedis Authoritate, cui plurima, imò omnia „ deferebat, confirmatos, liberè notârit & reprehenderit, se sub Annum „ 1089. scripsisse testatus, videtur esse BERNOLDUS, *Presbyter Constantiensis.* „ Nam & Libelli argumentum, & ætas à Trithemio commemorata satis „ conveniunt. Georgius Cassand. *in Præfat. ad Liturg. pag. 4.* & in Catalog. Scriptor. *pag. 7.*

BRUTI FULMINIS SIXTI V. PONTIF. *adversus Henricos, Navarraeum & Borbonium,* Author indubius est *Franciscus* HOTTOMANNUS; in quo jo- „ culari stylo veteres Sanctorum Historiæ, ab obsolete devotis Viris scriptæ, „ ridicule discutiuntur. Thuan. *tom. 4. Histor. lib. 82. pag. 48.* quam scriptionem sub turbato Gallorum Regno susceptam, concurrente fidei suæ periculo, voluntario secessu ex Patria luit: quo in puncto recte sensit Goldast. *tom. 3. Monarch. Imper.* in eo autem minus: dùm Anno 1586. Librum editum putavit, cum publicatio in Annum 1585. inciderit: nec bene in eo, quando fronti Voluminis præscripsit, se exhibiturum Scriptores Catholicos, (Pontificios) cum notorium sit, Hottomannum talem non, sed Reformatæ Religioni addictum fuisse; cum Argentinæ, Basileæ, & apud Genevenses, Jura doceret, qua in Religione etiam Basileæ mortuus est. testibus Thuan. *tom. 5. Histor. lib. 99. pag. 100.* Melch. Sebizio *in Vit. Profess. JCt. Argentin.* quem errorem quoque admisisse dici posset, in inserta *Joh.* BARCLAJI *Pietate contra Bellarminum* Anno 1612. edita: quo tempore ille adhuc Protestantes secutus fuit; mutata longe post Romæ Anno XVII, cum Pontificia, sua Religione; nisi hoc negaret Barclajus *in Præfat. Paraneseos ad Sectarios*, se inter Britannos Catholicæ Religioni semper addictum fuisse, in ea se vixisse, & moriturum, fervide, ut solet, adserens: de quo illi, quibus rationes Vitæ ejus oculatius perspectæ judicare poterunt; & judicavit etiam, ut legimus, ingenio

ingenio meritisque æstimandus PETRUS GASSENDUS, *Philosophus & Me-
„ dicinæ Professor Parisiensis*, in *Vita Peireskii lib. 3. pag. 222.* Johannem Barcla-
„ jum, post editum de Summo Pontifice Opus (posthumum scil. Parentis
Guilielmi Barclaji, quòd est apud Goldast. *tom. 3. Monarch. Imper. pag. 261.*)
„ nec jam solita apud Regem suosque pollentem Gratia (en catastrophen!)
basiatum à Britannis, Gallis & Protestantibus Virum, & Librum tam Paren-
tis, quam proprium, est apud Goldast. *dict. tom. 3. pag. 847.* in cujus favorem
Bellarmini Liber adversarius solemni Parlamenti Lutetiani placito damna-
tus; vid. Ludov. Servin. *in Commenefact. advers. Bellarmin. ibid. pag. 773.* Gra-
mond. *lib. 1. Histor. pag. 10.* Scilicet,

Ipsa dies quandoque Parens, quandoque noverca est.

Aulæ favore excussum!) subduxisse se ex Anglia (sunt formalia ipsi Bar-
„ clajo *in Præfat. Parænes.* usurpata) & in Amici sinum se, cum omni charitate
„ sua effudisse, gratitudinis monumentum etiam Conjuge celso Peireskio,
ibid. pag. 254. in Carmine ad Viassium reddente: dignum, quod in amœ-
nissime de sua Poësi mentientis illustris Fœminæ speciosissimam memo-
riam recudatur:

Vera loquor, multum, divine Viassie, juvit,
Quo fugerem luctus tunc meminisse tui,
Ingentisque Viri, servent quem Numina Gallis,
Peiresii; nihil hoc hospite triste dabunt.
Ingenium spectes credas de Pallade natum:
Virginis hac quam sic ponere nomen amet!
Quicquid erant Musæ, quicquid prudentia quondam;
Hunc unum Gallis scilicet esse putes.
Vivat, ametque meum, rata sint ea Pacta, Maritum;
Vivat & in laudes crescat ubique tuas!

Atque ita transactum est, arbitro magno Viro, negotium de *Religione*; iis-
dem fere, quibus cum Julio Pacio à Beriga; Luca Holstenio & aliis actum
erat, rationibus & conditionibus suasoriis, & absolutum; cum aliis nullo
successu tentatum. Barclajus, non sibi soli, sed omni ævo, victurus erit,
qui, præter se solum, in dicendi facultate, & formandi fortunarum inge-
niorumque ideas arte vix quenquam parem, superiorem neminem, invenit.

Idem, de quo dictum, HOTTOMANNUS, Anno MDLXXIV. sup-
presso suo nomine (ut allegat Thuan. *tom. 2. Histor. lib. 51. pag. 969.*) Franco-
Galliam, celebre opus, publicavit; quod velum hodie remotum est, in
„ quod ita Boecler. *ad Grot. lib. 1. cap. 4. §. 6. pag. 275.* scribit: Utinam in
his (scilicet quæstionibus, & historiis tricarum Langueti, vel Junii Bruti
„ vindiciis contra Tyrannos, aliorumque,) non tam pertinaciter nominari
„ voluisset Hottomannus, mali utique exempli Author in Franco-Gallia
„ sua: ubi εἰς τὸ δουλεύειν τῇ ὑποθέσει etiam Historiam non semel corrumpit, &c.

„ Quorum Virorum authoritas, etiam Viris cætera innoxiis & moderatis,
„ illicio amicitiæ primo imposuit, ac horum opera deinceps aliis &c. qui-
„ bus jungatur idem *ad lib. 2. cap. 6. §. 8. pag. 215. 216.* Stephano (ita habet
Editio Hanoviana de Anno MDVC. cum rectius, & ad Historiam Livianam
aptius, L. Junius Brutus, ut & Boeclerus *ad dict. lib. 1. Grot. pag. 271.* scripse-
„ rat, legeretur.) Junio Bruto subjungi Tractatum de Magistratuum Jure in
„ Subditos, & Officio Subditorum erga Magistratus, ut mansuetioris ingenii
„ foetum meretur? An Brutus ille Mornæus fuerit. An Hubertus Langue-
tus? cujus Schedas quasdam Lausannæ inventas, (memini Anno LXVII. in-
tegri Libri ibidem inventi mentionem injectam) notavit ex Boecl. *Dn. Plac-
cius:* An Hottomannus cum Lausannæ Jura doceret, quod ob temporum
distantias difficilius constituitur, materiam igni, qui illis & quæ secuta sunt;
temporibus universam pene Galliam lachrymabili furore depastus est, sub-
diderit? An non Ibericæ fraudes & suggestiones aliquid contulerint? vid.
Alphons. Menesius Benavides, Tarraconensis *ad Galliam: apud Brut. pag. 200.*)
non adseruerim; certe nondum

Inscriptum domitis, Brute, *Magister eras!*

Contra eandem Censuram Sixti V. nomine Condæi Principis, affixum est
Romæ *Programma*; quod subsecuta est Nobilis cujusdam Galli *Declaratio* ad
pulchram Italiam, Italicè conscripta, cujus Author *Franciscus* PERROT-
TUS, *Gallus.* Thuan. *dict. lib. 28. pag. 48.*

GLOSSA ORDINARIA BIBLIORUM tres habere Authores Nostra-
tibus dicitur: *Alcuinum, Strabum Fuldensem*; illum, ex allegatione Antonini
(ita enim legendum) *part. 3. tit. 4. cap. 15.* & Ganguini &c. Hunc ex Trithemii,
Sixtique Senensis fide mehercle! hic Conjecturis locus, & eas fingere licet!
tertius *Britonem* nominat: & quid si labores conjuncti essent? Vide autem
uberiora apud Robertum Stephanum in Epistola Glossæ illi præmissa; &
Dn. Theodor. Janson. ab Almeloveen *de Vit. Stephan. pag. 46.*

Inter Jesuitica & Anti-Jesuitica, memorandus FRANCISCUS VERO-
NA, cujus extat Apologeticus pro Patribus & Scholasticis Societatis Jesu;
qui mutato nomine sistit Illustr. Cardinalem, *Robertum* BELLARMINUM
ejus Societatis non ignobile Membrum. Idem, occasione litigii cum utris-
que Barclajis Author confictus *Franciscus* ROMULUS. Joh. Barclaj. *Vindic.
cap. 6. §. 1.* &, sub nomine *Matthæi* TORTI latitaturus, ab eodem *in princ.
Præfat.* detectus: quod suo adsensu firmat Meteran. *lib. 29. Histor. pag. 126.*
Scripsit autem in Controversia Britannorum cum Pontifice Maximo, de Ju-
ramento Fidelitatis Subditis præscripto adversus Apologiam (de qua lucu-
lenter agit Placc. Anon. *num. 177.*) sub titulo: *Triplici nodo triplex cuneus,* evul-
gatum, cujus Author vere designatus JACOBUS, *Magnæ Britanniæ Rex,* De-
fensor Fidei. Jesuitæ Romano, qui eandem Idiomate Anglico adgressus
fuit, respondit *D. Baclo*, Episcopus Lincolniensis: *Torto* verò *D. Andros*,
Episco-

Episcopus Chichestriensis, quorum Tortus Regem, & defunctam Reginam Elisabetham atrociter traduxit: Magna vero & blanda civilitate Regium Animum distrahere ausus est Anti-Apologetico suo Gallice edito M. CHOFFETAN. Ordin. Prædicat. Concion. Aul. Regis Galliarum. vid. Meteran. *dict. loc. pag. 127.* Episcopus Eliensis, pro quo Thomsonius scripsit, est nominatus ANDROSIUS: plura inferius dicturi!

ASTROLOGIA ECCLESIASTICA, & ASTRUM INEXTINCTUM, ex quibus illa de Claritate Ordinum Monasticorum; hoc de Veterum Ordinum honore ac patrimoniis salvandis? solicita sunt, in Editione, quæ mihi, ex Officina San-Georgiana Anno 1634. curata, contigit, non in titulo solo, sed & omnibus paginis GASPARIS SCIOPPII, *Cæsarei & Regii Consiliarii,* nomen per se ferunt. Ejusdem est *Infamia Famiani Stradæ,* sive de erroribus falsisque ab eo in Lib. 20. Historiarum de Bello Belgico admissis. Et quis, quæso, magnorum ejus & antecedentis ætatis Virorum, cujus Scripta & Famam ipse non majori cum infamia polluisset?

Eidem Officinæ, eidemque Anno debentur *Fratris* LUDOVICI SOTELI, *Minoritæ,* Regni Oxensis Apostoli ac designati Martyris ad Urbanum VIII. *de Ecclesiæ Japonicæ Statu Relatio:* & *Fratr.* JUNIPERI DE ANCONA Consultatio *de Causis & Modis Religiosæ Disciplinæ in Societate Jesu instaurandæ:* quam, si non utramque, certe posteriorem, ob similitudinem styli, connexitatem argumenti, Editionis & Anni denique facillime Scioppio adscribo.

Nec omittenda de L. CORNELII EUROPÆI *Monarchia Solipsorum* Conjectura, ubi nec Pelleri opinionem, quamvis in Societatem duram & asperam, adeoque non probabilem, sperno: nec Taboriana de SCIOPPIO (ex Vatiniano in Jesuitas odio omnium ejus generis Scriptorum [nam & *Actio Perduellionis in Jesuitas* publico scripto instituta, EJUSDEM est. Conring. *ad Bull. Innocent. pag. 295.*] reo præsumpto) contemno. Id succurrit: an non magis Libri origo petenda à GABRIELIS BARIACI LERMÆI, *Nobilis Volcæ* laboribus: Argumenta sunt utriusque Libri tam præfatæ Monarchiæ, quam Introductionis in Artem Jesuiticam, eadem; Methodus, Stylusque consimiles; & promissio tum de ulterioribus præstandis facta: unde Conjecturas in hujusmodi disceptationibus derivari solere in principio ostendimus.

M. WESSELII *Tractatus, de Potestate Papæ & Prælatorum Ecclesiæ,* sub hoc ficto nomine, quod tamen rigide hîc non adseruerim, tegit *Basilium* GANSFORDIUM *Gröningensem,* licet magna sit nominum & doctrinæ cum *M. Johanne de Vesalia* (hunc autem Goldastus diversum ab illo ex Catalog. Test. Verit. facit) non in nominibus solis, sed & materiis conspicua in Monarchia Imperii Goldasti: ex cujus præfixo Tomo I. Catalogo Scriptorum & Prooem. Replic. pro Imperio contra Gretserum insignis antiquorum

rum Scriptorum notitia comparari potest. Hic, quia Liber non in cujusvis manibus est, quæ ad institutum erunt, succinctè enotabimus:

Tractatus *de Juribus & Privilegiis Imperatorum in Imperio Romano*, qui indicante Matthæo Flaccio Illyrico *in Catalog. Test. Ver.* ἀνωνύμως prodiit, & in Manuscriptis nullum nomen Authoris præ se fert. EUTROPII, *Presbyteri Longobardi* est, ut Vadiani, Bullingeri, Lavateri & recentiorum testimoniis evincunt; exstat apud Goldast. *dict. tom. 1. Monarch. Imper. pag. 8.* sub Anno DCCCC. ubi & de Scriptore *Historiæ* vetustæ à quodam non adeò literato descriptæ, scil. *Qua ratione! quibusve fraudibus quidam Pontifices Cæsarum potentiam imminuerint?* ipsi EUTROPIO, ob nominis similitudinem, nam & ipse ita appellabatur, subjectæ, plura in deliberationem arcessi possent.

Disputatio *super Potestate Prælatis Ecclesiæ atque Principibus terrarum commissâ*, temporibus Bonifacii VIII. Pontif. Roman. sub forma Dialogi inter Clericum & Militem conscripta, (quæ habetur ibid. *pag. 12.*) *M. Wilhelmi* DE OCKAM, *sive* DE CAMPO, natione Angli, Professoris Regii Parisiensis, & post secessum ex Gallia, Ludovici Bavari Imperat. adversus Johannem XXII. Pontif. rigidi Defensoris merito habetur; cujus memoria prolixe recolenda fuit Joh. Georg. Herwarto, *in Ludov. Bavar. defenso.*

De Informatione *de Nullitate Processuum Papæ Johannis XXII. contra Ludovicum Bavar. Imperatorem* pro Superioritate Imperatoris in Temporalibus, *M. Joh. de* GAUDUNO, de GANDAVO, vel JANDUNO, adserenda, quæ est *in dict. tom. 1. pag. 18.* ad Annum MCCCXXXVIII. relata, ipse Goldastus, sed, ut videtur, citra necessitatem, monitu Canonici Amici sui dubitat; & Conjecturam de Authore, actis quoque gratiis, revocat; sed Libellus, litigiosi elogium, aut non, aut vix meretur, quippe inter ejus Seculi Monumenta minimus; postmodum tamen *M. Henrico* DE CHALHEM, Monacho Franciscano, & Ludovici IV. Imperat. Cancellario, ex veteris Libri testimonio, &, quod ad oram Editionis Freherianæ hoc nomen adscriptum esset, adjudicatus.

Authorem Libri *de Ætatibus Ecclesiæ* (est ibid. *pag. 25.*) quem se investigare non posse, Flaccius professus fuit, *ad* FR. BONAGRATIAM, *Bergomensem*, sed dubitanter, refert Goldastus, & putaverim, his Conjecturis, „ fermè omnibus, excipiendis sinum pandisse Bullam dicti Johannis XXII. „ Anno MCCCXXX. editam, in fatos Authores fulminantem.

De WALLTHRAMI, *Episcopi Naumburgensis*, Epistola ad Ludovicum Thuringiæ Landgravium, sive *de Apologia pro Henrico IV. Imperat.* fusè Goldast. disserit in *Dissertat. Replic. pag. 22.* in omnibus dubitans, in singulis hærens. Libri omnino tres sunt; quorum sub præscriptione, de Unitate Ecclesiæ ab Hutteno editorum, Scriptor, vel VENERICUS *Vercellensis* (sed hunc repudiat Dissertator, quia Apologetes A. D. MXCIII. adeoque post exitum Hildebrandi, scribendo se accinxerat, cum Venericus, vivente etiamnum

eodem

eodem Pontifice, Anno MLXXVII. excessisset) vel CONRADUS *Trajectensis*, (sed nec hic placuit, qui Monachus Hersfeldensis nunquam, qualem tamen Author se venditat, *lib. 2. cap. 28. 31. & 33.* fuerat,) vel SIGEBERTUS *Monachus* (qui quidem absurde in scenam tractus) vel denique WALTHRAMUS; ut prolixe, suæ intentioni, totique Historiæ serviturus, probat & confirmat idem, qui in limine laudatus, Goldast. *citat. loc.* Sunt & alia apud eundem, de *Authore Gestorum Trevirensium*, Monacho S. Matthiæ Trevirensi, quem GOLSCHERUM fuisse putare noluit. De *Epistola ad Consilium Wormatiense*, quæ est ENGELBERTI, sive Engilberti Archi-Episcopi Trevirensis; ut & in Rationali Constitut. Imper.: quæ huc deferre & illustrare mihi non propositum.

PHILOTHEUS ACHILLINUS, ex somnio Viridarii celebris, potuisset verè designari *Philippus* MÆSERIUS, cum Goldasto, ejusque Conjecturis, nisi ipse in eruditissimo Opere *de Regno Bohem. lib. 3. cap. 13. pag. 355.* qui & priorum mentionem & sequentium injecit, relicta, ut videtur, prima opinione *Alanum* CHARTARIUM, Auctorem substituisset; & ubique nimium fluctuasset; *ex Pralleo, Oresmio, Fabro, Dormantio*, aliquem certum eligere nescius; à *Dormantio* non videri abludere; num is dormiens hoc sibi somnium finxerit? Verum, si quid Conjecturis fidendum esset, non alienum esse hoc somnium à Philippo Mæserio, consideratis in calce Libri verbis, de *Vetulo Peregrino*, sive de se, jam decrepito sene scribente, compositum; proinde non absurdum esse credere ipsum in Viridario Cœlestinorum hæc meditatum fuisse. Qui per me, vel sit, vel non sit: Elogia Libri apud Molinæum Flaccium, Protestantes, Massonum, Verderium, & alios eminentia leguntur. Sed Authorem VIRIDARIUM dictum fuisse, ut crediderant Compilatores Indicis Librorum prohibendorum Anno MDLXIV. 24. Mart. Pio IV. Pontif. oblati & ab ipso postmodum confirmati, id equidem risum excutit.

Anonymi cujusdam Græci *Disceptatio cum Cardinalibus Romanis de Primatu Papæ*, exhibita in *Monarch. Imper. dict. loc. pag. 242.* NILI, Archi-Episcopi Thessalonicensis opus esse, fertur; non adeò verisimiliter! cum Nilus nomen suum nunquam supprimere solitus fuerit. Sunt tamen, *inquit Editor*, qui putent *Nicolaum* CALBASILAM scripti Authorem extitisse, qui „ tempore Concilii Constantiensis, ut putat, vixerit, eamque disceptatio„ nem Constantinopoli cum Legatis Romani Pontificis habuerit: ex Con„ jectura!

De MARSILII PATAVINI *Defensore Pacis* nulla dissensio est; præfixit autem Editor Præfationem, sub Persona LICENTII EVANGELI, Sacerdotis, qui à Goldast. *citat. loc. in fin. Dissertat.* ex Ludovici Lavateri, Tigurini testimonio BEATUS RHENANUS, Selestadiensis, dicitur; quod non inficias iverim, licet ejus vitæ diligentissimus Scriptor Johannes Sturmius, nihil

nihil de hac, generatim tamen de Præfationibus ac ipso editis mentione facta, adnotaverit; ut videndum in Edit. Anni MDLI.

Johannis PURVÆI (qui circa Annum 1390. vel 1421. vixit) *Commentarii in Apocalypsin* in Germania Anno 1528. sed sine nomine Authoris *Johannis* WICLEFI, Angli, editi sunt, à Purvæo ex prælectionibus ejus collecti. Gerhard. *Confess. Cathol. part. 2. lib. 2. artic. 4. cap. 6. pag. 723.* Dogmata Wiclesi videat Lector ad admirationem apud Goldast. *Dissertat. de Auth. Monarch. Imper. sub quatuor* †. De *Squaloribus Romanæ Curiæ*, emisit in publicum Tractatum P. LURZIUS, quod Scriptum non magis genuinum, quam ullum priorum; igitur veritas detegenda in Persona *Matthæi* DE GRACOIO, *Episcopi Wormatiensis:* ea de causâ maximè latitantis, quod adversus sedem, tunc omnibus agnitam adeo cordata cum sinceritate scribere, magni discriminis res visa; majoris, ab Episcopo talia sine velo publicari.

HILDEBERTO, porrò, *Cenomanensi Episcopo*, perperam adscriptum Librum, *de corrupto Ecclesiæ Statu*, idem Goldast. testis est; cum sit genuinus *Nicolai de* CLEMANGIS, *Archi-Diaconi Bajocensis* fœtus, sub illo nomine latitantis, add. Gerhard. *citat. loc. pag. 724.*

De Libello, *de Officio Viri Pii in hoc Religionis dissidio*, tanta non est sicut olim, contentio; cum Editio Operum Authoris, Anno hujus Seculi XVI. Parisiis procurata, cultu & ingenio eximia & illustria Scripta publicans, *pag. 780.* & ea, quæ possideo, fidelia Manuscripta, hunc quoque non dissimulato nomine CASSANDRI, Volumini inseruerint. VERANIUM etiam MODESTUM, se ipsum esse, profitetur, idem Cassander. *Oper. pag. 798.* Rationes verò Judiciorum, de magno, & Concordiæ Ecclesiæ nato Viro, ferendorum, remitto ad lectu dignissima Thuanea *in Præfat. Histor. ad Henric. Gall. Reg.* & *tom. 2. Histor. lib. 36. pag. 46. ut &, 286. & 363.* Actaque ipsa in ejus Operibus *pag. 896. & seqq.* Ego Symbolum boni Viri, & necessaria plura addo:

Quando *erit, ut* Tandem *discordia noxia cesset,*
Concordi, ut celebrent omnia, mente, Deum!

Cessabit enim cum Christiani, gloriosissimi, quod præferunt, Nominis JESU CHRISTI, ejusque Præceptorum, Memores, Justitiam & Charitatem sincere induent. Cujus Christianæ, scilicet! Charitatis Monumentum, erga Librum Cassandri innocentissimum, Anonymum, usurpatæ, ex necessitate, sine cujusvis præjudicio, adferendum; nam, quicquid actum fuit *Historiam* DE DETECTIONE NOMINUM, nimis quam propinque, tangit, & in exemplum futurum! Attulerat ad Colloquium Possiacenum, „ permissu Caroli IX. Galliarum Regis MDLXI. habitum *Franciscus* BAL- „ DUINUS, *Juris-Consultus Atrebas*, Consultationem Theologorum Witte- „ bergensium de S. Cœna; post in Aulam veniens, Librum de Officio Pii „ Viri in Religionis dissidio; Verum, cum Liber sine Authoris nomine „ venditaretur, præjudicio Personæ, quæ Librum extrudebat, statim à Pro- „ testan-

„ testantibus damnatus, & in eum, tanquam à Balduino, quem illi *desertorem*; & alterum *Ecebolium* vocabant, factum, summa petulantia debacchati sunt; & quidem virulento admodum Scripto, *Johannes* CALVINUS, „ contra eum scripsit; qui post modum aculeatè respondit &c. (Thuan. *lib. 28. Histor. tom. 2. pag. 16.*) (Calvini Criminationum Formula est in Oper. Cassandri, *pag. 799.* Responsionum Balduini, *in huj. Oper.*) Monitus interim de jacienda dubia alea *Calvinus*: ne se immergeret tam vasto gurgiti; damnatum hominem ex præjudicio, qui forsan ejus adversarius non esset; si inveheretur in innocentem convitiis, prœlium cum umbra male cessurum; ejus quoque animi habitus, cum sociorum periculo, periculosius expositum iri censuræ prætereuntium; acquiesceret, donec de Pio illo Viro evidentiorem lucem dies attulisset; &c. hæc Amici. *Balduinus*, non temere cessurus, virulenta reposuit; & interim detectum, Pium Officium pientissimum *Cassandrum*, dissidentibus in Germania Galliisque Religionibus pio zelo exhibere voluisse. Unde *Calvinus*, (nam rem uti se habet integram, sine calumnia memorabimus:) Balduino infensior, errori suo indignatus, neque tamen eum confiteri, sed hostis cervicibus, quicquid sedatiores ob-„ loquerentur, atrocius imminere certissimus, (uti erat Vir acri, & vehe-„ menti ingenio, & admirabili facundia præditus, Thuan. *lib. 36. Histor. tom. 2. pag. 287.*) tenta tunica obtortoque collo, jam ipso Jure liberatum, in Jus Scenamque retrahit, & scandalose objurgat: (Acta sunt in Oper. Cas-„ sandr. *pag. 807. & 808.*) & tunc innocentissimus optimus, doctissimus, ac „ purissimus sua ætate Thologus (ita Thuan. *dict. lib. 28.*) qui tot dotibus in-„ structus nunquam fastu intumuit, contumeliis petitus nunquam paria „ reddidit, nullumque ullius arrogantiæ ferocis vestigium, vel in mori-„ bus, vel scriptis deprehendi sivit, (Thuan. *lib. 38. pag. 363.*) qui Calvinum nulla per omne ductæ vitæ tempus syllaba læserat, ab ipso, homo ab „ hominum consuetudine remotus, nec noscendus; qui ex solitudine „ αὐθάδειαν ita contraxisset ut omnes fere ejus sensus obstupefecerit moro-„ sitas; lamia & larva ex suo antro, ubi latuit, extracta; jacens in sterqui-„ linio suo Coloniensi; cum aliis &c. appellatus. Repondit miraculosa modestia *Cassander* in Defensione insontis Libelli, de Officio Pii Viri, adversus iniquum & importunum Castigatorem; (exstat in *ej. Oper. pag. 809.*) denique contractum velum, tragœdialique lusui finis positus. Nimirum hoc erat peregrinos Libros nominibus ex præjudicio insignire; hoc erat proscindere convitiis pium & talia non meritum, Anonymum! (vid. Judicia Imperat. & Regis Roman. *in Oper. ejus*; & Thuan. *lib. 36. Histor. pag. 286.*) „ non explorata causa, nec magis decentiore Charitate! Addam de Con-„ cordia, & hoc unum: Ut breviter dicam, quod sentio, ita arbitror, si „ *Melanchthonis* Animum *Lutherus*, *Cassander* autem mentem habuisset Patriar-„ chæ Occidentis, melius actum iri cum rebus Europæ, quæ nunc misera,

„ sub titulo Evangelii, pene totum jam per Seculum Bellis funestissimis con-
„ cutitur. Nunc cum ipsi illi qui Romanam partem deseruere, paucas ob
„ controversias adeo implacabiliter dissideant; quid de Concordia totius
„ Operis sperandum est? & tamen laudandi in re præclara infausti quoque
„ conatus. Quod si præsens ætas hoc supplicii debet, ut sana Consilia re-
„ spuat, imminet fortè felicior Posteritas; quam tandem capiat, aut Pacis
„ studium, aut pugnandi tædium. Hug. Grot. *in Epist. 14. ad Gall. pag. 22. & 38. pag. 92.*

Sub ficto GABRIELIS BARLIETI nomine, *Suspiciones de quatuor Monarchiis, & de Anti-Christo*, scripsit *Bartholomæus* GERICKIUS, JCtus Magdeburgensis: & *Speculum Jesuiticum*, sub præscriptione *Joachimi* URSINI, *Christianus* BECKMANNUS: ita conjecturandi occasionem præbente Goldasto. *lib. 3. de Regn. Bohem. cap. 13. pag. 363.*

ELIÆ PRÆTORII Spiegel der Mißbräuch bey dem heutigen Christenthum / testimonio Filii Typographi Hamburgensis, in Addit. ad Parentis Commentationem in Canticum: HErr Christ der einig GOttes Sohn rc. est *Christianus* HOHBURG. De quo breviter: videri Virum fuisse profundi in Theologicis sensus, & sinceræ devotionis: castigatæ, sed infelicis, Vitæ: tranquilli superatis ærumnarum fluctibus, ex hac vita discessus: sed quia, fallor, an non malo, sydere! omnia ejus pro Hæreticis habita; rara sunt ejus ab Amicis privato ære sibi suisque edita monumenta, & ab ipso mutatis nominibus, ne in Personam odium Doctrinam elegantiorem suffocaret, vulgata. Sicut ejusdem est *Bernhardi* BAUMANN. Aergerliches Christenthum: Et *Andreæ* SEUBERLICH, Heimischer Prüffungs-Vortrab: & *Christiani de* MONTALDO, Meditation, in Canticum: Nun komm der Heyden Heyland. Sepultus est in cœmiterio Reformatorum Altenaviensi, prope Hamburgum; ita suis excidit fatis!

De *diversis Gentium Religionibus*, sive, ut Brouneus Britannus, in versione Merryweather, locutus, Religionum Geographia, ante XXX. & plures Annos Libellus Amstelodamo prodiit; Author, qui tum tectus, *Bernhardus* VARENIUS. Molck. *ad Relig. Med. pag. 4. & 5.*

Anno MDCXLV. sub infelici Pseudonymia HILARII *von* PROEKSHORST edidit *Scholam Cathegeticam* Weigelianismi virus tegentem, ut ex transpositione literarum apparet, *Christophorus* ROSSELIUS; Anno MDCLX. ab insigni Spirensium Theologo, Doctore Joh. Christophoro Schragmüllero, in Libello, cui Titulus: Weigelius redivivus, ast detectus & enectus, erroris sui convictus & dimissus.

Epistola *de interdicta Christianorum cum Gentilibus communione, deque Pontificatu Maximo, num Christiani Imperatores eum aliquando gesserint?* mihi sub JACOBI PACIDII nomine nondum visa, à Scavenio *Jacobo* GOTHOFREDO tribuitur. Nec est, qui dubitaverit, an recte? Viro de Codice Theodosiano, maxima

maxima & magnificentissima Juris Civilis parte, de Antiquitatibus Ecclesiæ, & curiosis Disputationibus præclarissime merito; & ferme Dionysium genitorem suum, si opera spectes, notitia rerum, & instruendi facultate supergresso. Notitiæ ratio una hæc & simplex; quod Joh. Anton. & Samuel de Tournes Anno LIV, hanc etiam Epistolam, præfixo fronti Gothofrediano nomine publicaverint: quod hucusque Nostrates in allegando retinuisse, facile demonstratu est. Tabor. *in Element. Partit. concl. pag. 287.* Defensum autem ibidem eruditissime, nunquam ad nostros usque, Christianos Imperatores Pontificatum Maximum gessisse; Fundamenta his adstruendis admota, erronea partim; partim falsa esse & suppositiția Monumenta. A qua tamen sententia novissime consulendo discessit *Wilh. Christ.* KRIEGSMANN, *in Dissertat. de Pontif. Max. ab Imperat. Ecclesia & Reipubl. capessendo*, occasione Epistolæ Goldastianis insertæ ante decennium edita: tenui, aut ludicro, aut nullo merito; unde explosa.

Constantini Magni Donatio, cum Donatione Otthonis III. Sylvestro Papæ, facta, cum Commentariis ad Instrumentum Donationis, typis Gothardi Vögelini edita, cum adhuc ea de re dubium superesset, *Isaaco* CASAUBONO manifestò, noluit adscribere Amplis. Dn. Placc. *Pseud. num. 255.* recte & solicite! Unus enim & verus Commentariorum Evulgator est, sæpius cum elogio dicendus, *Marquardus* FREHERUS, *JCtus & Consiliar. Palatin.* testantibus Actis Heydelbergensibus, nec negante Gerhardo *in Confess. Cathol. part. spec. lib. 2. artic. 9. cap. 9. pag. 941. 942.* quibus addenda, quæ noster Covarruv. *lib. 4. Resolut. cap. 16. num. 6. à pag. 57. usque 60.* Carolum Molinæum (de quo singularia habet Thuan. *tom. 2. Histor. pag. 293.*) Virum sane nimis audacem, parumque modestum erga SS. Sedem Apostolicam, quod eam fabulam dixerit, increpans, fuse commentatus est.

Scelesti *de tribus Impostoribus*, in Gallia, ut referunt, passim venalis Libri, Authorem *Bernardinum* OCHINUM fecit usque huc Fama publica, Scripti & Scriptoris ætas, authoritas in Placc. *Rhod. num. 50.* adducta; & denique pessima Viri illius apud bonos æstimatio. (Thuan. *dict. tom. 2. Histor. lib. 35. pag. 272.* Goldast. *lib. 4. de Regn. Bohem. cap. 9. pag. 488.*) Ut eruditi, visis ejus sceleratis de *Polygamia* Dialogis, & *Actis Pilati*, in quibus turpiter Historiæ Sacræ, & Christo Jesu, (quod & in dicto de trib. impostor. Libro patraverat) illusum, existimaverint, quod, cum alii servis servorum serviendo ab ipsa etiam servitute degeneraverint; hic sceleribus scelera addendo ipsum etiam scelerum nomen superaverit. Quibus equidem cunas dedit Itala sordida tellus! de iisque testatus est mihi, qui & ACTA PILATI nominaverat, *Consiliarius Elect. Palat. Dn.* GEYER, nuper bono, sed præmaturo, fato cœlo adsertus. Neque tamen reticeo, non defuisse, qui pro Ochino, læsæ Divinæ Majestatis accusato, sobrie intercederent: Quicquid instruendæ liti lapso Seculo adversus ipsum in Forum prolatum erat testimoniorum,

 dicen-

dicentes, nimiis affectibus eorum qui abjectum ab eo cucullum, derelictam Italiam, Protestantium Confessionem agnitam, acerbius indignati, condonandum: Eloquentiam Viri cæterasque Virtutes nec ipsis ejus Adversariis incognitas, & illaudatas: Nec, quas pro Concione dixerat, Orationes, Augustæ impressas, id monstri alere: nec toleraturum fuisse hominem in suo convictu, non improsperæ æstimationis Petrum Martyrem: & alia. Quid itaque, si, ut Serenissima Persona censuit, alius quis? quid si Gallus?
„ *Franciscus* enim RABELÆSIUS, qui Literis Græcis Latinisque instrictissi-
„ mus, & Medicinæ, quam profitebatur peritissimus (verba erant J. A.
„ Thuan. *lib. 6. de Vita sua. pag. 95.*) postremo omni studio serio omisso se
„ totus Vitæ solutæ ac gulæ mancipavit, & ridendi artem hominis pro-
„ priam amplexus, excelsissimo testimonio Author appellatus, cum jam
„ tum democritica libertate, & scurrili interdum dicacitate, scripto inge-
„ niosissimo Vitæ, Regnique Gallici cunctos Ordines, quasi in scenam sub
„ fictis nominibus produxisset & populo deridendos propinasset. Unde perspectis vivendi rationibus ejus, forsitan non insolens dictu erit, eum, qui famam temporum, Regni, propriamque profligaverat, etiam in Superos injurium fuisse. Id testamur. *Thomam* CAMPANELLAM, ex Italia profugum execrandi illius monstri deliria, in *Atheismo Triumphato*, Parisiis adlato, ita diligenter, ita accurate, ita ambitiose ad Orcum relegasse, & convicisse, Eloquentia & *vi Intellectus Humani*, quam ostentat, ut victoriam sincere, at subtristes, ipsi gratulentur illi, quibus datum est hæc profundius discernere. Namque ignorasset forsitan Carcinomatis humani generis tam Librum, quam infandas Ratiocinationes, nisi ipse refutando protulisset: & nescivisset atrocitates scelerum humanæ nequitiæ, si non Juvenalis, eas per Satyras exagitando, castitati innocentium revelasset. *Rabelæsii* hominis ridiculi, qui tota Vita ac Scriptis ridendi aliis materiam præbuit, memoria id meruit, ut, cum domus ejus publico diversorio, in quo perpetuæ comessationes erant, hortus adjacens ad ludum Chinonensibus Oppidanis per festos dies se exercentibus, projectum in hortum despiciens vinariæ cellæ serviret, maximus Thuanus ille Carmen elegantissimum, invitante Calignono scriberet: quod lepori & ingenio ejus debitum tale est:

Ipse Rabelæsius γελωτοποιὸς ita loquitur:

„ *Sic vixi, ut vixisse mihi jocus, atque legenti*
„ *Quos vivus scripsi sit jocus usque jocos;*
„ *Per risum atque jocos homini data Vita fruenda,*
„ *Inter amarescit seria felle magis.*
„ *Et nunc, ne placidos lædant quoque seria manes,*
„ *Cavit Echionii provida cura Dei.*
„ *Nam quæ à Patre domus fuerat Chinone relicta,*
„ *Qua vitreo Lemovix amne Vigenna fluit,*

„ *Post-*

„ Postquam abii communis in usum versa taberna
„ Lætifico strepitu nocte dieque sonat.
„ Ridet in hac hospes pernox, ridetur in horto,
„ Cum populus festo cessat in urbe die,
„ Tibiaque inflato saltanteis incitat utre,
„ Tibia Pictonicos docta ciere modos;
„ Et qua Musæum Domino, qua Cella Libellis,
„ Nectareo spumat nunc Apotheca mero:
„ Sic mihi post minimum Vita tam suaviter actum
„ Dent hodie ad priscos fata redire jocos,
„ Non alia Patrias ædes mercede locare,
Vendere non alia conditione velim.

Dicta sunto hæc de derisore! Scribamus de seriis:

HIERONYMI SAVONAROLÆ, *Florentini*, Monachi Dominicani, Prophetæ, ut sua ætate esse & æstimari voluit, vel fuit! *Processum Inquisitionis, & Examinationis, cum reputatione errorum ejus*, Anno MCCCCXCIX. editum à *Francisco* APULO, Ordinis Minorum, sive Franciscanorum, scripsisse dicitur *Simon* RUCELLANUS, *Canonicus Florentinus*, de Justitia stupendi Processus, vid. Sixt. Senens. *lib. 4. Bibl. Sanct. pag. 149.* & Luther. *in Meditat. Savon. & Historia Vita ejus:* Si quid à Minoritis profectum, sive ipse Apulus, sive Rucellanus ediderit, Authores ferme præstigiatores facit; dum utraque factio, vesana captandæ vulgi benevolentiæ libidine incensa; altera quidem, pro hominis integritate; altera, pro impostura; unum ex ordine suo per medios ardentes ignes, spectante populo ire voluit; ut, cujus factionis mysta salvus pertransiisset, ejus sententiæ adhæreretur. Infami tentandi Divini Numinis ausu! Pro innocentia ejus, videndi elegantissimi Scriptores: Johann. Francisc. Picus, *in Apolog. pro Viri Propheta Innocentia*, apud Goldast. *tom. 3. Monarch. Imper. pag. 1635.* Philip. Cominæus *lib. 3. Histor. de Bell. Neapolitan. Edit. Sleid. pag. 582.* & *lib. 5. pag. 655.* Non mihi, „ *ait*, sumo partes, illum, aut accusandi, aut purgandi; neque judicare „ possum, recte? an perperam sit damnatus? hoc unum tamen affirmare „ possum, multa illum verè prædixisse, de quibus nemo mortalium ipsum „ potuisset admonere &c. Damnatus autem fuit, & exustus, & norunt omnes, quid sceleris fastidium præsentium, & rerum novandarum cupiditas; quid præceps ira; quid contemta paupertas frequenter hominibus suadeant. Abiit itaque in fumum *Divina Authoritas* longius usurpata (vid. Francisc. Guicciard. *lib. 2. Histor. pag. 153. & seqq.* & *lib. 3. pag. 344. & seqq.* diligentissimus hujus Historiæ Scriptor; addito:) à multis fallax, ab aliis verus & „ pius fuit judicatus: qui Confessionem editam & invulgatam, aut falso „ conscriptam & commentitiam, aut in ejus constitutione corporis admo„ dum molli ac delicata, plus tormentorum vim, quam veritatem potuisse:

„ eamque imbecillitatem Principis Apostolorum exemplo excusabant, qui
„ nec custodiæ traditus, nec acerbitate quæstionis aut alia externa vi compulsus, sed ad ancillarum & servorum simplicem sermonem, ejus se Magistri Discipulum esse, à quo tot salutaria Præcepta audierat, divinaque
„ viderat patrari Miracula, non semel negavit.

SIMONIUS, *Theolog. Doct. & Protonotar. Apostol.* qui Anno MDCXIII. de Colloquio inter Marchionem Badensem, Georgium Fridericum, & Franciscum, Ducem Lotharingiæ, de controversis Fidei Articulis instituto scripsit, quod sit Jesuita, GONDIER, ostendit Thom. Wegelin. *in ej. Colloq. relat.*
„ & id fideliter Carolo IX. inculcatum, qui ejus generis Colloquia instituunt, vel admittunt, eos irritare magis vitia, quam corrigere; destruere
„ magis, quam ædificare.

Anno MDCLXXII Argentinæ *Sebastianus* SCHMIDIUS Theol. Doct. Profess. & Conv. Eccles. Præses, Libellos edidit duos; *alterum*, **das überzeugte Pabstthum/ wegen des an der Lehr der Augspurgischen** Confession **verübten Unrechts** / sub Literis S. S. D. P. C. E. A.: *alterum*, **den kurtzen Beweiß ꝛc.** sive de ratione Concordiæ cum Reformatis sanciendæ; sive pro mitigandis Dissidentium animis & opinionibus; successu, ut in hisce fieri solet, nullo!

SECTIO V.

De Scriptis ad Statum Publicum Germanici Imperii, cum annexis, vicinis similiter, & variis, spectantibus.

JUbet fortuitus Ordo *Bibliothecæ Profanæ* Libros hîc subjici. Quorum alii Statum nostræ Reipublicæ, vel inter se, vel cum exteris constituendum respiciunt; alii secus; inter hos Juris-Consulti, Historici & reliqui Politioris Literaturæ; de quibus, ut res feret, dicemus.

Statum autem Imperii tangunt labores ingenii judiciique Eminentissimi *Domini* JOHANNIS FRISCHMANNI, *Christianissimi Galliarum Regis in Trebocis Legati Residentis:* qui sine nominis adjectione, in gravissimis Imperii Negotiis dijudicandis operas impendit: edito *Collegio Electorali*, de quo in Placc. *Anon. num. 121.* Deinde, Anno MDCLXIX, *Consilio de eligendo Polonorum Rege*; & Anno LXXVII, *Pace Theresiana*, sive, Consultatione de sancienda Pace perpetua inter Invictiss. Imperatorem & Galliarum Regem. Ejusdem est *Monumentum in laudem Gentis Burrhorum*, Calend. Januar. MDCLX. Francisco Josepho Burrho, Medico Italo, Literis publicis structum, subsignatis Literis F. R. C. R. quæ Frischmannum, Regis Christianissimi Residentem, denotant: in quo potens Artifex plantas in cineres, earundem cineres ad eandem pristinam speciem, ignis beneficio rite suppositi Balneo Mariæ, deducens Romæ, ut fama, sed incerta, est, similem suam παλιγγενεσίαν, quæ est combustorum è cineribus resurrectio, expectans, lauda-

laudatus est. vid. Dn. Franck. *in Virid. Heydelberg. pag. 6. §. 10.* & ad cognoscendas imposturas ejus, Narratio Processus & Inquisitionis S. R. E. cum Sententia Mens. Decembr. Anno eod. LX. Romæ lata, apud Editor. Politic. *Histor. Thuld. part. 4. pag. 303.*

Ominosam Rerum in præsentibus Ratisbonensibus Comitiis gestarum seriem, septem partibus conscriptam, morte interruptam, arguto stylo, & insigni libertate pandit BECHTIUS, Serenissimi S. Principis in memoratis Comitiis Secretarius; Historia ad usque Annum LXXIII. absoluta. Sed, an ille solus Germanici Status derisor? Volebant, supplementa, sextam, septimamque partes, ejus esse; reliquas priores alienas. Neque deest, ex declinante, ut videre est, stylo & animo conjectatio. Id prorsus autem concessum, rem, vel fabulam universam, quanta illa vel satyra, vel consilio, vel dicendi facultate, in publico est, ad Serenissimi tum regentis Electoris Palatini Secretarium BALTHASARUM VENATOREM pertinere. Confessus id mihi Magni Principis inter primarios Minister *Dn. Geyer.* Et prodere, addunt, id derisoriam Epistolam ex Purgatorio exhortatoriam. *in part. 5. pag. 5.* quam in Dn. Legatum de Mauderoda, cum ipsius rem familiarem subito, nescio quid, turbasset, se affectusque suos vindicaturus, rubicundo igneoque, qui illi, quem non credebat, loco proprius dicitur, colore expressit, si reliquas partes quis eidem reservare vellet, non impediam; quamvis unum scripsisse, ex animo styloque, discretis, creditu impossibile sit! Excessit autem vivis, quo fato? Author.

Eodem tempore prodiit *Consilium Status Secretius Regis Galliarum*, Gallice & Germanice manifestatum: die Frantzösische Rath-Stube; non sine veri Conjectura, suæque rei, inde spe, hinc metu, à Germanis arreptum, à Gallis cum indignatione rejectum: ut ex Libello nuper in contrarium edito, *Dominum Franciscum Baronem de* ISOLA Authorem incusante, curioso nostræ Reipublicæ Vindici patescit.

Idem forsitan *Consilii Secretioris Suecici* Editor, ex Conjectura non infideli, censendus est.

Talia equidem agitabant Galli & Sueci: Germaniam funesto, nec adeo inevitabili bello immixtam, rebus jam corruptis, transitoque Rubicone, ubi de fastigio res prosperæ ad Rhenum cadere, non descendere amplius poterant, fideli, & ELECTORI BAVARICO quoque probato, Consilio, eines des Heiligen Reichs Fürsten/ Reichs frey-hochwohlgemeyntes Bedencken über den jetzigen Reichs-Krieg 2c. ab interitu revocare voluit viribus veri nixus, uti vera, ita gravissima, & non, nisi sub Principe, secura libertate Serenissimus *Dn.* ERNESTUS, *Landgravius Hassiaco-Reinfelsius.*

Bibliothecam Gallo-Suecicam, in qua ERASMUS IRENICUS Gallorum Suecorumque ista tempestate, Belli proferendi, Pacis evertendæ studia publico exhibuit, sine die & Consule ediderunt *Jesuitæ Moguntini*, vel ex

eorum

eorum Collegio Sodalis, censente *Berneggero*, Anno MDCXLV. Liber, cum paucis, tam memorabili salium acumine, & publicorum malorum satyrica detestatione comparandus.

Monarchia Gallica, Anno MDCXLIX ab Anonymo contra calumnias, in Libello, cui Titulus: Bibliotheca Gallo-Suecica, intentatas, asserta, & Europæ salutaris futura ostensa, in utramque Gentem injurium, malignum, & ultra Satyræ legem mordacem ac maledicum, increpat; meritone viderint illi & judicaverint, quibus occultæ abditæque Regum & Principum artes, tum usurpatæ, accuratius perspectæ; & hodie satis palam integris Voluminibus evulgantur. Sed quis, ais, hujus Monarchiæ Gallicæ Scriptor. Is est *Dominus Johannes* STELLA, *Galliarum Regis apud Argentinenses* eâ ætate *Legatus Residens*; ut ex coævorum fida relatione cuivis erudito pridem constitit; de Viri Fama & Meritis sequentia docebunt. Inde Ecastor! ut vereantur Germani, sperant Galli, metuit Hispania, repensum ituri erunt illi, penes quos arbitrium Europæ cerni videtur, ea, quæ Theodoricus Piespordius, Archi-Ducibus seu Principibus Belgii à Secretis, imitatus Jacobum Valdesium, Consiliarium Hispanum, conatus est, Austriacam Familiam Mascula serie à Pharamundo Francorum Rege deducere; atque idcirco Franciæ Regnum Catholico seu Hispano Regi ipso Successionis Jure vindicare (breviter & eleganter confutatus à Peireskio apud Gassend. *lib. 3. pag. 234. & seqq.*) eadem ratione, iisdemque & prolixioribus retorsionibus sibi aliquando Austriaca, & quid non? Romani Imperii Sceptra deberi, stylo piloque firmaturi. Gramond. *in Dedic. Histor. ad Ludovic. XIV.* & famosus Auberius.

Anonymi Authoris Epistola de Comitiis Electoralibus Ratisbonæ celebratis Anno MDCXXXI *à Theodosio* BERENICO, *Norico*, publicata, & Forstnerianis Epistolis, *pag. 145. & seq.* inserta, debetur sine dubio, CHRISTOPHORO FORSTNERO, Sereniss. Würtenbergici, Lineæ Montis-Beligardensis, Ducis Cancellario, editio vero, sub Berenico sæpius honestissimè latere solito, *Matthiæ* BERNEGGERO, *Profess. Eloquent. & Histor. Argentin.* ut testatur honorandus noster Fautor & Amicus Dn. Joh. Christoph. Stirnius, *de Constitut. Princip. tit. 12. §. 12. pag. 362.*

Contra Bullam Pontificis Innocentii X. qua Pax Germaniæ Monasterio-Osnabrugensis convellenda intentabatur, Juris-Consultus *de* MONTE-SPERATO, scripsit; qui verè, nisi fallor, erat Celeberrimus *Hermannus* CONRINGIUS: prout & iste Liber postmodum Libello de Pace perpetua inter Imperii Germanici Ordines Religione dissidentes serenda, adjectus.

Adversus eandem nocentem Innocentianam AMANDUS FLAVIANUS stylum strinxit; qui indicio Conringii *in Præfat. ad lib. de Pace Civili Protestant. danda*; Celeberrimus *David* BLONDELLUS est. O malum

tum

tum Germaniæ omen! ut cui nocivum sex lustrorum dissidium noxam & perniciem intentaverat, ejus jugulum nunc etiam innocentia peteret.

Neque tacenda JUSTI ASTERII *Deploratio Pacis Germanicæ Pragensis* (cum Privilegio Ludovici XIII. Galliarum Regis typis excusa) &, *Examen Comitiorum Ratisbonensium*. Quorum Scriptorum prius *Hugoni* GROTIO tribuit Hornius: Utrumque eidem alii. Et Hornii quidem rationes & conjecturæ mihi incognitæ: Id autem satis notum, requisitum in hoc negotio Virum rebus Germanicis, Austriacis, & Saxonicis altissimè innutritum; Ejusmodi Grotiani neque muneris neque vocationis ferè fuisse. Id autem porro notissimum; Authorem utriusque Scriptionis certissimum esse supra nominatum *Dn. Johannem* STELLAM *Bipontinum*, ut omnibus, qui in acutissimi Viri consuetudinem admissi fuere, vel quos Argentina tum fovit, constat. Adversarii *Asterio* multi ex Germanis fuere; *Saxones* omnes; Transactionem Pragensem acriter, pellendis ex finibus Imperii Suecis, ut iniquis mediis, ita luctuoso fine, firmaturi. Et reminiscimur, Juris Communis regulam esse: ADVOCATO (& Advocato Sueco) Salarium deberi, etiam quando inter partes transactum est, licet ipse concordiam sua ope non juvisset. Alter ad Rhenum Adversarius *Petrus* OSTERMANNUS, *Moguntinus*, in tentata refutatione, dissimulato in speciem nomine, Stellam erraticam vocat: Galli contra:

Stella *Bipontina est Gallorum provida* Stella;
Qua praeunte lucent omnia in Imperio.

Magis nunc secura, post concessam togatis quoque Ministris belligerantium Pacem & Amnistiam de HIPPOLYTO à LAPIDE disceptatio est; communi prorsus Germanicæ iracundiæ, maximè autem eorum, qui, ut solent, omnia, quæ optant, metuunt; & quæ metuunt, laudant, objecto. Equidem in *Bogislaum Philippum* CHEMNITIUM (hic enim Conjecturis locus) difficulter consentire volunt, existimantes, eum scribendis Voluminibus duobus Germanicis, & uni Latino, de Bello Sueco-Germanico intentum, hic facile cessasse. In *Joh. Joachimum* à RUSDORFF vix proclivior esse potest; qui styli *Rusdorffii & Lapidis* inæqualitatem; Rationem scribendi illius ubique Juridicam, eruditam & Theoricam; hujus ubique Practicam & Politicam; diligentiori Judicio discreverit. Non dissimulasset, creditur, Rusdorffius tam delicate omne, in ipso æstimabile alias privati Juris Studium: (sed huic aperiendo forsitan materia & occasio defuit!) non instituisset morosum contra Domum Austriacam Discursum (ita declinandæ invidiæ, Pace sancita scribere jubemur) cujus & non alius humanitate Dominus ejus restitui volebat; eoque tempore, quo, aut sane prorsus nullo, quicquid innocentiæ Domini obesse, vel magnitudine indignum videri poterat, Ministro evitandum erat. Conferri possent cum Ratione Status *Vindiciæ Causæ Palatinæ* pro Sereniss. *Dn. Dn.* CAROLO LUDOVICO,

Electore Palatino, ex liberalitate Magnæ Britanniæ Regis in Germania Legati-Residentis, Domini Wilhelmi Curtii, nostræ Bibliothecæ insertæ: hinc in dubia re conjectandum: An Rusdorffius non solum stylo, sed & pilo Austriacam Domum oppugnaverit? hæreo: sanè id certum fermè eum, ab initio rerum à se paulò post splendidè gerendarum, soli Literariæ Reipublicæ nomen, & quidem, ut ipse speraverat, habita Relatione in causa Quaad de Landscron, contra Archi-Episcopum Electorem Coloniensem Cameræ Imperiali Spirensi, gerendo Assessorio Muneri, dedisse. Post, ubi Serenissimorum Palatinorum fortunam altior & atrocior casus afflixerat, & quicquid altissime eluxerat, umbris tentaretur fatalibus, indefessis publicis & privatis Operibus, quorum magna in Actis Publicis vestigia sunt, ingentem molem sustinuisse. Qui ultimi labores, eos, qui Rusdorffium elegerant, ad verum Authorem vel duxerunt, vel, nisi displicet id dici, seduxerunt. Amoliendo ergo probabili reatui ego *Joachimum* DRANSEUM, Bogislai illius Chemnitii in cujus notissimo nomine prorsus nihil fictionis est, affinem, eligerem Authorem; nam ita à maximis Viris habeo: & hunc quidem eo liberius, quo magis Officii in Aulis Germanorum, plerisque Austriacis infensis, gesti Conjectura juvat. Cæterum insigni nostræ Reipublicæ dispendio & ruina constat, Consilia Hippolyti *in part. 3. cap. 2. & pass.* sub aliena larva Germaniæ bruto consilio, rebus jam pridem pacatis, quamvis, ut videtur, non satis sanatis, & mox iterum ægrotaturis, ut nova Pharmaca propinare, magnorum, & sibi vel Aulæ placere ambitiosiorum ingeniorum lepidissimos & generosissimos æstimari partus! imo vero abortus.

SCIPIONIS ARETINI gründliche Deduction, wie es mit dem Kayserlichen Religions Edict, und der Geistlichen vermeynten Vorbehalt eigentlich bewandt / Anno MDCXXXIII. magno Status Protestantium publici compendio Francofurti edita, vi & virtute sua, alibi graphice offensa, *Jacobum* LAMPADIUM, JCtum & postea Consiliarium intimum ac Pro-Cancellarium Brunsvico-Lünæburgicum Lineæ Calenbergensis, genitorem negare non potest.

Confusâ autem novis motibus cum Galliarum Rege Germaniâ, satis in ostentandis viribus suis, nunquam sane antea ita adversus unum hostem junctis ambitiosâ, eminuit, quantum eminentiorum Principum, unius & alterius Familia, Bello post etiam Paci, momenti adferre possit? quanta inde juxta Coronas eminentia? docuit CÆSARINI FÜRSTENERII, *de Jure Suprematus, ac Legationis Principum Germaniæ* (quid? Commentarius; Dissertatio; aut cujus nominis generisque Scriptum? nescio. Nec enim nominativus adest: nec cujus, masculini, an fœminini generis? an utriusque, vel nullius? vel si forsan plurales Cæsarini? quod probabile; quæsitis satisfactum) MDCLXXVII. subiratos Libro Electores; invidentes æmulos Principes;

dpes; & majora timentes inferiores Status; servitutem, Respublicas. Magnum illi præsidium, potentia & veritas; decora, ex erecto liberoque, id est, Germano stylo, solidissima doctrina, & argumentis magna meditantibus, sunt. Unus illi, si Diis placet, nævus: Rem tam ingentem novamque, non minus ingenti novaque prudentia; &, ut ajunt, plus quam civilia agitante felicitate, tractasse. Qui usurpatum illi differendi modum formamque; terminos ad novitatem fictos; disputationes cum Hobbio; Linguarum Exoticarum notitiam; in obitis Legationibus experientiam respiciunt, *Esaiæ* PUFFENDORFFIO, Samuelis Fratri, tribuunt. Qui aliorum Authoritatem, Dn. ALEXANDRI adserunt: Reliqui Dn. *Ludolphum* HUGONEM JC. &, qualis etiam prior est, Consiliarium Ducis Brunovico-Lünæburgici, prioribus nominibus præferunt. Et ita, vel est, vel videtur. Securus certè est Jovis telorum, nec refutantium insectationibus, ut Severini, Pacifici, Waremundi, & qui ex hoc censu alii sunt, obnoxius. Lacessitus est; sed universi sensus ejus ænigmata à quibusdam culpandis magis, quam strenuis, argumentis solvi nescia. Sibique, quod ingens arroget, habiturus est, si est, quem moderni allegantes præferre cœperunt, *D. Bernhardus* KÖHNE!

In Imperii quoque rebus, non infelici Pseudonymia, occupatus fuit ÆMILIUS CHREGGRENE, *Saxo*; scripta velitatione de septem Sacri Romani Imperii Officialibus; qui dissolutis Literarum connexitatibus, & evidentius expressa Patria, invenitur *Michaël* GERINGERUS, *Hojanus*, JCtus.

Vaticinium de futuro Sacr. Roman. Imper. Statu, sub ficto SIBALDI BRANDINI titulo, publici juris fieri voluit Concionator Aulicus Electoralis Palatinus, *Bartholomæus* PITISCUS: detegente Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 4. cap. 14. pag. 541.*

Des Heiligen Römischen Reichs Nativität/ allen desselben Gliedmaßen zu beständiger Information, Warnung/ und respectivè Trost/ bey jetzigen gefährlichen Läufften vorgestellt/ von einem Christlichen Politico: Anno MDCLXX: testimonio eorum, qui suâ ope edendam juvêre, repræsentata est, ab eo, quem in aliis mox laudabimus, Senatore Ratisbonense *D. Johan. Ludovico* PRASCHIO.

Christianus Gottlieb von FRIDBERG, & *Christophorus ab* UNGERSDORFF; quorum ille den neuen Calvinischen Modell des Heil. Röm. Reichs ꝛc. Hic, die Erinnerung von der Calvinisten Art und Feindseeligkeit gegen dem Röm. Reich ꝛc. apud Londorp. *tom. 1. Actor. Publ. lib. 1. cap. 67.* edidere: an utriusque Author sit *Wilhelmus Ferdinandus ab* EFFEREN, Consiliarius Moguntinus, & Archi-Episcopatus Vice-Dominus &c. cujus extat Manuale Politicum, de Ratione Status, disputavit Wernerus Albertus ab Obrinca (sed & hoc fictum nomen:) in der kurtzen Erinnerung und Vermahnung auff die zwey unterschiedliche Anno 1616. wider die Calvinisten außgesprengte Laster-

„ Schrifften. Verum id persancte negat (verba sunt Goldasti *dict. loc. lib. 2.* „ *cap. 16. pag. 238.*) Nobiliss. Dominus ab Efferen, in der nothwendigen ab- „ gedrungenen Ehren-Rettung / wider den boßhafftigen Calumnianten &c. Conjectura itaque in contradictorio judicio accuratius stabilienda.

In eadem jurgia exarsère Authores duo; adversus Reformatos *Gulielmus* REGINALDUS, Anglus, in Calvino-Turcismo: adversus Pontificios, Turco-Papismus, Authore T. M. S. alter alterum Turcicæ in alterius partibus exstirpandis atrocitatis accusantes. Quorum prior, judicio Londorp. *tom. 1. Actor. Publ. lib. 4. cap. 175.* ex Goldast. est *Gulielmus* GIFFORDIUS, *Anglus*, posteriorem scripsit Theologus, *Matthias* SULTLIVIUS, prioris conterraneus.

De *Jacobi* SYLVANI *Philippica* in incognitum Prædicantem Societ. Jesu mendaciis onerantem, & Authore Jacobo Kellero, Jesuita, certissima enarrata in D. Placc. Pseud. *Num. 817.* Sed Anti-Philippicæ, ut & der Rettung und ferneren Beweisung der Anno 1606. beschehenen wohlmeynenden Warnung wider Jacobi Sylvani &c. außgangene Philippicam, Scriptor omissus, qui est sæpius dicendus *Michaël* LOEFENIUS, *Consiliar. Palatinus*. vid. Goldast. *Dissertat. de Jesuit. Pract. & an sint Belli Bohemici præsentiumque motuum ac turbarum Authores. cap. 9.*

Nobilis & præclari Scripti, des kurtzen und gegründeten Berichts / über die Frag: Ob die Röm. Kayserl. Majestät in Sachen Fürstenthum &c. belangend / allein / und zwar durch dero Reichs-Hof-Rath; oder mit Zuziehung der Chur- und Fürsten zu erkennen und zu sprechen? Cujus Author sæpius solicite indagatus, feliciter detectus est Goldasto, & post eum Londorpio *tom. 1. Actor. Publ. lib. 1. cap. 5.* incomparabilis lectionis & judicii in Re Germanica Scriptor *Dn. Marquardus* FREHERUS Consiliarius Electoralis Palatinus.

Ejusdem, vel qui equidem posset præferri, alius, nimirum *Michaëlis* LOEFENII, Consiliar. Palatin. est accuratus labor, in dem gründlichen Unterricht; Ob der Kayserliche Hof-Rath mit und neben dem Kayserlichen Cammer-Gericht zu Speyer concurrentem Jurisdictionem in allen und jeden Sachen habe? Ambergæ, Anno 1613. impressus. Non est dubium, labores saltem utrique in officio conjuncto conjunctos fuisse. Ansam ita sentiendi præbente Historiâ & Gravaminibus Comitialibus ejus Anni; Palatinorum Ministrorum tum ostensa vulgataque instructione & ejus temporis Actis.

Prout & ejusdem LOEFENII est, tum temporis exhibitus Discursus: In quibus casibus majora Vota valere non possint, nec debeant? Et ex eo Extractus: Begriff etlicher durch die Protestirende auff dem Reichs-Tag Anno 1613. übergebener Fällen / in welchen sie nicht gestatten können / daß die majora Vota den Vorzug haben sollen / arguente Goldast. *dict. loc. pag. 237.*

„ Hosce Libellos, ingruente fatali necessitate bellandi, cum Germani „ soli

„ soli superessent, qui nec servitutem ferre, nec tueri libertatem poterant,
„ secutum tricennale Bellum; Cujus rationes, ortus, progressus designant, publicata ARCHIVA & CANCELLARIÆ; Quibus in quantum fidere debeas, erudite Censor, judica: temerarium appello, qui omnia; simplicem, qui nihil eorum crediderit; fiat prudens selectus.

Cancellariam itaque HISPANICAM in qua occultis, mox manifestandis, artibus quæsitus Hispanorum in Germania Dominatus perstringitur, ex Documentis authenticis publicare voluit *Ludovicus* CAMERARIUS, *Dr. Consiliar. Palatin.* Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 3. cap. 365.*

Præcessit Discursus Germanicus, &, si quisquam, bonæ fidei: Warum die Römisch-Catholischen in Teutschland sich billich von Spaniern ꝛc. sondern sollen. Anno 1616. quem Londorp. *tom. 1. Actor. Publ. lib. 1. cap. 65.* ad *Vincentium* MüLLERUM *Hamburgensium Consulem* refert.

Hunc aliquot post Annis excepit Cancellaria Secreta ANHALTINA, die Anhaltische Geheime Cantzley / Bohemorum Confœderatorumque Consilia detectura: Goldastus Authorem facit ex testimonio Plessei Palatini, *Wilhelmum* JOCHERUM JCtum, & Consiliarium Bavaricum, vel Doctorem LEICKARDUM, vel, quod probabilius ECKARDUM; arbitrium Lectoribus permittit. *Jochero* vindicat Argumentum satis firmum, nimirum, perpetuæ ejus, jussu Principis sui, in hic designatis materiis, occupationis à negotio usque Donawerthensi inhærentis: Librum explosis Diplomatibus & Scripturis acri cum Responso dimiserunt, qui ab adverso erunt status.

Idem labor sumptus incognito Authori *Archivii* UNITO-PROTESTANTIUM; in quo præcipua Unito-Protestantium facta, attentata, & Consilia ex ipsis eorum Originalibus in publicum exhibita prætenduntur, Anno MDCXXVIII. quod LEICKARDO, vel ECKARDO, succenturiatori Jocheriano tribui potuisset.

DEDUCTIO BOHEMICA, das ist / nothwendige Außführung ꝛc. deren Ursachen und Motiven, warum Kayser Ferdinandus II. nach todtlichem Abgang weyland Kaysers Matthiæ des Regiments im Königreich Böhmen ꝛc. sich verlustigt. Anno MDCXX. recusa; pro fundamento totius litis hactenus allegari solita; merito adscribitur *Johanni Baptistæ* EYSENIO, *Adsessori Curiæ Appellationum Bohemicæ*; pessima morte ob eam mulctato; teste Goldast. *Rer. in Bohem. gestar. peritissimo lib. 2. de Regn. Bohem. cap. 11. pag. 209.*

Den gründlichen Bericht wegen der zwischen der Röm. Kayserl. Majestät Herrn Rudolph dem Andern / und der Königl. Würde zu Hungarn Herrn Matthia getroffenen Vergleichung und Abdanckung des Passauischen Kriegs-Volcks / quem Sereniss. Henricus Julius Dux Brunsvicensis, Princeps literatissimus, suo sub nomine publicari voluit, Principis sui jussu & nomine scripsit *Wernerus* KöNIG, *JCtus, & Cancellarius ejus.*

GUILIELMI PRINCIPIS FüRSTENBERGII DETENTIO, ad Cæ-

 saris

ſaris Authoritatem, Tranquillitatem Imperii, Pacis promotionem, juſta, perutilis, neceſſaria: Authore *Chriſtophoro* WOLFGANGO, Anno MDCLXXIV. publicata, illuſtri ſtylo, experientia profunda, conſummata eruditione prorſus excellens, ab orbe erudito adſcribi meruit PræIlluſtri *Antonio* PERIANDRO, *Rbato*; qui ſuſceptam modeſtam nominis detectionem gratioſe interpretari non dedignabitur: Cauſa enim ibi pro honore Imperatoris & Salute Imperii magnifice defenſa; neque ſtyli Mars Venusque PORTNERUM ſerio diſſimulare viſi; quamvis hodie Illuſtrem Dn. *Franciſcum Baronem* DE ISOLA, negotiatoribus irritæ Pacis immixtum, Authorem videre & eligere maluerint.

Eadem, & neſcio, an non atrociora? in Regem Regnumque Daniæ noſtra memoria molitus eſt, Vir, in quem conjectum erat, quicquid Dii hominesque in Aulicum conferre poterant, ut Seneca de Sejano ait, *Corfitius*, (quem inſectatores poſt luctuoſum caſum, qui in Aula mos eſt, mortuò Leoni inſultare, *Cornificium* dixere) *Ulefeldt*, in quem præter temporum eorum Annales, ſcriptæ *Machinationes*, ſive ſuccincta narratio variarum ejus Machinationum, in 12mo. quas ex diverſis & certis rationibus, *Dn. Jacobo Henrico* PAULI *Secretario Danorum Regio*, confidenter & juſte hic adſcribo: „ O ſpectaculum, cui, (ſi Ulefeldii fortuna non ignorabitur) vix ſit habi-„ tura fidem poſteritas! fluxam Aulæ fortunam! triſte humanæ vitæ ſpecta-„ culum, (ut cum Gramondo *lib. 11. Hiſtor. Gall. pag. 521.* dicam) cui ſi atten-„ tius introſpicient Aulici, ſpernent, quæ tanti faciunt, honorem inſtabi-„ lem, Familiarum decora, divitias & luxum. Hic finis Viro, quem in „ ſumma rerum evexerat fortuna parum conſtans: adeo mediocribus mo-„ mentis tranſacta eſt felicitas, quam adeo ingentibus operata fortuna. Quam aſperum, quam arduum reſiſtere Principi in ſumma vadenti; fortunam & vota Subditorum in numerato habenti; & fata amica! Sed præivit is alii ſub Chriſtiano V. Rege Daniæ, Friderici III. Filio, ſucceſſuro, ſimili & funeſto caſui ſuas fortunas alliſuro; magno Daniæ Cancellario, *Petro de Greiffenfeldt*, perpetuis, ut metus eſt, vinculis addicto. Cujus fata ſpecioſis Adeſpotis Scriptis ſolicitata; & ut animi judicantium ſe habuerant, accuſata, vel excuſata; Quorum Authores diligenter quæſitos non datum eſt „ comperire. Certè dubitare cogor, fato & ſorte naſcendi, ut cætera, ita „ Principum inclinatio in hos, offenſio in illos: an ſit aliquid in noſtris „ conſiliis, liceatque inter abruptam contumaciam, & deforme obſequium, „ pergere iter ambitione & periculis vacuum! (Tacit. *lib. 4. Annal. c. 20. ℣. 4.*)

Adjicienda etiam eſt SEVERINI DE MONZAMBANO curioſior mentio. Operis, quod Aulæ magis quàm Scholæ Statum Imperii Publicum (nimirum, ita ſpectaculum facti ſumus mundo! ut ſecuri proximus Libellorum Supplicum in Regia Pariſienſi Magiſter Franciſcus Auguſtus Thuanus inclamavit) argute, ſpecioſe & per Satyram cognoſcendum præbuit. Author dubio procul PUFFENDORFFIUS: ſuaſores celſiſſima ingenia: Præmia

Præmia mercesque, qualia Sp. Tarpeji Filiæ sub Romulo contigerunt, cui, sicut ex congestis in ipsam aureis Sabinorum armillis magni ponderis brachio lævo gemmatisque magna specie habitis annulis; superingestis post & armis clypeisque, loco præmii mors contigit; ita lepidissimo Libello ex nimis superinjectis Commentariis, Notis, Animadversionibus, Stricturis, (quædam ex his ex auro erant, pleraque ex ferro lutoque) sub oneribus gementi fermè non mors imminuit. Honeste tamen dissimulat Pufendorffius, *in Apolog. pro se & suo Libro de Jur. Natur. & Gent.* Mordacii vero, & Viro bono protinus indigna scelestaque ratione exprobrat, dignus cujus nomen ferali sub umbra lateat, *Veridicus Constans:* Huic, inquit, suavis, si „ Diis placet, accuratus, imò ineptus, Sarckmasius, proximus *Pacificus à* „ *Lapide* est, multis notatus, paucis intellectus: Miror, utrumque à multis „ carpi, & fideliter tamen à carpentibus describi. Alii equidem etiam mirantur, sed quid? En! Viro tàm fervide laudari scriptum, (Pacific. à Lapide) quo Respublica Eruditorum post pleraque ἀναπολογήτως ex Conringianis descripta, ex jocularibus Academicis Discursibus hausta, & in adversaria conjecta, plura jam pridem edita, non sine lucro carere potuisset. Nimirum „ id hodie sòlenne est, pergit Sarckmasius, ut Scriptor Scriptori tenacius „ insistat, & dum ipse non habet, unde se ornet, aliis plumis veniat orna- „ tus, veritati & omnibus bonis fucum facturus: Sed hoc alio pertinet. Imò verò vel maximè huc! Scripsit autem Pacificum à Lapide inter studiorum publicandorum primordia *Philippus Andreas* OLDENBURGERUS, ex fictis *Burgoldensis*, *Francisci Irenici*, *Waremundi von Fridberg* &c. nominibus ad sufficientiam, & nauseam usque manifestatus. Nobilis & fœcundus Scriptor, si Instrumento Pacis Germanicæ locupletius expedito, à scribendo *Itinerario Germaniæ*, sub nomine *Constantini* GERMANICI, in quo Principum Imperii existimatio sane Incolis exterisque, stylo, nec vero, nec bono, nec Satyrico, sed plebejo, & valde simplici, ne dicam pio scil. turpiter prostituta, abstinere sustinuisset: unde indignitate rei & diffamationis motus Vir bonus Libro rigide præscripsit:

Hic prostituta est Principum Germaniæ fama, & mores,
Risu maligno, lusibusque turpibus;
Et incolis, & exteris;
O prostitutam tam malignis ausibus vesaniam.
Dignam cachinno, aut corrigendam fustibus,
Ab incolis, & exteris.

Syntagma de Vicariatu Palatino, certis de causis, sub PHILOECI nomine scripsisse *Dn. Johannem* FREINSHEMIUM, Cognatum nostrum, (Conringium enim Authorem esse, ut Burgold. *part. 2. Instrum. Pac. pag. 281.*; auguratus est, vix cuidam probabile visum:) testatus est Bœclerus *in Not. ad Dan. Otton. Jus Publ. cap. 16. in fin.* Nos de hoc; de admissione Electorali Saxonica;

nica; de Jure disponendi de Sigillo Camerali; de Sigilli formis & rerum mutationibus, ex sinceris Cameræ Documentis, multo studio denique comparatis, in Vindiciis ad Blumium!

De *eodem*, nomine omni prorsus tacito, Idiomate Gallico commentatus Illustris, Sereniss. Electori Palatino Carolo Ludovico à Consiliis Status, & in Tractu Inferioris Residens *Dn. Ezechiel* SPANHEMIUS.

In vindicandis Juribus & Præeminentiis Sacr. Roman. Imper. Liberi & Immediati Equestris Ordinis felicissimè versatus est AUTHOR, der Politischen Frag: Ob des Heil. Reichs Ritterschafft ein Stand des Heil. Reichs seye? qui fuit Eques, apud Rhenanos, sine exemplo eruditus *Casparus* LERCH, *von Dürmstein*, vigore confessionis *Ordin. Equestr. German. Cæsar. part. 2. §. 57. pag. 138. ZZ. facta*: Et *Hippolytus à* TREISBACH, in materia de Præcedentia Ordinis Equestris Immediati præ Civitatibus Liberis Imperialibus (speciosissimo Evrimate pro illo adversus has Monasterii elusâ:) dudum jam in Illustri memorati *Lerchii* nomine quibusdam agnitus; eidemque hucusque Jure meritoque vindicatus. Neque tamen negaverim ab aliis *Johan. Conradum* KREIDENMANNUM Ordinis Equestris Suevici, & Reipubl. Eslingensis Syndicum, Authorem venditari; quod in illiquido. Si quidem, ut refertur, Kreidenmanni Gener, *Philippus* KNIPSCHILDT, cum non semel eum suscepti operosi oneris, ob contractas sibi suisque Imperialium Civitatum, sub quarum tutela ipsi dubiis & fermè conclamatis in Germania rebus vivendum erat, inimicitias & simultates, pœnituisset, honestissimi, sed ipsi damnosi, facinoris reum sponte sese fassus est, postquam ejusdem Ordinis Equestris Suevici Syndicatus munere cohonestatus esset, ita, inquam, referunt!

Eandem operam, in honorem Ordinis Equestris Alsatiæ Inferioris, præstitit, subducto nomine suo *Johannes Henricus* WIELANDT, JCtus, ejusdemque Ordinis Syndicus, edendo, des Heil. Röm. Reichs Freyer / Ohnmittelbarer Ritterschafft im Untern-Elsaß Adeliche Ritter-Ordnungen / Privilegia und Kayserliche Rescripta; Anno MDCLII.

In causa WILDFANGIATUS Palatina, cum aliis Böckelmannianis, duo, Vicinis non negligenda, Scripta Adespota, pro Justitia Causæ Palatinæ, edita: quorum alterum proximè nominatus *Samuel* PUFFENDORFFIUS; alterum *Johannes* LINDENMANNUS; ille Londini Scanorum postea; hic Upsaliæ, utrique in Regno Suecorum Professores, confecerunt. Fasciculus Actorum hæc exhibiturus est.

In ejusdem præliminari defensione edito, presso nomine suo, *Prodromo Justitiæ Palatinæ*, occupatus esse voluit Clariss. *Dn. Samuel* PUFFENDORFFIUS, tum temporis in Cathedra Archi-Palatina Academica Professor; cujus in rem bonarum Literarum merita non sine laudis encomio in publico versantur.

Oratio-

Orationem pro Jure Administrationis & Tutelæ Electoralis Palatinatus, acerbo tum litigio, Anno 1611. sine nomine editam scripsit, & in Laugingensi Gymnasio habuit constitutus Professor *Georgius* CLEMINIUS, *Jur. Utr. Dr.* prout ipse Titulo, sua manu, præscripserat.

Candidus EBLANUS, de Prœlio Pragensi Pragæque deditione Anni MDCXX. Scriptor Palæo-Pragensis, esse memoratur Jesuita *Johannes* LABENUS.

Et quia in Obsidiones, Victis æque ac Victoribus luctuosa certamina incidisse videmur: se ipsam ab oblivione vindicavit, rerum in ea gestarum amplitudine, defensorum heroica animi magnitudine, oppugnantium contumaci virtute, *Hafniensis*, ab 8. Augusti 1657. usque ad Calend. Jun. 1660. sustentata; enarrata ab H. M. W. in Diario Polemico-Metrico, Anno 1660. edito, qui est *Henricus*, Matthæi Filius, WALENSPECKIUS, *Ecclesiæ Holmensis Diaconus.*

Sed hæc præteritique (de Anno 1643.) inter Septentrionales Belli discrimina jam pridem prævidérat *Cornicen Danicus*, seu, de Aureo Cornu Principis Christiani Danici, Anno 1639. in Cimbria invento, Rerum Danicarum ejus temporis Statum, inexspectatam Suecorum irruptionem, certissimam Danorum Liberationem, adumbrans, in Receptaculo Mogimalano (Malmogiano;) conscriptum Carmen, ab eo, qui ad Cœleste πολίτευμα tendit, per Portam Vitæ; Annò MDCXLIV: qui est *Petrus*, Petri Filius, WINSTRUPIUS, *Ecclesiastes Aulicus Danicus, & Episcopus Scaniensis*; cujus Vitam Meritaque in Academia Regia Hafniensi, ab Illustr. Erasmo, Pauli Filio, Vindingio, repræsentata, videre est, *pag. 328. cum seqq.* Cornu amplissimis Observationibus laudavit, & dignum erat, *Thomas* BARTHOLINUS, *Pater:* quas in tribus de Tibiis Veterum, earumque usu antiquo, Amstelodami apud Wetstenium, Annis 1678. & 1679. editis Libris Filius *Casparus* BARTHOLINUS publicavit.

Eosdem Danicos Motus, Arctoaque Regna, Vicinaque, quorum inimicitiæ fatales aliquibus creditæ concernit *Dissertatio de Bello Dano-Anglico, deque dissensionum inter geminos Populos & contentionum caussis Orosii* ANILONIS in 4to. edita: quæ Historiographi Regii *Viti* BERINGII; cui præter alia Historica & Panegyrica à laudatiss. Vindingio *dict. loc. pag. 396. & 397.* numerata, Obsidio Hafniæ, & quæ ea durante illustria per Septentrionem contigere, Regi oblata; tum nondum Typis prodita, paucis autem, antequam mori desiisset, Annis, publico concredita dicta.

Cum autem de Danicis Rebus agimus, necesse visum appellari *Epistolas tres Amici ad Amicum: primam, secundamque* Lubeca Hagam Comitum 25. Januar. 1679. & seq. Calend. Februar. transmissam; *tertia* Lubeca Noviomagum, Idibus Martii, perscriptas. In quarum *hac*, de Naufragio Suecorum Militum Anno 1678. Mens. Decembri ad Bornholmiam Insulam facto,

pro & contra differitur: & Regem Daniæ Jus detinendi eosdem habuisse, probatur. In *altera* Memoriale Anhaltinum Servestanum contra Danos, Mediatoribus Pacis Noviomagensis exhibitum oppugnatur & convellitur. *Prima*, Memoriale Ablegatorum Gottorpiensium contra Danos, Cæsareæ Legationi, in iisdem Tractatibus extraditum, refutat, statumque controversiæ eadem Opera examinat. Ministrum Danicum fuisse, interesse Regis, ejusque manifestant; Stylus & scribendi decora ratio: *Jacobum Henricum*, Celeberrimi Simonis Medici Filium, PAULLI, Regium Historiographum, & Legationis Lutetiæ Parisiorum subsistentis illo tempore Secretarium Literæ ex Hollandia, & Agrippinensi Colonia datæ: de quo videndus Dn. Vinding. *in Academ. Hafniensi pag. 440.* & Albert. Barthol. *de Script. Dan. pag. 60.*

Denique inter Danica, quæ irruptionem Suecicam attinent, de qua superius perscripsimus, & Historia loquitur, (Joh. Loccen. *lib. 9. Histor. Suec. pag. 220.*) refero *Danum ad exteros*, de perfidia Suecorum, Anno (MDCXLIII.) quo:

DanICa PaCta trVCIs frangVnt perfIDIa SVeCI,
RagVzI & TVrCI perfIDa PaCta petVnt.

tenue, sed famæ Suecorum grave & molestum scriptum: palam vulgant, Authorem esse *Theodorum* REINKINGIUM, operosis & piis Scriptis præstantissimum habitum, tum Archi-Episcopi Bremensis Cancellarium; addito, vel præsumpto, hanc iniquissimæ captivitatis & detentionis non relaxatæ causam fuisse, nisi vel cervicem ferro præberet, vel in pulmento, quod ediderat, deglutiret: quod factum esse Sueci propalant. Sed Stylus non est Reinkingianus; nec id, quod affingitur pusillanime magno Viro dignum.

Justitiam Exstructionis Idumeæ, memorabilis Germaniæ Fortalitii, credidissent Superioris Rheni accolæ, ipsis fatalis, pro Jure Episcopi Spirensis (de quo Carol. Caraffa, *in German. Sacr. Restaur. pag. 57, 60.*) edidit *Augustus* FISCHER, *Dresdensis, Dr. & Professor.* vid. *Act. Spirens. pag. 59.* & Londorp. *tom. 1. Actor. Publ. lib. 2. cap. 18.* Censuram in Personam Celsissimi Ædificatoris, in metuendos temporum successus Prædictiones, in Viciniæ Collisiones, præliminarem invectivam subscripsere, quæ sequuntur, dubito, an alibi „ inventa, vel invenienda, verba: Quorsum, quæso tam solicitus est Spi„ rensis Episcopus Udenheimio suo, Philippoburgum postea insignito, „ Idumeæ nomen imponere? quam ut universo Orbi manifestum faciat, „ se Idumæis, de quibus *Psalm. 137.* loquitur, similem esse, omnesque „ juxta se vicinos Imperii Status subsannare & naso suspendere adunco velle. „ Impii siquidem ab Esau descendentes Idumæi, cum Babyloniis carmini„ bus maledicentibus, irrisionibus invidis & inimicis in Vicinos suos Israë„ litas ita insultarunt, ut illorum exinanitioni, devastationi, direptionique „ fategerint. Verum enim vero, sicuti isti Idumæi ob casum Fratrum Ge„ neris Jacob lætati, paulò post per Nabuchodonosor Babyloniæ Regem

„ abducti

„ abducti sunt, & non longe à Captivitate Jerusalem devastata Babylon
„ per Medos & Persas, ita ut parvuli allidecentur ad lapides. *Esai. cap. 13. 14.*
„ *Jerem. cap. 51.* ita captum Philippoburgum à Schmidtbergio, in Gallorum
„ manus devenit; Episcopus custodiæ ab Imperatore mancipatus delirii sui
„ pœnas luit promeritas: Interim verò C. S. plectuntur Achivi. Quæ an
à recentissimis doloribus accensa? an sensis temporum iniquitatibus subirata? an utilitates domesticas, viciniæve, aut ejus, cui vivebatur, Principis promotura; se in vulgus effuderint? non judicabo, nec errabo: saltem publicam causam privatam facere, non visum est consilio!

In demonstrandis originibus præcipuarum Germaniæ Familiarum, non inutilem operam, Anonymus *Author quatuordecim Tabularum Genealogicarum* locavit Tubingæ *Rauschius*, Profess. Eloquent. ex Oldenburgeri sensu. Author autem *Martinus* RAUSCHERUS, & ex aliorum relatione MOLITOR Additionator dicendus est.

De REPUBLICA VENETA, ejusque Libertate ab Austriacis Italisque attentata, vulgatum est rarissimæ Eruditionis *Scrutinium*, Anno nostri Seculi XII. cujus Author, uti fama cum incomparabilem, & ex Historia Boica, Augustana, aliisque omni laude superiorem *Marcum* VELSERUM, *Augustanum*, fecit: ita ex certiore prolixioreque notitia, Scriptisque in Italia (quæ *Antonium* ALBIZIUM, Nobilem Florentinum laudasse feruntur:) Galliaque (quæ *Nicolaum Claudium* PEIRESKIUM, Senatorem Aquensem prætulerant:) publicatis, dubiæ scriptioni eximi tentatus: & quis omnino appellandus? vel ignorant, vel hæsitant. Locum elegantem & integrum reddo ex Gassend. *de Vita Peiresk. lib. 3. pag. 200.* Prodiit per hæc tempora Liber Italice
„ scriptus, Titulo *Squitinii*, quo Libertas Veneta ab ipsis Reipublicæ Fundamen-
„ tis fuit discussa. Is, quia visus est continere eximiam quandam Imperii
„ Gothorumque Regum Historiæ notitiam, idcirco statim creditus fuit,
„ (quæ etiamnum est multorum persuasio:) Peireskium habere Authorem.
„ Enimvero testari licet, nihil tale ipsi venisse in mentem. Quin potius
„ sic semper reveritus fuit Majestatem Reipublicæ, quosque in illa Amicos
„ habuit, ut ad præstandum obsequium potius, quam ad contumeliam
„ fuerit comparatus. Ac non disquiro quidem, an Auctor hujusce Libri
„ fuerit Antonius Albizius, Nobilis ille Florentinus, qui Christianorum
„ Principum Stemma ediderat ante duos Annos, ut nonnullis persuasum
„ est: an, ut videtur, verosimilius, insignis ille *Marcus Velserus*, ob consum-
„ matam eruditionem, propensionemque singularem erga Domum Austria-
„ cam. Addo duntaxat, immeritò videri quosdam suspicatos, tam *Gual-*
„ *dum* (cujus Historiam Vitæ Pinelli, Eruditissimi nostrorum, ut obiter di-
„ cam, commendant:) quam *Pignorium* aut contulisse Operas in eo Opere
„ conscribendo, aut communicasse cum Peireskio, quos digereret, Com-
„ mentarios. Ii enim fuerunt magis ingenui Patriæque suæ magis amantes,

„ quam ut ea impietatis labe commaculari voluerint. Utcumque sit;
„ Peireskius certe nihil simile unquam cogitavit! Judicent ergo, qui post-
„ hæc scripturi erunt!

Ejusdem *Reipublicæ Jura Maris Hadriatici*, sub simplici nominis inversione, si Goldasto fides est, defendit *Iteneu Ichanom* ITNEGLUF, in Epistola Monitoria, de Mari Venetorum ad Laurent. Monitum Romanum; qui est *Fr.* FULGENTIUS, ex Ordine Servitarum Monachus Venetus; Socialis sui Fr. Pauli Sarpii, de quo dicturi erimus, individuus Comes; & *Agricola* TACITUS.

Acta inter Paulum V. Pontif. & eandem Sereniss. Rempubl. ab Eruditis dijudicata exhibet Goldastus pleraque, in Tom. III. Monarch. Imper. Historiam vero eorum J. A. Thuan. *lib. 137. Histor.* Inter illa *Anonymi Historia* de Rebus inter nominatissimas partes gestis Anno 1624. Mirandolæ Italico Idiomate publicata, ad dicta Reipubl. severum adversus Sedem Romanam Vindicem, *Petrum Suavem Polanum*, ex Historia Concilii Tridentini celebrem à multis referenda putatur. vid. Molck *ad Relig. Med. pag. 33. & 34.* An conveniat cum illa hæc Historia? non temere judicaverim. Ita autem: Historiam Suavis Polani de Concilio Tridentino, omnium qui ex hoc Seculo de eo scripserunt, præstantissimum & æstimatissium Genitorem Fr. PAULUM SARPIUM, ex Servitarum Familia, Venetum laudare: & merito suo, ad solide investigandas spiritus & carnis vias, quæ hominum mentes summa contentione transversas agunt, subtilissimam, & fide, ultra exemplum, integra, manu ducentem; inter delicias humani generis, & præsertim Christianorum numerandam? Ubi utrique parti, quid Deo, sibi, & Proximo, debeant? quid officii & charitatis illis præstitum? quid prorsus negatum, strenue & magnifice dictum. A quo elogio non divertit Grotius *Epist. ad*
„ *Gall. 129. pag. 288.* Maximum omnes, quibus vera Sapientia cordi est, lu-
„ crum fecerunt, reperto Libro Viri incomparabilis Pauli Servitæ, præser-
„ tim de Argumento tam nobili, causaque alibi magnorum motuum,
„ apud nos etiam Belli tam pertinaciter gesti. Summa sane cum satisfactione, *pra Sfortiæ Palavicini*, quæ ob importuna ignobilia jurgia non est ad hominem; & *Scipionis Henrici*, Messanensis, quæ brevi suo gradu graditur & labitur; tertia, Historiis, versanda: si modo Cæsar Aquilinus *in lib. de trib. Histor. Concil. Trident.* (quis ille? mihi non liquet) *pag. 44.* tranquillam
„ in tanto Viro acquiescentiam non turbasset: In illa, dicens, quam plu-
„ rima quæ forte Petri Soave non sunt, sed ab alio aliquo superposita, &,
„ juxta aliquorum Conjecturas *à Marco Antonio de Dominis*, olim Spalatrensi
„ Archi-Episcopo adjuncta &c. unde credibile est digressiones istas, & pro
„ Protestantium opinionibus argumenta ab ipso fuisse composita &c. nec
„ desunt ipsi Cæsari rationes. Quicquid sit! Historiam suam esse Sarpius Principi Condæo negare non ausus. vid. *Vita ejus prope fin.* cujus Scriptor indivi-

individuus illius secundi & adversi fati Socius *Fr.* FULGENTIUS, ut notatum est.

In Litigio de Anglorum Bonis & Mercibus 29. Decembr. 1568. ab Albano in Belgio detentis prodiit famosus Libellus in contumeliam Elisabethæ Reginæ, sub Titulo, *Amusis* ORIANÆ; cujus Author *Herardus* DESPESIUS, ex Ordine Calatravæ Eques, Hispani in Anglia Legatus. Satis equidem extra fines mandati. Cambden. *in Ann. Elisab. pag. 166. & 168.*

Eandem Reginarum Illustrissimam, non majore Clementia *Obertus* BERNESTAPOLIUS habuit; Scripto vulgatoque Ingolstadii Anno MDLXXXVIII. de Cæde Mariæ, Scotiæ Franciæque Reginæ, Libro; in quo Fama & Virtutes Elisabethæ temerè perstringitur; qui est *Robertus* TURNELLUS. Bœcler. *Coll. sec. Controvers. 31. & Not. ad num. 8.*

Et ante hunc, *Vorago, qua Anglia Gallico connubio absorbenda*, sivè, de Nuptiis inter ipsam, & Franciscum Herculem, Alensonium, de quibus provisionali Tractatu conveniebatur (Meteran. *lib. 11. Histor. princ.*) recusandis; in quo aculeato Libro illa obliqua insectatione perstringitur, Andinus conviciis dilaceratur & Gallica Natio odiosè proscinditur; cujus Editor *Johannes* STUPPUS, ex Lincolniensi Juris Collegio fervidus Religionis Catholicæ Professor, supplicio dextræ, cultro laniario præcisæ, scelus Anno MDLXXXI. extinguens. Cambden. *ad dict. Ann. pag. 345.*

In eandem, SEMPER EANDEM de *Genevensis Ecclesia disciplinâ in Anglia constituenda*, Hierarchiam Anglicam insectando, & Præsulibus apud Populum invidiam conflando, editos Libellos, quibus Tituli: *Martinus Præsulibus exitiosus*, vel *Præsulo-Mastyx*, *Mineralia*, *Diotrephes*, *Demonstratio Disciplinæ* &c. calumniis & conviciis virulentissimos, adeo scurriliter debacchatos, ut Authores non Pietatis Cultores, sed è popina ganeones viderentur, refert isdem; PENRIUM & UDALLUM, Verbi Ministros, & Jobum TROCMERTONUM, Virum doctum, & facetè dicacem, *pag. 522.* ad Annum 1588. Authores nominans.

SECTIO VI.

De Scriptis Juris-Consultorum; & publicatis Actis nonnullis; pars prior:

HIs expeditis JURIS-CONSULTORUM in Foro & Schola Illustrium Ordo, sed, ut sæpius notavimus, fortuitus, succedit. Præponendi itaque Legum Compilatores:

Et des Kayserlichen Land- und Lehen-Rechts/ Compilator est satis certò, *Bertholdus à* GRIMMENSTEIN, indicante Goldast. *de Regn. Bohem. pag. 21.*

Author Speculi Saxonici, quam imperitè CAROLUS MAGNUS venditatus, ostendit Gryphiander *de Coloss. Ruland. cap. 37. num. 12.* substituit.

Erckone de REPKAU. Goldast. *dict. loc.* & in commendabili Præfatione der Reichs-Satzungen. unde vulgari Rhythmo compositi Versus:

Nun dancket allgemeine/
Dem Herrn von Falckensteine/
Der da Graf Hoyer war genannt/
Daß nun in Teutsche Sprach verwandt/
Diß Buch ist worden auff sein Bete/
Ercke von Repke dasselb thäte.

sed de sola versione loquuti: reliqua ad Goldastum examinanda remittuntur.

Glossatorem Speculi Saxonici duplicem, idem facit Goldast. *dict. lib. 3. cap. 3. pag. 294.* Antiquæ Glossæ; *Burchardum* à MANGELFELDT, Sequestratorem Sacri Palatii, quem ἀνισογηνίας, inscitiæ & impudentiæ, illuso nomine ejus, convincit Gryphiand. *de Coloss. Ruland. cap. 52.*) aut *Theodoricum* à BOCKSDORFF, Episcopum Naumburgensem. Posterioris, Scabinum quendam Polonum. Rectius dubio procul Gryphiander, Glossam non unius Authoris esse, *cap. 53. num. 11.* contendit: sed *Burckhardo* accessisse Tamonem à *Buxtorff*, Authorem Glossæ Historicæ; denique Christophorum *Zobelium*.

Ex Collectoribus Juris Feudalis celebrantur, (verba sunt Gryphiand. *cap. 50. num. 11.*) *2. Feud. 6. Philipertus, sive* FULBERTUS (Vielebart, oder Vulbart.) Episcopus Carnotensis &c. *Obertus de* ORTO (Ohnbart vom Orth) *2. Feud. 1.* & *Gerhardus* CAPEGISTUS *Niger*, Consul Mediolanensis (Gerhardt Kopwisch der Schwarz) *2. Feud. 28.* qui ex se non ignoti. Genuinos autem in Rei Feudalis fontes inquisituro (quam viam, controversamque litem monstrare hæc linea recusat) præivit Illustr. Dn. ab EYBEN, *in Elect. Feudal. cap. 1. §. 6. & seqq.* Libros Feudorum *Meriputtanos* ab Illustr. Dn. Collega jam suo Dn. Assess. Imper. Camer. Spirens. *Erico* MAURITIO, quos, adsequendo huic fini, *Mauritianos* appellavit, studiosa interpellatione, Goldastianis & Freherianis juxta non insuper habitis, desiderans.

Ad Jus Canonicum Glossas scripsisse *Joh.* SEMECAM, adnotat Gerhard. *Confess. Cathol. dict. loc. pag. 6.* qui vocatur à Glossa Saxonica *Johannes* TEUTONICUS, der alte Teutsche Doctor; de quo uberius Gryphiand. *dict. loc. cap. 53. num. 5.* Henric. Meibom. *in Chronic. Marienthal. pag. 34. & seqq.* Sagittar. *in Histor. Halberstad. pag. 51. 52.* Ejus Epithaphium in Choro Summi Templi Halberstadiensis, hoc legitur:

Est, erit, atque fuit, qui desiit esse Johannes:
Dogma viget, viguit, florebit & omnibus Annis.
Lux Decretorum, Dux Doctorum, Via Morum.
Hic jacet, & placet, ut vacet à pœnis miserorum.

Ordinationem Judicii Cameræ Imper. Spirens. Anno MDXLVIII. sub Auspiciis CAROLI V. Imperat. confectam, sed sub Augustiss. FRATRIS felicissimo Regi-

Regimine additis Passaviensis Transactionis, & Augustanæ Pacis placitis promulgatam, recepto Regio MCC Aureorum Nummorum Honorario, confecerunt *Casparus* CUNO, *Moguntinus, Utr. Jur. Doct. & Imper. Camer. Jud. Assessor, & Conradus* VISCHIUS, *Electoralis Moguntinus Consiliarius, & Cancellaria Cameralis Director*; qua de re repeto Differtat. *de Cult. Jur. Camer. cap. 7.*

Communium Opinionum, sive receptarum Juris Sententiarum à Johanne Fichardo editum Opus Francofurti, Anno 1571. quatuor Tomis constans; in *Primo* Turfani ab Incisia; Villalupi, Vivii ab Aquila, Gribaldi Mophæ, Clarii Portii & Fichardi: *Secundo*, ejusdem Vivii Librum secundum, Benedicti de Benedictis, & Clari, Opera Raymundi Pii Fichardi: *Tertio*, Scarezii de Ribeira, & Mariani Socini: *Quarto*, Laurentii Kirchovii, cum Libris duobus Michaëlis Grassi, sicut diversis Authoribus, ita magis diversis ingeniis natos labores exhibet.

Discursum Practicum, de Constitutione, Facie, Morbis, & Cura Cameræ Imperialis Spirensis, Anno hujus Seculi XXXIII. indicante stylo, ætate, experientia, opinionibus insertis, composuit æstimatissimus & superius memoratus, LAMPADIUS. Nos, ne pretiosum Manuscriptum pereat, magnam ejus partem in Præfatione ad Rerum in Camera judicatarum Periodos reddemus.

Annotata de Judicii Imperialis Cameræ Personis, Origine & progressu, Ingolstadii sine nomine edita, deberi memoriis *Wigulei* HUNDTII, olim Assessoris, Conjecturas per Epistolam subministravit *Consultiss. Dn.* PLACCIUS: de Viri æstimatione Jul. Magenhorst pass. & Adnotata ad Cuspiniani Cæsares, quæ opinio etiam mihi hactenus retenta, usque dum ex antiquis Manuscriptis alia notitia, sed non firmior de *Adamo Henrico* PETRI, supervenit. Siquidem mihi jam liquidissimum, omnia à manu Assessoria *Raphaëlis* SAILERI profecta: nunc jure meritoque eò remittenda.

Relationem Donawerthensem, à parte Boica, publicatam à *Wilhelmo* JOCHERO, *Cancellario Bavarico: Informationem* Juris & Facti, à parte Protestantium, à *Sebastiano* FABRO, Pro-Cancellario Würtenbergico, & *Ludovico* MüLLERO, *Cancellario Ottingensi*: Necessariam denique *Admonitionem*, Replicarum loco, ab eodem JOCHERO; demonstravimus in Differtat. *de Cult. Jur. Camer. cap. 12.* testes: Goldast. *de Regn. Bohem. lib. 1. cap. 2. pag. 17.* ex Mageri *Indic. ad tractat. de Advocat. Armat.* Burgold. *ad Instrum. Pac. pag. 2. discurs. 8. pag. 66.*

Eodem Differtat. loco, *cap. 12.* ex adscripto ab ipso Authore meo Exemplari nomine, detectus *Author Defensionis, in causa Successionis Freundsbergica, Anno 1602.* editæ; & inter maxima eruditissimi laboris, in intricatissima Facti Specie Testamentariæ, exerciti emblemata, locandæ, *Lucas* GEIZKOFFLERUS, *Doctor.*

Discursus von Kloster-Sachen/ in quo de Potestate Supremi Cameræ Spirensis Judicii, in definiendis illis, & Justitia petitarum Revisionum in famosis quatuor Monasteriorum caussis: quæ sunt des Carmeliter-Ordens contra

Hirsch-

Hirschhorn/ Mandat. de solvend. & restituend. 2. Julii 1597. Speyer contra Baden und Eberstein/ 15. Maji 1598. St. Mariæ Magdalenæ Kloster in Straßburg contra die Stadt Straßburg/ 19. Maji 1598. Carthäuser Orden contra Oettingen/ Mandati, 16. Januar. 1599. (quibus, quo hæc scribimus tempore, succollantibus variis Belli Pacisque Artibus funus ductum) pro Interesse Protestantium; ut & de quæstione: quæ sint Causæ Religionis? (evertendæ Jurisdictioni & intentatæ Actioni pericula faciendi, abolendæque vi Rei judicatæ, promptissimis remediis) quæ Monasteriorum, sive etiam quorumcunque Jura? & connexis eruditissimè agitur, sed indignantibus Catholicis, est *Ludovicus* MüLLERUS, *Cancellar. Oettingensis* jam nominatus, indicio Viti Breitschwerdt. *in Consil. de Jur. Ord. Equestr. circ. Relig. num. 74.* quod Consultationi de Pac. Civil. Relig. data, (quæ videre est in *Vindic. tit. 28. in fin.*) subnecti jussimus. Quibus adde Archiv. Unito-Protestant. *cap. 3. pag. 160. & pass.*

Actorum quoque *Lindaviensium*, pretiosæ diligentiæ & eruditionis Operis; die ohnversehens abgelößte / und der Ertz-Hertzogin Claudiæ, pendente lite, cedirte Reichs-Pfandschafft betreffend/ in Annis 1641. 42. & 43. in fol. editorum Author ibidem monstratus & laudatus *Daniel* HEYDER, *JCtus & Reipubl. Lindaviensis Syndicus.* (add. Recess. Execut. 25. Maji Anno 1649. à Commissariis Cæsareis confectum, apud Londorp. *tom. 6. Actor. Publ. lib. 4. cap. 96.*)

Illi & præter hoc incomparabile Actorum Opus debetur, nunquam satis ab Antiquitatis Germanicæ & Jurisprudentiæ Peritis laudatus Tractatus, *de Advocatiis* (malè Oldenburgerus *Praturas* vocat:) *Imperialibus*, von Reichs-Vogteyen/ (in Liberas Germaniæ Respublicas, cohibendis illarum Regiminibus, promovendis Executionibus in puncto Restitutionis Bonorum Ecclesiasticorum & similibus, neque ad interim, neque perpetuis [ut Aula Bavarica in Consilio proposuit apud Londorp. *tom. 3. Actor. Publ. cap. 152. pag. 1046.*] inducendis) hujusque *Apologia*, contra Consiliarium Episcopi Augustani malè in hoc negotio intervenientem Anno MDCLV. edita: Bella omninò, si Consilium succederet, novis deprædationibus materies!

Memorabilem *Destitutionem Christierni II. Danorum Regis*, ab Ordinibus ejus Regni factam, memorat Historia: Acta res coram Germanorum Regimento, & in Camera Imperiali, sub Inscriptione: Dännemarck contra Dännemarck/ in puncto Spolii & fractæ Pacis Publicæ; Unde Jurisdictio Judicis contra Exteros, in exteris Provinciis agentes tum fundata, nisi ex Prorogatione, non constat. Eorum Actorum, ut conjicio, sicut & Apologeticorum pro Rege editorum Author, *Cornelius Duplicius* SCHEPPERUS, *Cancellarius Danicus*: Victoriam Regis futuram, credente Goldast. *dict. loc. pag. 46.* & videtur, negotio manum quoque admovisse *Fridericum* REIFFSTECK. *Dr. Judic. Camer. Advocatum.*

In

In causa Braunschweig contra Braunschweig/ publicis Typis sæpius jam evulgata *Defensionum* à parte Civitatis Scriptor esse perhibetur *Johannes* RHÆRANDIUS, *JCtus, & ejus Reipubl. Syndicus: Deductionis* verò Historicæ der Hertzogen zu Braunschweig Lands-Fürstliche hohe Obrigkeit betreffend/ ipse DUX HENRICUS JULIUS BRUNSVICENSIS, inter Principes suæ ætatis literatissimus, indicante eod. Goldast. *pag. 24.*

Vasti Operis pro *Justitia Causa Wertheimensis*, contra Episcopum Herbipolensem editi, *in Dissertat. de Cult. Jur. Camer. cap. 11.* laudati; Compilator à Besold. *de Majest. sect. 3. num. 10. pag. 104. Johannes Philippus* RHEINHARDUS, nominatur: sequente Goldast. *dict. loc. pag. 104.*

Qui & detector est Nominis Eruditissimi Viri, qui den gründlichen Bericht/des Heil. Reichs Stadt Friedberg Stand/ Regalien, und Privilegien &c. betreffend. Anno MDCX. edidit; nimirum, vel *Henrici* ROSENTHAL: vel, ut Besoldus putavit, *Johannis* GOEDDÆI, *JCti & Profess. olim Marpurgensis.* vid. Goldast. *lib. 2. cap. 17. pag. 246. & lib. 3. cap. 13. pag. 366.* Scriptum, ut par erat, laudatum *in Dissertat. de Cult. Jur. Camer. cap. 11.* de Authore in utramque partem dubito.

Acta in celeberrima causa Waldeccensi contra Principem Frisiæ Orientalis, ante aliquot Annos publice communicata, à parte Dn. Actoris defensa est à *Dn. Joh. Philippo* WITTSTEIN, *Vice-Cancellario Waldeccensi*; à parte Frisiæ à *Dn. Wolffgango* LAUTERBACH litis excessui advenienti.

Satis de Actis Forensis disciplinæ: merita in publico!

SECTIO VII.

De iisdem, pars altera; ubi & de Scriptoribus Cameralibus & Affinibus.

DE *Jacobi Ayreri Processu Juris* Belialem inter & Jesum Filium Omnipotentis, hæc ex Bibliothecæ domesticæ Exemplaribus tribus adnoto: Primum Libri Typum, & si ita appellare licet, primam inventionem Anno MCCCCLXXV. *sub hoc Titulo* prodiisse: Tractatus Procuratoris, editus sub nomine Diaboli, quando petiit Justitiam coram Deo, & beata Virgo Maria se opposuit contra ipsum, & obtinuit, nec non obmutuit pugna contra Genus Humanum: impressus per Bartholomæum Guldibeck. Postmodum, plerisque mutatis, editum Anno MCCCCLXXXIV. inscriptum nomini Urbani VI. Pontificis, sub nomine, CONSOLATIONIS PECCATORUM, quo tempore in modicum excrevit Opus; Authore JACOBO DE THERAMO, (Ayrerus Jacobum von Theren appellat) *Archi-Diacono Aversano, & Canonico Aprucino.* Hisce demum, ex genio & pietate Seculi XV. facile dijudicandis, successit Ayreriana, si in alia non adeo scandalose elaborata materia, quæ in effectu Deum Christum risui habet, & Apostolos

imposturæ arguit, exercita fuisset, laudatissima Practica diligentia: nescio, an à Diabolo dignis muneribus pensata; nisi quod Virorum Fide dignorum enunciata extent: Actorem Authori, ultimis vitæ animæque curis, inter tristissimas præteritorum Memorias, excessui suo indolenti, fidelis Patrocinii gratiam cum hoc elogio reddidisse: Ipsum, ut Advocatum causam „ Clientis strenue egisse; Oppositas Christo & Apostolis Exceptiones, sibi „ ipsi, si lis instruenda fuisset, pudendas; Usurpatas & passim artes de-„ struendæ adversæ parti, sibi incognitas; Rem cum ipso sibi in posterum „ nullam futuram; gratiisque Actis utrinque discessum. Temerant profecto Divinam Majestatem, qui scurriliter defendunt! Historiæ quidem Fidem accuratam eam habeo, quam vel causæ secessus Sancti Brunonis in Eremum, vel Advocato ab inferis reverso, testatoque prædicanti *Leg. Aurelius. 48. D. de liber. leg.* causam suæ perpetuæ damnationis fuisse, apud Costal. *ad L. 1. D. de Justit. & Jur.* tribuo; quæ vel modica, vel nulla est: „ Exemplo tamen sunto hæc omnibus Pragmaticis, non auditurum olim „ Deum eorum Exceptiones: Defensiones scelestarum causarum osten-„ tandi ingenii & versutiæ causa susceptas: eas magnis stipendiis elocatas; „ Juramenta ex usu Fori, sæpe & in alienas animas, sæpe non à se ipsis in „ suas, præstita: Tractationes suas fuisse, quid ad se, quod Judex non de-„ prehenderit, &c. fingi solitas; magno cum, pridem dilaniatæ & exco-„ riatæ Justitiæ, & morientis, Supplicio. Terreat saltem Historia Brunonis; & elegans Dissertat. de vera causa secessus St. Brunon. in Eremum Johann. de Launoys; ab Illustri Portnero edita.

De *Francisci* BURGKHARDI *Autonomia*, sive **von Freystellung mehrerley** Religion **und Glauben** &c. magnum litigium. Sunt, qui genuinum Burgkhardi partum; dum Cancellarius Coloniensis esset, asserunt. Schütz. *vol. 2. Jur. Publ. disputat. 4. thes. 11.* refert, retulisse ipsi senem Canonicum Coloniæ, se audivisse ex Burgkhardi Filiis, quicquid ibi extat, profectum esse *à* PATRIBUS SOCIETATIS JESU. Alii, præeunte Antonio Possevino, *lib. 1. Bibl. pag. 125.* ANDREÆ ERSTENBERGERO, *iisdem Coloniensi Cancellario*, (quem Scipio Aretinus *in libro de Reservat. Ecclesiast. pag. 121. Andream* EISENBERGERUM, vocat) tribuunt. Denique ANDREÆ GAILIO, rariore Exemplo adjudicat Limnæus *lib. 1. Jur. Publ. cap. 13. num. 19.* Oldenburg. *Limn. Enucl. lib. 1. cap. 11. §. 4.* De verisimilibus Conjecturarum rationibus, in promptu futuris; & ex duabus Schedis famosis; altera 30. Versuum, cujus prior est, An Doctor Gailius abivit? ivit, Commotus discessit Spira? ira &c. ultimus: & Revisoribus quid debetur pro Arrestis? restis. Altera, 12. in Carmine exhibitorum à nonnullis evocatis, nihil attinet dicere. Libri Censuras consignant Schepliz. *in Consuetud. Brand. part. 3. thes. 8. num. 8.* Warem. ab Ehrenb. *lib. 1. de Fœder. cap. 2. num. 50.* Musæ. *de Conv. success. cl. 1. concl. 5. lit. a.*

lit. a. non rejiciendi adeo, qui moderno Seculo contra suorum causam, justa, ut videtur, arma mens non præsaga futuri, sæpè subministravit.

Æquali cum Burgkhardo Fama gavisa est COMPOSITIO PACIS *inter Ordines Imperii Catholicos & Augustanæ Confessioni addictos*, Anno 1629. publicata; & hucusque sub nomine Juris-Consultorum Dillingensium, quia Dillingâ primum exierat, citari solita: ab Evangelicis subvertendæ Paci Religiosæ, stabiliendoque Edicto Ferdinandeo, scripta, accusata. Mallem ego, *ut & in Consultat. de Pac. Civil. Relig. dat. pag. 7.* eam alicui ex Ecclesiastico Ordine Viro tribui; nimirum, ut puto LAURENTIO FORERO, *è Societ. Jesu.*

Editas nuper *Notas in Wesenbecium* à Joh. Richardo Malcomesio, WILHELMI LUDWELLI esse, probant mea, & aliorum Manuscripta, & in Bachovii Treutleriana perpetua, ipsiusque Nota Characteristica, inclinatio (aliis quidem, qui sua, hinc & inde subducta, venditare adsueti; Ludwello autem minus contumeliosa, cum Testamento diris quemcunque, ut memorant, editurum devovisset, objicienda) non dissimulata.

Cum iisdem Ludwellianis, ejusdem, & DINNERIANA nonnulla in manus nostras pervenerunt, digna, quæ publicam lucem tersis Editionibus viderent: quorum præcipua: curiosa & singularis Disputatio de Ovo & Pullo: de Notis contractæ Locationis & Conductionis: de Responsis & Informationibus à Collegiis JCtorum, & Scabinatibus petendis, eorumque Auctoritate: de Denunciatione Evangelica: de præsumpta Donatione, Paradoxon: de facienda contra Debitores Executione: & de constituta Pecunia, Commentarii.

Notæ in Ordinationem Cameræ à JULIANO MAGENHORSTIO prolatæ, *Caspari* KOCHII, *Assessoris*, sunt; Supplementa *Werneri* KOCHII; reliqui Centones ex Mynsingero, aliisque adsuti; quod plenius dictum *in Dissertat. de Cult. Jur. Camer. cap. 8.* Illarum Originale penes me est: Reliquorum ambitiosa copia, sed notabilis, & fida Manuscripta. Observationes novæ Editioni, sed ex Veteri Prudentia adjectæ, horum omnium. Authorem non habent, sed exules sunt erudito Advocato adscribendæ: Nec diffitetur Satyra *in Observat. 84.* ibi: In Camera omnes Procuratores Advocatos quoque esse, saltem nomine, notissimum est: descripsit omnes, sed pessimè, Blumius. Memorati verò Kochii Epitaphium, multis visum, à nemine vel paucis lectum, ferro infusum, hoc legitur apud nos:

„ Clarissimo. Viro. Domino. Casparo. Koch. Bilveldiano. Licentiato.
„ Consultissimo. Qui. primum. duorum. Principum. Electorum. Archi-
„ Episcoporum. Coloniensium. Consiliarius. postea. Imperialis. Judicii.
„ Cameræ. Assessor. dignissimus. factus. Vitam. hic. cum. morte. commu-
„ tavit. Mater. mœstissima. &. Fratres. superstites. posuerunt. cujus. anima.
„ æterna. fruatur. beatitudine. Vixit. circiter. Annos. quadraginta. Obiit.
„ Anno. Domini. MDLIII. die. XIV. Mens. Septembr.

Guilielmi RODINGI *Pandectarum Cameralium*, quanta æstimatio, constat. Notarum Ann. 1660. adjectarum & parentheseos signo inclusarum Authores nobis omnibus agnoscuntur *Dn. Paulus* GAMBSIUS, & *Dn. Bernhardus Dietericus* BRAUER: ille quondam Imperialis Cameræ Advocatus & Procurator: hic tum, ejusdem Advocatus & Lubecensium Syndicus, jam Consul. Anno 1668. editarum cura debetur Illustrissimo *Dn. Dn.* CAROLO AUGUSTO, BARONI DE LEUBELFING, *Assessori Electorali Bavarico*, pridem fatis functo; ut è duobus Manuscriptis, & certissimis aliorum Testimoniis omnes compertum habent: quibus etiam nonnulla addidit honoratissimus Collega beatæ memoriæ Dn. GABRIEL FROELICH, *JCtus & Advocatus Cameræ*: adde quæ dicta *in Dissertat. de Cult. Jur. Camer. cap. 9.*

JOH. VALENTINUM WINTHER, *Consiliarium olim Pomeranum*, præter VENTURÆ DE VALENTIIS nomen, in præscriptione Parthenii litigiosi agnoscit Editio Argentinensis, de Anno 1628. memorandi cum Elogio Operis; si minus sarcasmis, plus Pharmacis actum fuisset, & reme„ dia Gravaminibus responderent! Ingenue etenim dicendum, nunquam „ hactenus in centrum Voraginis suffocandæ Justitiæ descensum; nunquam „ cadaver agonizantis, remoto omni involucro, inspectum; nunquam, „ qui lethalia vulnera inflixerant, latrones de insidiarum structarum tech„ nis, adhibito omni Armorum genere, itinerum ad veram Justitiam ob„ sidionibus, immensisque eorum qui illi defendendæ in Tribunalibus ac„ currerant, removendorum & distinendorum, artibus examinatos; ET, „ SI ID FACTUM, PALAM DIMISSOS IMPOSTORES REM OMNEM „ PER LUDOS ET JOCOS TRANSACTAM. ID VERO ITA SIT! unum, quod à Nobili manu habeo, addo Generosiss. Juvenes, quibus prior Editio se commendaverat, esse quinque Pomeranorum Duces, Christianum von Seele. Philippum II. Stedinensem: Franciscum von Meer, Franciscum, Episcopum Caminensem: Allexandrum von der Oosten, Philippum Julium: Georgium von Waldt, Georgium: Fridericum von Bodewills, Udalricum.

In negotio controversi meri Imperii Reipublicæ Spirensis in Personas Camerales contra Petrum Denaisium (hic enim primæ Disputationis Author) scripta APOLOGIA Operas suas elocavit AGGÆUS ALBADA, *nomine Circuli Burgundici quondam Assessor*; de quo, (excidit enim suis dignitatibus, de Schwenckfeldianismo suspectus) antiqua Manuscripta ad Ord. videnda: de Auctore testis Besold. *in Thesaur. Pract. tit. Cammer-Gericht.*

Et quia in Camerales Scriptores sermo incidit, non transeundus, NUCLEUS RESPONSIONUM *cujusdam Imper. Camer. Advocati* An. 1678. Spiræ editus: cujus Responsiones Epistolares extractæ sunt ex Missivali, ut vocant, quondam *Joachimi* WILLERI, post resignatum Assessoratum Advocati. (vid. nostra *ad Ordinat. Camer. pag. 205.*) Altera ex adjectis Relationibus est defuncti

defuncti Assessoris Burgundi, *Magnerici* BROCQUARD. Formulæ Processus Austrægarum, ex Musæo Advocati, ut omnia, temerè, & sine selectu, ut ex versiculoribus crepundiis purpura fieret, mutuo sumptæ; majori cum emptorum dispendio, quam Scriptorum gloria.

At nullane Cameralibus de vasto Opere ADRIANI GYLMANNI, sub Symphorematis Titulo in quinque Tomos (nam sextus à Wehnero longè post additus) distributo notitia? qualem aliquem vel Gylmannum, vel Gylandrum vixisse, vel illud edidisse, nemo, aut non satis distinctè, meminit: Figmentum verò esse, Illustris, & posteris, quamdiu Tribunali sua vita & honor constiterit, memorandus Assessor, Thomas Merckelbach, *apud Klock. tom. 1. consil. 6. num. 94.* censuit: Necessaria consignata à me *in dict. Dissertat. de Cult. Jur. Camer. cap. 8.* Et nuntium nobis de eo, fallor, si non turpiter! misit „ Goldast. *in Repl. pro Imper. cap. 11. pag. 104.* in verbis: Et Decisionum sex „ Tomos, (quod primum *παρέργμα* est) ante hos paucos Annos edidit Fri- „ dericus Gylmannus (quod alterum) quæ ab Imperatoribus Carolo V. Fer- „ dinando I. Maximiliano II. & D. N. Rudolpho II. (quod tertium) in Ca- „ mera factæ sunt: de cujus tamen fide dubitari vidi. Et retulit mihi Dn. „ Gilckenius, quondam Episcopi Herbipolensis Consiliarius, & in Academia „ Antecessor, in gravissima causa coram Consistorio Principis agitata, pro- „ latam fuisse Decisionem ex Gylmanno: tum, de Consilii sententia, cum „ perscriberetur ad Judicem Cameræ, ut Originalia inspiciundi Copia dare- „ tur, in iis plane diversam & contrariam Sententiam fuisse compertam & „ Gylmannum manifesti falsi fuisse convictum! Ego in re, quæ meri facti est, nihil decerno, placide addens, forsitan, non, ut oportebat, discreta Opera inter se; duo Volumina priora, à tribus sequentibus; nec, à quatuor, tertium; Itemque Relationes. Vota, & Suffragia singulorum, à Decisione Judicum omnium &c. (quod quartum.)

Verum id aliquanto durius, quod Margini sub Lit. a. illevit: Extant „ etiam aliquot Tomi Cammer-Gerichts Bey- und End-Urtheil (sunt Asses- „ soris Christiani Barthii Tomi V.) quæ tamen futiles sunt, & nauci æstimantur. Nollem hæc dicta, vel scripta; namque multa hic in conditione Personarum, Rerum, & æstimatione Studiorum ab ipso peccata; quæ remittimus.

Anno 1577. sub Inscriptione J. C. L. D. C. I. A. Francofurti prodiit *Processus Informativus* Supremis Imperii Tribunalibus usurpatus, von Schreiben um Bericht/und Gegen-Bericht: cujus Literæ Nominis initiales non dissimulant esse *Dn.* JOH. CHRISTOPHORUM LIMBACH, *Doctorem, Camer. Imper. Advocatum & Procuratorem*; nuper Serenissimi Ducis Brunovicensis, in Regimine Hannoverano, Consiliis admotum.

JACOBO BLUMIO, famosi *Processus Cameralis* Editori litem palam nunciavit Bibliopola Spirensis Jacobus Siverts, *in Præfat. ad Edit. Roding.*

„ Anno 1668. in secreto plures; sed periculosiorem, vulgus. *Ille ita:* ver-
„ satur in propatulo, hominem quempiam ex dicta mea nupera Rodingi
„ Editione ea quæ noviter addita fuerunt, eripuisse, & inter sua, quæ mo-
„ litus est, transtulisse. Parco ipsius Nomini, floret autem alienis PLUMis
„ & Floribus quos compilavit, & hortulo suo antea sterili meo cum detri-
„ mento intulit. *Alii* Librum, quantus ille est, prorsus ab eo non profe-
ctum, sed Authorem, qui inde gloriam lucrumve, sive lauream in musta-
ceo quærere, tum non amplius necessum existimavit, Blumio ad eden-
dum tradidisse, ut inde securus post Tabulam Appelles judicia aliorum ex-
periretur, suo præconio, & aliena inde quæsita fama contentum. *Prior*
sane prorsus injustam; judicantibus à nobis olim (*in Differt. de Cult. Jur. Cam. cap. 10.*) Notatis utriusque Libri Emblematibus; & in Rodingo ferè omnia
diligentia accurata, practica, experientissima sunt: In Blumio, è diametro
contraria, hinc & inde malè consarcinata, & in multis Titulis ponderosi
momenti nec verus versiculus; & sæpè non plura sunt verba, (ut ait Anton.
Faber. *de var. Nummar. Debitor. Solut. cap. 21. num. 11. pag. 360.* adversus Carolum Molinæum, *de Usuris*) quam Errata: ut in Vindiciis pro Veritate & Justitia Rei Jurisque Cameralis adversus Errores Pragmaticorum, nondum
editis, ante decennium sigillatim probatum ivimus, & sine cujuscunque
injuria, ut spes est, probavimus. *Posteriores* non probabilem; & nollent
prudentiores, ejus, qui latitare dicitur, Advocati famam adeò incorrecto
Libro onerare. Commentarium verò ad Recess. Imper. Noviss. qui circumfertur, defuncti GAMBSII esse, notissimum est.

Circa miserabilem Germaniæ Statum, & hinc deplorandam Debitorum
& Creditorum causam demonstrandam, pro Creditoribus, sæpe & ipsis jam
miseris, contra Debitores, quorum miseria sæpè plus fictionis, quam Justitiæ & integritatis habet, intercessère duo Libelli: VERITAS INVICTA,
Anno 1645. excusa: & IVONIS RENATI *verum Patrocinium*; quos utrosque conscripsit PHILIPPUS PFLAUMERUS, *JCtus, Advocatus Constantiensis & Uberlingensis:* qui &, ut non vano constat indicio in causa Compromissaria Rheinaviensi, & St. Blasii sub nomine ROBERTI WEISSII, Rechtliches Bedencken/ Rei Juridicæ exhibuit.

Eâque occasione memorandum; INFORMATIONIS sive REFUTATIONIS *contra Deductionem Augustanorum Creditorum*, Spiræ 1671. excusæ in
causa Bürgermeister und Rath Evangelischen Theils der Stadt Augspurg/
contra der Stadt Augspurg vermeynte Creditores, Citationis &c. Editorem
esse JOH. PHILIPPUM SCHÆFFER, *Campidonensem, Juris Licentiat.* quod
litigium ab Illustriss. Senatu Camerali 23. Octobr. 1673. per Sententiam
finitum.

Jus Publicum etiam mentionem fieri jubet Libelli, in quo cum venustate eruditio, hæc cum illa, cum utraque integritas & experientia, licet
non

non sine aliquo affectu, junctim tamen pro salute Reipubl. certant, DIE GRUND-FESTE DES HEIL. RöM. REICHS, von Eitel Friedrich von Herden vorgestellt. de quo varii variè. Non enim desunt, qui nihil in hoc nomine fictionis agnoscunt; Virum Aulæ Saxonicæ Vinariensi addictum: alii ab HEYDEN appellant; & jam, ut confirmamur, Auctoris Nomini honorique proximum: reliqui, Consiliarium alium Ministrumve Saxonicum fuisse scire contenti sunt. Non habet res aliquid certi: Fuisse autem Cancellarium Brunsvicensem, *Johannem* SCHWARZKOPFF, ex Celeberrimi Boecleri Discursibus testari licet. Ex aliorum: fuisse Consiliar. Saxon. *Dn.* HEYDENREICH; qui Germanum generosiorem partum inter temporum successus agnoscere non dedignatus dicitur.

Tractatûs *de Pace Religionis*, JUSTUS SPRINGERUS, serio Author dicitur, qui non est; nam id fictum nomen est: Verum autem PETRI SYRINGII; ut ipse *vol. 5. Disputat. Basil. 20. thes. 12.* & apud Arumæum *vol. 2. Jur. Publ. discurs. 10. dict. thes. 12.* confitetur.

SECTIO VIII.
De Historicis; pars prior.

NOminandi etiam hoc loco HISTORICI, priorum nostrique Seculorum, quorum in vera Nomina per transitum penetrare licuit;

GOBELINUM autem PERSONAM, *Decanum Bilefeldensem, Cosmodromii* sive *Chronici Universalis ab Orbe condito ad usque suam ætatem* verum Authorem esse, non PIUM II. PONTIFICEM, convincunt eruditissima testimonia Henrici Meibomii Antiquitatum Germanicarum peritissimi, Edit. Francofurt. de Anno 1599. præfixa. Eundemque esse adserit, Vir in æstimandis ejuscemodi Scriptis (& præcipue hoc, quod mediante Florario Temporum Gobelinum allegante, Virum Romanæ Catholicæ Fidei aliàs addictissimum, ob Historiam St. Catharinæ, ut novitiam, absurdam & ridiculam in dubium vocatam, magnis discriminibus, cum eapropter ejus Scholia in Hymnos Ecclesiasticos à Theologis Lovaniensibus inter Libros vetitos in Catalogo Expurgatorio numerarentur, objecit) accuratissimus Georg. Cassand. *in Schol. ad Hymn. Eccles. inter ejus Opera, pag. 278.* & *in Epist. 14. ad Molinæum in med. pag. 1095.*

CHERSONESI CIMBRICÆ ANNALES laudatissimos, publici juris fecit JONAS AB ELVERFELDT, *Eques Holsatus*; qui non alius, quam Produx Regius HENRICUS RANZOVIUS, ob alia ab eo in eminentioribus Studiis edita Scripta, illustrissimæ famæ.

EPITOMEN RERUM GERMANICARUM, Historiam Belli Germanici XXVI. Annorum succincta, diligenti, sed partes non dissimulante, ratione, pandentem PAPPUM genitorem habere, certum est; prænomen illi

illi LEONHARDTO; teste Dn. Stirn. *de Constitut. Princ. pag. 364.* qui prævivit diligentissimo styli venustate, & commentandi facultate certè Romanis aliquibus comparando ADOLPHO BRACHELIO; feliciori, quia & de Pace huic scribere contigerat; quem secutus CHRISTIANUS ADOLPHUS TULDENUS, prolixior, non nitidior, Scriptor, suæ Confessioni nimium addictus juratusque; unde immodicum in partes Studium, & in alios infames narrationes; rem quoque suæ factionis apud integriores non mediocriter labefacientes, & stylus molestus: denique Historiam ad Annum LXXII. continuavit HENRICUS BREUER, *Juliacensis*, in curiosa Oratione, narratione dissoluta, hilari, & juxta merum animato genio, sui & Reipublicæ incuriosè negligens; cum tribus Tomis Politicorum, sive Actorum Publicorum, quos suo in Literas amore ductus edidit laudatissimus *Dn.* KINCKIUS, *Coloniensis:* neque procul abest, ut de his tribus in sensum Gustavi Adolphi, Suecorum Regis, de Pappenheimio, Tillio & Wallensteinio, apud Wassemberg. *Flor. German. Edit. Amstel. pag. 306.* censentis, judicetur. Pansa etiam est Historia ad Annum LXXXII. à. Dn. VALCKENIER, quæ examinari hoc loco, ut fateor, alieno dedignatur.

Ejusdem funesti tricennalis Belli, ex cujus initiis orsi sunt *Pappus & Brachelius*, Historiam à nugis & falsitatibus *Eberhardi* WASSEMBERGII, in Floro Germanico Posteritati impositis, maxima libertate ex Militari Experientia vindicavit Author Adnotationum & Correctionum Libro in Edit. Amstelod. Anno 1647. adjectarum; quarum & Author, & rerum gestarum testis est (ut Boeclerus memorat:) Illustriss. COMES DE FüRSTENBERG, *Generalis Vigilum inter Cæsareos Præfectus.*

Funesti Belli Historias, sequitur altera, desideratissimæ Augustæ Pacis: nimirum, HISTORIA PACIS GERMANO-GALLO-SUECICÆ, MONASTERII ATQUE OSNABRUGÆ TRACTATÆ, ET ANNO MDCXLVIII. PERFECTÆ: Irenopoli, Anno 1679. florido stylo, decoraque Fide ac Libertate, Eloquio tamen Satyrico magis, quam Historico, sæpius valde amarulentâ, parentibus in Belli Pacisque Negotiis tractandis admissa peccata, vitia, errores graviter objiciente, industria, rebus tractatis se inter connexis, pandit *Dn.* TOBIAS PFANNERUS, *Sereniss. Saxoniæ Ducis, Lineæ Gothanæ Secretarius*; cujus honerabile Nomen etiam Liber *de diversis Principum Germaniæ Gentibus*, cui isdem stylus, amœna docendi ratio, & judiciorum dexteritas est, Eruditissimis commendat.

FASCICULUS TEMPORUM sive das Bündlein der Zeit / quod sit WERNERI ROLEWINCK, præter testimonium Goldast. *lib. 5. cap. 1. pag. 553.* Chytræ. *de Lect. Histor. pag. 515.* probat & Gryphiand. *dict. loc. cap. 15. num. 15.* ex multis fabulosis, fictis & falsis Narrationibus colligatus, parvoque merito dignandus.

Cum eodem, nescio, an non idem? est AUTHOR FLORARII TEMPORUM.

PORUM, sub hoc Titulo non; FASCICULUS autem in duobus Exemplaribus, quorum alterum, certe pretiosissimum, penes me est, notus; qui, ut ad Gobelinum notatum, *Cassandro* magnas difficultates causatus est; de quo ita ad Bonavent. Vulcanium, *Epist. 13. pag. 1093.* & Joh. Molinæum, „ *Epist. 14. pag. 1095.* scripsit: Scrupulum de vulgata Catharinæ Historia, pri- „ mus mihi injecit, vel certe adauxit, Auctor Florarii Temporum, qui „ summa diligentia ex variis Scriptoribus Historiam collegit, &, quod ma- „ xime probandum est, Auctores suos, unde quodque desumpserit, indi- „ cat; de quo Authore pauca adjicienda putavi: Ei nomen est NICO- „ LAUS CLOPPER, vixitque sub Anno Dom. MCCCCLXXII. ac in Mo- „ nasterio Endomensi Canonicus Regularis, opus hoc amplissimum & la- „ boriosissimum conscripsit, hortatu maximè & subsidio Nicolai Clopper, „ Viri sibi Cognominis & Agnati, Decani Ecclesiæ St. Gudelæ Bruxellensis, „ cui & Opus suum inscripsit, cujus Operis legendi copia fuit; &c.

JOHANNIS TURPINI, *Archi-Episcopi*, ut se appellat, *Remensis*, *Historiam Caroli M.* Scriptoribus Rerum Germanicarum hodie à Reubero *pag. 67.* insertam, falsitatis & ineptiæ ream agit Joh. Gryphiand. *de Coloss. Ruland. cap. 13. 14. 15. & 16.* Authoremque esse suspicatur, *cap. 15. num. 1.* ROBERTUM, *Monachum in Cella Sancti Remigii Episcopatus Rhemensis:* inductus, tum propter inepti styli similitudinem cum alio ejusdem Scripto; tum propter Fabulas de Ense inviolabili, de Gothefridi Ducis admirando Ictu, quo Ammiralium Babylonium medium dissecuit, aliaque Miracula, utrique Libro communia.

Quæ Libelli ineptia, sicut Eruditiss. Gryphiandro ansam præbuit *dict. cap. 15. & seq. cap. 16.* de Scriptoribus Romanzis, ROMANAS dicimus, venusto discursu judicium exhibendi: Ita mihi eadem, ad detegenda nomina otiosorum ingeniorum, quæ tantos impenderunt ad detinendos otiosos Lectores, labores, ut operose dicantur lusisse: Pauca aliquid ex vero afferunt.

SECTIO IX.

De Scriptoribus Fabularum, quas Romanas vocant; & de Maleficis.

PRimogenitus ROMANARUM FABULARUM partus est incondita proles, Liber pestilens, corumpendæ Juventuti exeretus, AMADÆUS, sive Libri AMADISI: de quo Lipsius *in Not. ad lib. 1. Polit. in fin.* Camerar, *lib. 1. Medit. Histor. 82.* Gryphiand. *dict. loc. cap. 16. num. 8.* Hispanum fuisse Authorem & Hispanice conscriptum notorium: quis autem ille fuerit? omnes silent, & verò nomen intercidisse putant: cui sententiæ intercedit authoritas Anton. Augustini *Dialog. 2. Antiq. pag. 16.* ex testimonio Lusitanorum, VASCUM LOBERAM, nominantis: & Laurenbergii; Au-

licum quendam Hispanum, Magicæ rei callentissimum, sub hoc involucro artes Diaboli propagare satagentem, Mahometanum illum, vel Saracenum; Dæmoniacum & Dæmonomaniam professum; Librum vero sub Henrico II. Gallorum Rege, noviter exornatum fuisse; *lib. 3. Histor. 87.* Subit omninò memoriam: an infamis AMADISI; & D. FAUSTI evidenter Diabolicorum &c. lectio, juxta alia non atrociora, sufficiens sit ad Torturam indicium? Responsum (nam in hisce sæpius torquemur) *Amadisium* plerarumque Aularum deliciis sepositum, & ex incestu cum ineptissimis cogitationibus miserrimis amatoribus commendatissimum, Foro & Jure pene non exiisse: *Faustum* verò cum Gratia & Privilegio editum, (abeat autem in malam rem nefandus nebulo Typographus, qui hæc suo scelere, ut sæpius contingit, fronti illinivit) bonisque Auctoribus allegatum, Autumn. *in Collat. Jur. Gall. & Roman. ad L. 3. Cod. de Malefic. & Mathem.* (ita; ut ad supplicium raperetur, ignique cremandus traderetur; sed non in consequentiam) non indecentis; neque puniendæ lectionis esse (quod nollem tam Illustri Consilio excidisse) adeoque nihil prorsus ad Torturam hinc ritè adferri; nisi professio esse debeat? qui illius complexus? non dixerim.) vid. Dn. Joh. Otto Tabor. *Racemat. Crim. ad tit. de Crim. Stellion. pag. 27.* Nescio, an homines crediderint, vel non crediderint? Maleficos-Magos dari? & inde effugiis Excusationes quæsitæ? Quis autem hic modus procedendi usurpandus? religiosus, cautus, solers, & lenis.

EXEMPLUM neglecti vel observati moniti insigne vide in Actis *Ludovici Gaufridi, & Magdalena Paludana*; in quibus de vera fama dubitatum „ (Gramond. *lib. 1. Histor. pag. 22.*) pleraque tamen temerè vulgata, non de- „ ficientibus, qui Parlamento Provinciæ imputarent vanæ credulitatis errorem. Quæstio facti erat, & tamen ultrici flamma vitæ exempti præstigiatores: An convicti? an confessi? videbimus: digna res quæ monito sit præ- „ cipitibus Arrestis non præcipitandis. Res ita se habet: Contigit illo eo- „ dem Anno (1610. an 1611. illud verosimilius) decantatissima Historia „ de Ludovico Gaufrido, Cacomagiæ infamato, deque Magdalena Palu- „ dana illius præstigiis correpta à Dæmone. Ea res verò, ut totam Curiam, „ sic præsertim ipsum Peireskium admodum solicitum habuit, qui univer- „ sam pene Historiam Literis prolixis descripsit. Ac pro tempore quidem ipso „ in eadem cum *vulgo* opinione fuit, movebantque præsertim ipsum *stigma-* „ *ta* illa insensilia corpori utriusque inusta, & Cacomagiæ credita indicia: „ at dubitare postmodum cœpit, num in toto negotio *impostura* quædam, „ aut *stupor animi* latuisset. Placitum tamen semper defendit, quo Curia „ Magum cremari jussit: quippe qui aliàs Sacrosancta Religionis Mysteria „ libidinosus pessum dedisset. Ajebat quoque, tametsi Magi non tantum „ habeant *cum Dæmone*, quantum putatur, *Commercium*; nihilominus Pœna „ afficiendos, ob pravum affectum, quo desciscunt à Numine, & Cacodæ- „ monem

„ monem implorant. Sic, licet *factis unctionibus non transferantur* reverâ in
„ eas Synagogas, in quibus nihil non patrent nefandum; puniendam
„ tamen voluntatem, qua id appetunt, seseque operi accingunt. Quod
„ permovit autem ipsum, impostura fuit, qua non multò post Massiliensis
„ quidam Sacerdos accusatus Magiæ fuit, prodente quodam Dæmone,
„ quem Gaufridus dicebatur in Mulierculam intrusisse. Is quippe Judicio
„ absolutus est, sed corpore tamen toto interpunctus, ut designata à Dæ-
„ mone conquirerentur stigmata, quæ deprehendi nulla potuerunt. Tanto
„ verò magis rem vocavit in dubium, quanto post tres proximè Annos
„ accepit à Winghemio, similem Historiam contigisse in Flandria, hoc est,
„ interpunctum toto Corpore Canonicum quendam, qui tamen denique
„ habitus fuit innoxius. *Documentum sane insigne, ne facile adeò fides habeatur*
„ *Dæmoni, quem Scriptura Sacra appellat patrem mendacii; sive mulierculæ, quæ par-*
„ *tim nativa imbecillitate, partim vehementia vaporum cerebrum exturbantium,*
„ *partim malitia, aut odio, partim concepta, innutrita, defixa altum opinione, im-*
„ *ponere facile potest.* Quod ad *stigmata* illa spectat, hæsit: num revera essent
„ Notæ Cocomagiæ? idque præsertim ex quo agnovit, rem vocatam in
„ controversiam à Martino Delrio, aliisque Viris impensè doctis. Fortè
„ enim posse esse à Natura, pertinereque ad singularem Elephantiaseos
„ speciem; aut saltem posse ipsos Magos eas sibi, quasi cauteria inurere,
„ ac perturbatæ menti defigere, inustionem illam perinde referendam ad
„ Dæmonem, ac referre solent unguenta, quæ ipsimet parant & inter se
„ communicant, confisi, se ipsorum vi ad maligna illa Concilia transferri;
Gassend. *lib. 2. pag. 190. & seqq.* Quæ in usum & Judicium Judicum Crimina-
lium, Advocatorum & Philosophorum formandum, & arbitrium infor-
mandum, serio & justo motu addidi; qui, quanta levitate hinc; illinc au-
stera tyrannide procedi soleat ex Parentis mei, JCti in his Processibus &
Fiscalium Querelarum Narratis librandis, Judicio, sine Controversia, dum
viveret, maximi & solertissimi *Dn.* FRIDERICI DECKHERRI, *Profess. Pan-
dect. in Academia Argentinensi & divers. Imper. Stat. Consiliarii*, & propriæ Foren-
sis Consultationis Actis monitus, & sæpè territus. Verum ab hac digressio-
ne utili, in viam!

Econtra soboles amœnissimi ingenii est Historia SOPHONISBES AFRICÆ, à Zæsio Germanice versa, & Christinæ Suecorum Reginæ dedicata: quæ vel una detectione fraudis circa Miracula à Gentilibus usurpatæ, ut de venustissima inventione taceam, illustris esse meruit; magis autem ob ingenium, Filia in omni Scientiarum genere exercitatissimi JOHANNIS GEORGII TRISSINI, *Vicentini Itali*, quem hoc Elogio decorat Illustriss. Jac. Aug. Thuanus *tom. 1. Histor. lib. 6. pag. 200. circa fin.*

Historiam & Res gestas MAXIMILIANI I. IMPERAT. in Historia Equitis THEURDANCK comprehensas, alii aliis tribuant: verissimum censeo,

juste Gloriosissimo Cæsari laboris honores subtrahi non posse. Licet enim id obscurè testetur Gerardus de Roo, *lib. 8. Rer. Austr. pag. 315.* & Conrad. Decius à Weydenberg *in Præfat. ad eund.* Omni tamen exceptione majus est testimonium à Dn. Placc. *Anon. Num. 355.* allegati Sebast. Francken, Historici coævi: & magis, Joh. Cuspiniani, individui ejus Comitis, Medici & Historiographi, quem veritas latere non potuit, *in Historia Vitæ ejus pag. 486. Edit. Francofurt. de Anno 1601.* à qua tamen Editores Libri subinde manus abstinuisse, non adfirmaverim. Quo vero in statu ipse Liber & olim fuerit, & hodie sit, in Augustissimi Bibliotheca Vindobonensi, videndum in Illustriss. PETRI LAMBECII, *Bibliothecarii Cæsarei*, Commentariis.

HERCULEM & HERCULISCUM &c. magnæ molis Fabulam, in qua plus largitionibus erogatum fingitur, quam avara Potentissimi Principis gaza sibi asserere auderet, non negante principio Libri matutinas ad Deum Preces fundente, & universo complexu ejus, Theologi Filium & Nepotem esse, dudum existimatum: Fictor est Superintendens Brunsvic. *Dn.* ANDREAS, *Joachim Frater*, BUCHHOLZ.

SYRIACA ARAMENA felicior; Vita pluribus Tomis descripta: Amator ex Augusta Selenica stirpe. Sereniss. Principe *Dn. Dn.* ANTONIO ULRICO, ter incluto *Brunovicensium & Lüneburgensium Duce* non indignus labor, & Amores Regii.

Satyrici illustris Barclaji, qui se EUPHORMIONEM LUSININUM appellavit, in Part. V. Continuator erat ALITOPHILUS, cum veritatis lachrymis, Johannem Barclajum, amœnissimi ingenii Virum, & quem, suo merito, omnis elegantiæ compendium, Forstner. *ad Tacit. lib. 2. pag. 232.* colit, assecuturus, MORISETUS legitur, non MORISOTUS, in ejusdem Forstner. *Epistol. pag. 131.* Invito mehercle, in aliis ad Statum Rei Germanicæ directò spectantibus, testimonio; ut ejus Epistola Apologetica testatur; & umbras tanti Viri publicationi illarum Epistolarum restituras, quis dubitat? Aliter ad Amicum scribentis, aliter publicæ Europæ luci secretiores animi sui sensus aperientis: Videant itaque, quantum authoritatis conciliandum illis Epistolis, quas tam insignibus amoribus deperimus! Sed quod ad *Alitophilum*; nunc magis puto, Typographum in cudendo Nomine errasse, legendumque MORISOTUS, cujus Orbis Maritimus, magna cum celebritate inter Opera Grotii, Seldeni, Graswinckelii, Strauchii, Loccenii, Stypmanni, Jura Maris persequitur.

Inter Satyrica Scripta hodie etiam censeri meruit HEUTELIA, sive Descriptio Itineris à duobus Germanis per Helvetiam confecti. Exules, ut vocantur, GRAVISETHUS, *Nobilis Bernensis*, qui Satyræ Author, & notissimæ in Suevia Familiæ infelici Besoldiana Affinitate claræ, *Dn.* BREITSCHWERDT. Adjecta est clavis, sed sane pauca referans: addamus, quæ conjectatu non difficilia, & partim aliunde comperta: *Tircomgum*, esse d.

Würtem-

Würtembergicum Breitschwerdt; qui & *Latigladius* appellatur: *Boltarigiam*, Balliage de Lausanne: *Cleromagum*, St. Gallen: *Castelloburgum*, Wifflisburg: *Cogentium*, Theodorum Zwingerum: *Corinos*, Norimbergenses: *Dilmunum*, Milden: *Genifferum*, Feringerum: *Geirocampum*, Königsfelden: *Galenum Sibaritem*: & Successorem Regium (*pag. 218.*) Jacobum VI. Regem Angliæ: *Balladin*, Davidem Rizium: *Pompejum Naborium*, Ducem Rohanæum: *Ducem Guessanum*, Carolum Burgundum: *Pearum*, Davidem Paræum: *Tafibrium* & *Firbatium*, Fabritium: *Transcaucasistas*, Italos: *Zollbemium*, Molzheimium in Alsatia: *Druidam Aviburgensem*, Johannem Schmidium, Theolog. Doct. & Profess. Argentinensem: *Ramuthum & Thamurum*, Murten. &c.

Ipsum autem mendacium ad stupendos ictus & casus, in Libro Rhytmico, das HELDEN-BUCH genannt/ narratos, obstupefieri credo: quærunt in Fabula aliquam prisci Idiomatis Germanici sive Francici Notitiam Publici quoque Juris Doctores; quia ex antiquissimis temporibus ad nos pervenit: (vid. Freher. *in Comment. ad Constitut. Caroli III. de Expeditione Romana sub lit. g. y. & alibi pass.*) Autumant etiam aliquid veritatis subesse: & multa Vicini Vangiones de hac loquuntur: quod non affirmo. Fortissimæ scil. fictionis Narrator tamen creditur WOLFFRAMUS AB ESCHENBACH.

Sed his derelictis, ad seria, saltem minus ludicra & jocosa, utut non minus ficta, abeundum.

SECTIO X.

De Relatoribus ex Parnasso; felicibus, & infelicibus.

TRajani BOCCALINI, *Relationes ex Parnasso* (speciatim earum Centurias, primam & secundam) non Cardinali Cajetano adscribendas, sed illi ipsi vindicandas, testis est incomparabilis Viri in Politicis Prudentia non in illis solum, sed vel maximè in ingeniosissimis Notis in Tacitum, à Republica Veneta Christinæ Suecorum Reginæ donatis, & nunc Italico Idiomate Cosmopoli (Genevæ, ut videtur:) Typis mandatis: testatur consonans ubique ingenium, lepor & interpretationis profunditas, juncta cum constantissima & illæsa fama. Post, ob Hispanicæ Monarchiæ liberaliorem censuram & exagitationem illi exitium improba sicarii, ab Hispanis, ut creditur, subornati manus, in Foro St. Marci Venetiano intulit, *Caji Cornelii Taciti Martyri!*

Quod *Lapidem Lydium*, den Politischen Probierstein/ concernit; ejus Scriptis sæpe sine, sæpe cum Nomine del *Pietro de* PARRAGONE adjectum, *Cardinalis* CAJETANUS Author est. Id precor:

Indoleant luctuosis vitæ ejus mortisque fatis lachrymis stipendiariis Politici, & justis cineribus ejus persolutis, victimas insuper ipsi cædant,

ineptos, absurdos & furiosos homines, qui, subrepto *Boccalini* Nomine, in cudendis famosis Libellis, & scelestissimis invectivis, abutuntur: Addant & illos, qui ingenioli sui excrementa sub eodem, & *Relationum* nomine occulentes, nisi deprecentur, ostiatim stipem petere, & cum sacco per Parnassum pontificare, stercora pro auro venundantes, prehendentur.

Excerpta ex Actis Senatus in Parnasso, Apolline Senatum habente; Coss. Liberio Germano, & Desiderio Gallo, de gestis adversus nonnulla Capita Dissertationis Politicæ de Tractatibus inter Regem Christianissimum & Carolum Lotharingiæ Ducem, Anno 1663. edita; à nonnullis, malè omninò, sub Præscriptione: *De Jure Galliæ in Lotharingiam*, evulgata sibi, repudiato „ hoc Titulo, vindicavit Celeberr. BOECLERUS: quod enim non statim „ Nomen apposuerit suum, ea causa factum esse existimari oportebat, „ quod eliciendæ judiciorum libertati magis ita convenire videbatur. Sta- „ tim tamen decrevit, ultrò manifestare, id est, legi parere quam sibi ipsi „ dixerat, ne quid unquam suppresso Nomine ab ipso exiret. *ex Epist. sive Præfat. pag. 2.* Cæterum de Negotio ipso olim lepide *Hugo Grotius*, cum res turbaretur, ad Jacobum Puteanum Francofurto Anno 1634. in hunc sen- „ sum scripsit: Adversus Lotharingum videmini mihi non multo aliter „ agere, quam is, qui, cum trabe Caput alterius percussisset, ei, sibi ut „ caveret, inclamabat. Post vim non deerit Juris Species? *Epist. 168. pag. 362.* Ut autem Jure, ut Armis, ut Transactionibus Controversia acta gestaque sit? vid. informantes Gramond. *lib. 15. Histor. ad Annum 1625.* Minister Card. Richelii *lib. 9. per tot.* Pacta Gall. *apud Mazarinéum*, Tractatus Pacis Pyrenéæ, & Noviomagensis.

Ex eodem Parnasso, sed infeliciter, *de Scriptoribus Prudentiæ Civilis novissimis*, ad Senatum Eruditorum retulit, *Eubulus Theosdatus* SARCKMASIUS, toti Germaniæ notus: In quo Libello, sicut multa ingenuo studio, & cordato sensu, prodita sunt, ita non poterat non opprimi, qui in negotio judicandi operoso, contra viventes, quorum Censura difficilis, citra vocationem legitimam, immixtis hinc inde scabiosis personalibus, ut vocant; non alia, quam sua vi nixus, non sine ambitionis specie versari voluit. Quamvis hoc illi invidendo solatio; ex Viris tum in Judicium (quod tamen in generalibus, ut Pragmatici loquuntur, Articulis se continuit) vocatis, aliquos magis se suamque famam, animorumque præcipitando præcipites motus, Censuræ exposuisse in se defendendis, quam ille exposuerat in judicandis. En! atrox & horridum Scriptum, sub Emblemate: *Canis sub fustem remissus:* fulgur ejus quem proximè nominavimus; affectus impotentissimi! Porro castigatus est *à Labrone à* VERASIO, in Satura Sarckmasiana publice detecta: quem ipsum *Schurzfleischium* fuisse, Amico, nihil enim similitudinis vel in animo, vel stylo, attestatur, Burgoldensis credidit. Alter *Petrus* NASTURZIUS, de Judiciis Sarckmasianis, multa etiam verè,

pro

pro salvanda eruditi Seculi & Amicorum publica & prospera æstimatione, Oratione nec dura nimis, nec plus, quam rei status exigebat, mansueta & molli commentabatur, Dignitate Senatoria in Patriâ, & egregio apud exteros memoriæ censu illustris, *Joh. Ludovicus* PRASCHIUS; cui de Bono Cive φιλοσοφήμενα cum compluribus aliis Philosophia Moralis debet. Hæc acta palam: Continuavit tamen illis procellis non territus, aut confusus, Judicia Sarckmasiana *Galliottus Galliaceus* KARELSBERGIUS, *Teutoburgensis*, eodem animi stylique robore; an audacia? Ubi ad Tribunal Censorium vocati; Feldenus; Loccenius; Pisetzkius; Hesenthalerus; (servo constitutos ab ipso ordines) Gockelius; Brandisius; Felwingerus; Textor; Winckelmannus; Teutoburgius; Relsendso; ab Efferen; Schmidelius; Multzius; Mylerus; Author Mediorum Pacis in Imperio conservandæ; morientis Poloniæ; Consilii pro redintegrando Polonorum Regno; Auberius; Author Reginæ Christianissimæ Jurium in Brabantiam; Graswinckelius; Klenckius; de Roy; Hobbesius; & Scharockius: à nemine alio, nisi nominatissimo *Conrado Samuele* SCHURZFLEISCHIO: quæ, sub tunica acta, scriptis ad nos pervenerunt: An autem fugitivarum animadversionum in hæc judicia scriptarum ipse Author sit? me latet; nam esse, nequaquam crediderim. Seditio minori, quam creditum, mora, oppressa; & ultima prorumpens, honeste cohibita fuit!

SECTIO XI.
De Historicis; pars altera.

INter HISTORICA: *Jac.* GUALTHERII, *Chronicon Chronicorum Politicum*, nomini plerique adimunt, substituto ex Conring. *Bibl. Aug. pag. 72. Jano* GRUTERO. Qui salvari Librum Gualthero volunt, huic eadem, quæ mox memorando Carioni adversabuntur, fata augurantur; Chronicon ipsum à Gualthero profectum, secutis postea Additionibus omnia Grutero attributa; cum tamen ille ad esse contulerit, hic ad benè esse; ille genitor Libri, hic in justum volumen educator, extiterit.

Johannis CARIONIS *Chronicon*, tenue Opus, natalibus suis fortuito excidit. Poppelinierius ex Epistola Dedicatoria à Peucero præfixa omnia habere videtur; ita enim ea loquitur: „Occasio nominis hujus inde extitit, „quod cum *Joh. Carion* Mathematicus, ante Annos quadraginta cœpisset „contexere Chronicon, & recognoscendum illud atque emendandum, „priusquam Prælo subjiceretur, misisset ad *Philippum Melanchthonem*, hic, „quod parum probaretur, totum abolevit una litura, alio conscripto, cui „tamen Carionis Nomen præfixit &c. *in Præfat. pag. 21.* Sane Libellus Carionis penes me integer est, paucorum dierum labor, superiori Seculo à lituram unam non ferentibus in lucem datus: Et ipse *Peucerus* in Edit. Francofurt-

cofurt. modestiam Soceri præteriens in Anno 1594. non ejus solum, sed & suum Nomen prolixo jam Operi præscribere voluit.

Catharinæ Medicéæ Reginæ Matris Vitæ, Actorum, & Consiliorum stupendam eamque veram narrationem, ut & *Casparis Colinii* Magni quondam Franciæ Ammiralii, Vitam; conscriptas esse à *Jean de* SERRE, sive *Johanne* SERRANO, sive (quod sæpius prætuli Nomen, SERRARIO, cujus mentio inter Placc. *Anon. Num. 158.* facta:) ex multis & probabilibus Conjecturis, quarum ratio Libris coæva est, mihi constat.

Sub eadem Catharina infamis lanienæ Parisiensis defensor *Michaël Seureus, Eques Hierosolymitanus*, coram Ordinibus Regni Poloniæ fuit; adversus cujus defensionem contraria admodum virulenta defensio Anno 1572. sub nomine *Zachariæ* FÜRNESTERI, à Gallo quodam in Germania profugo edita est; qui est *Hugo* DONELLUS, *JCtus*, Replicarum vero, vel magis, *Præscriptionis* pro Monlucio, Episcopo Valentino, cujus Nomen & Pudorem ille admodum sugillaverat, Author est *Jacobus* CUJACIUS, „ *JCtus*, in hoc scribendi genere quidem non exercitatus, & aliis gravioribus „ studiis occupatus, tamen amicissimo Viro hoc Officium minimè dene- „ gare voluit, & interim, quid in simili argumento posset, luculenter ostendit. Epistolæ sub *ornatissimi Viri* Nomine ad Stanislaum Elvidium, ejusdem argumenti scriptæ *Vidus* FABER *Pibracius*, majore cura, ornatu & artificio testimonio Thuan. *tom. 2. lib. 53. pag. 843.* quem sub Nominibus *Petri* BURINI, qui Guilielmo Paponi inscripserat; & *Stanislai* ELVIDII, pari vel etiam majori acerbitate, quam Fürnesterus fecerat, Epistolæ ejus Author proscinditur, Galli refutarunt.

Narrationum Cædis Ludovici Borbonii, hujusque Principis Epitaphiorum Compositor ex parte est omnium compilator, *Henricus* STEPHANUS, *Parisiensis.*

Les Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medices, sive, *Memoria Regiminis Reginæ Mariæ Medicéæ*, Viduæ Henrici IV. Gall. & Navar. Regis, Parisiis Anno 1666. editæ, Scriptorem *Cardinalem* RICHELIUM habere; ex justis fundamentis dicuntur in Ephemerid. Erud. *Gall. 11. pag. 137.*

Author vulgatissimæ Schedæ *Historias Amorum in Aula Gallorum Regia*, pandentis, sub Titulo: *Les Histoires amoureuses des Gaules, ou les Amours de la Cour de France*, est Dominus de RABUTIN. vid. *la Connoissance des bons Livres chap. 4. pag. 413.*

Ministerii autem *Cardinalium* RICHELII & MAZARINI, unum Authorem scripsisse minus accurate credidisse videtur Burgoldensis. Consentire enim volentem retrahit manifesta, styli, ingenii, judicii, & scopi, qui in utroque Libro sane penitus diversus occurrit, discrepantia; & quemadmodum multum Historiarum continet Richeliacum; ita plus acuminis Politici habet Mazarinéum; plus etiam Gallicæ sagacitatis: Nec, nisi pleraque hiulca

utrin-

utrinque essent & destituta, deerat Conjectura, Mazarinum Stellis STELLAM ambitiose inseruisse; nisi ejusdem Cardinalis Secretarius SILLONIUS, sive *Sieur* DE SILHON, dans le Livre de Ministre d'Estat, sua sibi Monumenta reddenda nec aliis adscribenda demonstrasset, quod jam factum!

Notarum verò *Politicarum* Richeliaco adsutarum quis Scriptor? ignoro. Est in illis aliquis labor, licet malè de ejuscemodi laboribus ominetur in„ dignabundus Thuanus, *in Præfat. ult. ad Libr. Histor.* Notas enim, quas „ Stulti Politicas, vocant, suis Historiis quendam adspersisse, ineptas ac „ frivolas, conquestus: à quo rarò, hic tamen plus declinando, dissentiendum.

Neque, ut juxta viam moneam, Historiæ Bibliothecariæ Conjectura defuit, de ipso *Armando* RICHELIO, Galliarum maximo, in Pseudonymorum Familiam adsciscendo; cum adversus Petri de Marca (Archi-Episcopi, cum alterum pedem in tumulo haberet, Parisiensis) de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ operam OPTATUS GALLUS insurrexisset: de quo ita Paulus Fagetus, in ejus Vita, intensa, nec hîc adoptata, vel optanda, Oratione, „ *pag. 38.* Eodem ipso Anno (1640.) prodiit famosus quidam Libellus, *sub* „ *Optati Galli* nomine, duo Volumina, *de Libertate Ecclesiæ Gallicanæ* recens „ edita graviter insimulans, quod ex eorum lectione Schismatis periculum „ pertimescendum esset, cujus Authorem fore RICHELIUM ambitione „ Gallici Patriarchatus atrociter (Marca,) præsagiebat &c. & mox: Postea „ editus est Liber Consensus Hierarchiæ & Monarchiæ inscriptus, qui lar„ vati illius Optati furiosam petulantiam fortiter & eloquenter retudit. Præparationes dissensionis videat Lector in G. B. Gramondi *lib. 15. Histor. Gall. post med.*

CHRONICI PARVI AUGUSTANI, ita allegant, quia Nomen non præscriptum, von viel und mancherley Historien in viel Landen und Gegenden geschehen von dem Jahr 903. biß auff 1521. Author dicitur *Conradus* PEUTINGERUS, *JCtus*, apud Goldast. *dict. loc. lib. 4. cap. 8. §. 3. pag. 473.*

SECTIO XII.

De Poëtis; ubi Pan (Imperat. Cæs. Aug.) Filio auctus in Bucolico exhibitus.

IN POETARUM Anonymorum laborum censu collocandi *Libri tres Hieracosophiæ, sive de Re Accipitraria*, Lutetiæ Anno 1584. per Typographum Regium editi; quorum licet in princ. libr. *Scævola* SAMMARTHANUS, Author laudari videatur; tamen illi merito (cum alter solius *Pædotrophiæ*, quæ etiam penes me, & ex ejus dono Melissi facta est, Compositor fuerit:) adscribendi Illustriss. *Jac. Aug.* THUANO, ejusque judicio, & congenitæ venustati: uti ipse non solum non dissimulat in *lib. 2. de Vita sua pag. 22. & 29.* sed

„ & laudati Melissi manus, ita præscribentis: Ex dono Jacobi Augusti
„ Thuani, Æmerii, Consiliarii Regii, Auctoris, cujus Pater fuit Cancella-
„ rius Alensonii. Lutetiæ 1584. Mense Quintili: testatum facit.

PASTOREM FIDUM, Pastorale Opus, ab Italis inter speciosissima & eminentissimi spiritus Poëmata locatum, *Baptistam* GUARINUM, lectissimum Equitem Ferrariensem effinxisse; ut & eundem, *Defensionis contra Jasonem Denorem, Cyprium*, sub nomine VERATI publicatæ Authorem esse, memorat Thuan. *lib. 5. Histor. lib. 99. pag. 102.*

Commentarius in Satyras Persii, sub CORNUTI Nomine ad ACRONEM pertinere dictus, neque repugno; sed quia ejusdem Cornuti etiam in Virgilium Notæ extant, submitto: an non pro retinendo priori nomine etiam in Persianis sequentia valere debeant? Macrob. *lib. 5. Satur. cap. 19. pag. 437.*
„ ita: Hanc Virgilius non de nihilo Fabulam fingit, sicut Vir aliàs Doctissi-
„ mus, *Cornutus* existimat: & mox; sed me pudet, quod tantus Vir, Græ-
„ carum etiam doctissimus Literarum, ignoravit Euripidis nobilissimam
„ Fabulam Alcestim &c. Aul. Gell. *lib. 2. Noct. Attic. cap. 6.* ita: Nonnulli
„ Grammatici ætatis superioris, in quibus est *Cornutus Annaus*, haud sane
„ indocti, neque ignobiles, qui Commentaria in Virgilium composuerant
„ &c. add. Henr. Ernstii *lib. 1. Observat. cap. 7.*

Inter Poëtas dubito, an rectius inter Historicos referam *Anonymi Episcopi, sive Abbatis Libros tres de Henrici IV. Roman. Imperat. Expeditione contra Saxones* (apud Goldast. *in adj. Repl. pro Imper. pag. 20. & seqq.*) quos RUPERTUM, Goslariensem Præpositum, & postea Babenbergensem Episcopum Anno 1075. in Regio Comitatu scripsisse opinatus est Goldastus: Quam verò opinionem revocavit, *in Dissertat. de Author. pag. 14.* Quod de Ruperto
„ Præposito Goslariensi adscriptum est, nunc muto, & nolim factum.
„ Quippe memoriam meam decepit nominum Ruperti & Rulandi initia-
„ lis Affinitas. Rulandum autem quemdam pro Henrico IV. Imperat. scrip-
„ sisse in rerum gestarum monumentis legeram, inde ad Ruperti Conje-
„ cturam perveni &c. additis tamen, de ipso, de Cæsare, de temporum
„ injuriis, singularibus; quæ commendamus, etiam latitante Authore.
„ Cuspinian. *in Vita Henrici pag. 283.* scripsit quidam Carmine Heroico Bella
„ quæ in Saxonia Henricus gessit, Versu quidem triviali, (ut tempora erant:)
„ quibus quisque maluit scribenda facere, quam facienda aut facta scribere.
„ Si quis & hunc incertum voluerit legere Scriptorem, Operis quod tres
„ continet Libellos, initium hoc est:

Henrici Regis volo dicere Prælia Quarti, cum seq.

Carmina verò, si quæ unquam, veri Spiritus Poëtici, ingeniosissimarum inventionum, & tersissima Eloquentiæ abhinc viginti pluribusque Annis multa publicata, partim nullo, partim nomine per Literas initiales designato J. C. K. & C. K. ingenium Viri illustre famæ offerunt: Is est Dn.

Johan.

Johann. Christianus KECK, *JCtus, & Consiliar. Aulic. Badensis, Lineæ Durlacensis*; Patria mihi, & aliqua necessitudine conjunctus, cujus alia quoque ad Invictiss. Imperatorem; Reges; Galliarum, Daniæ, Sueciæ; Electores, Brandenburgicos, Palatinos; Principes, Badenses aliosque Heroës Scripta exstant. Quæ si uno in Volumine comprehensa edita fuissent, haberet Orbis Eruditus ipsi maximam gratiam, & ille post excessum fulgentissimam gloriam. Sed illam mortuo rependere non licet, & hæc se ipsa major est; cineres ejus fatali omnibus urna captos memoria Seculi componente. Ne autem omnia una perire sinat Posteritas, & quis temporum proximis Annis status; quis Regionum ad Rhenum; quis privatorum metus & spes irrita; terruerit homines, vel levaverit quosdam (nam tales inventi sunt;)

Qui tacito mutos volvunt sub pectore questus.
Non ausi timuisse palam :

(Præcinente Propheta M. Ann. Lucano *lib. 1. Pharsal.* nimium ut putant veridico:)

Quoties Romam fortuna lacessit
Hac iter est Bellis!

Noscatur; reddo unicum Lectori Poëtæ, Virgiliani æmulum, Carmen; quod est:

PAN FILIO AUCTUS
BUCOLICON
AD
CUNAS REGII PRINCIPIS
Augustiss. Invictissimoque Imperatori Cæsari
LEOPOLDO
recens nati Anno MDCLXXVIII.

PAN FILIO AUCTUS.
BUCOLICON.
DAMOETAS. LYCIDAS.

Dic mihi, quale canis tam duro tempore Carmen?
Nunc animi læti subeunt tibi, verbaque læta?
Aut, si non animi læti tibi, verbaque læta,
Qui canere omnino, Lycida, potes? Alsata culta,
Ex quo rura vacant, octo numeramus aristas,
Tot vervacta magis. Nam qui numeramus aristas?
Nulla fuit messis. Pecoris fugere magistri.
Impius omne pecus villarum miles abegit;
Opilio quid agat, rapto grege, quidve bubulcus?
Miles

Miles equos etiam rapuit, nec sprevit asellos,
Tardum animal, furesque sequens non passibus aequis.
Per centum villas nulla est gallina, nec ovum,
Nexa catenatim præterquam quæ parit anguis,
Sola casas habitans, ex quo cessêre Coloni.
Nam nos hinc alii glaciales vivimus Alpes,
Pars Styriam, & rapidum Bojorum venimus Istrum:
Pars sumus, Hercynios ubi pandit Suevia saltus,
Suevia, væ miseris nimium vicina Tribocis!
Fax hominum, pertæsa famem, dat nomina castris,
Panem armis quærens libertatemq; nocendi.
Ex actis apibus crabrones alvear opplent,
Alvear heu! cassum mellis, quod condidit olim.
Est usum mel sorte pari, cum nectare Bacchi:
Relliquiæ furum plenis periêre lacunis.
Horti vastantur: non asseruêre salutem.
Arboribus sua poma, sua non vitibus uva:
Utrasque excidit rabies horrenda latronum.
Pabula Vulcani quin nostra mapalia fiunt:
Est nihil ex plerisque super, quam postis adesus;
Effigiesque Deûm & tot seclis culta sacella
Non jam thure dato, sed vitro & sulphure, fumant,
Quoque feram patriam redolet nidore tabacus.
Omnibus hisne putem silvis tot crescere quercus,
Aut, si deficiant quercus, abiegna tot extent
Ligna, quibus reparent hæc rudera pace renata,
Victuri? sed cura quidem manet ista nepotes;
Si tamen ipsi olim gaudebunt pace nepotes.
Quis carros, quis aratra dabit? Sunt igne cremata
Rastra, nec æs superest, redimatur ut usta supellex.
Æs omne emunctum est, ærumque vocabula crescunt,
Quæ capere insuetâ dum discimus aure, solutum
Rustica consumsit Patrimonia mille minerval.
Præcisa agricolæ est lucrandi occasio nummi,
Et rerum pretiis inopes vexamur adauctis.
Scortea nonne vides ut me vix penula cingit?
Hanc tamen ah! quantis tauro pelearibus emi!
Hæc tegumenta pedum sutori ut solvere possem,
Frumenti modius migravit, & amphora vini.
Frumentum hoc vinumque diu defossa tenebam,
Ne mihi surriperent fures: & miror, ad Orcum
Condita cùm magicis reperissent artibus, horum
Nil reperisse tamen. Panis tria crusta salisque
Addere tres micas me jusserat augur Jopas.
Num custodierint hæc, nescio. Salva retexi
Ipse dein, vanumque dedi, ne nudus abirem.
Hic status est rerum patriæ, sic vivitur illîc.
Quid mirum, si lætitiæ instrumenta quiescunt?
Præ lituis hilares ruris tacuêre cicutæ;
Nemo canit: nulli resonant Amaryllidis ignes:
Utre cavo: pagi non Ambarvalia curant.
Nec sacra funeribus patrum polluta juventus.
(Miles ab hibernis egressus febribus arva
Implevit, febres vacuarunt arva Colonis)

Annua

Annua rite facit: mærent quoque voce repressâ
In campo volucres super ex animalibus una.
Sola gemit turtur, nulla exauditur acanthis.
Tristis alauda silet. Sua trux sub vespere sero.
Omnia bubo tonat. Lycida bone, quid tibi mentis?
Quid tibi nunc animi! Tu scis hæc cuncta, canisque?

LYC.

Quas mihi, Damœta, memoras, verbose, querelas,
Non equidem ignoro, misereor magis: ipse reliqui
Jugera bis centum pinguissima; quippe profundos
Condieram sulcos lætamine: messis eorum
Horrea rupisset: sed non mea mansit: & ipsa
Nunc inculta jacent, & habent vice farris avenas.
Eccui poma ferent, missum genus Ausone terrâ,
Insevi quas ipse pyri? quis amygdala carpet,
Prunaque grata recentia, grata trahentia rugas?
Mala quis Armenia, arbusta aut quæ Persica quondam
Progenuêre domi virosa, salubria nobis?
Hirsutas quis castaneas, lapidosa quis intus
Mespila, quæque sua primos ex arbore fructus?
Fur idem ille, reor, carpet, qui cætera carpsit,
Qui quoque nostra olera, & luctucas carpsit, & herbas.
Luxuriâsse quibus patrios cognovimus hortos?
Sed, quod acerbius est, nostris qui vescitur agnis
Helluo, qui nostris sua bubus edulia farcit.
Et botulis fumo extractis, pernisque suillis.
Omnia ea amisi: rapuerunt omnia fures.
Nam, mihi quæ patriis errabant montibus agna,
Montibus, heu! vanum quêis das concordia nomen,
Si super, atque bonum numerus foret, unde replêram
Mulctras mane decem, sex serò, famelicus ervum
Non ederem siliquis excussum, ut cernis, & asper
Ante Jovem victus non me pro pane cibaret.
Ah! modo salva foret (sed enim despero) capella
Quæ procumbit ibi, & sensim languentius balat.
Divitiæ extremæ miseri! DAM. *Quæ fascina perdunt*
Hoc animal grave (namque gravis tua capra videtur)
Quodve malum afflixit, Lycida? LYC. *Num sit gravis, anceps*
Hæreo; namque caper custodit equile Tribuni
Insidiis pridem exceptus. Semel illa gemellos
Est enixa domi. Sed agi dein ubera cœpta
(Fugimus interea) lac amisêre capellæ.
Hinc hœdi periêre siti; morientibus hœdis.
Et nostrâ cessante fugâ, jam lacte recepto
Non iterum frustra pressavimus ubera palmis,
Mater & huc sospes venit: processit aquatum
Sic quoque heri saliens ad notum flumen Anisi;
Hei mihi, ne redeat luxato crure, verebar;
Tantos præcipiti saltus in littore fecit:
Et (nec eo inficias) hinc rejicienda fuisset.
Proxima nam fluvio, si quis violentius instat,
Cedit arena pedi, & ripa male creditur alta.
Sed nihil hoc nocuit; nocuit serpsisse fluentum.

Hausit aquas saniemque simul, qua fluxit in amnem
Desuper ex arvis, ubi millia multa virorum
Semisepulta jacent. Sanie mox tussiit haustâ,
Et bis terque cavos flens lumina torsit in orbes,
Et simâ dominum respexit nare misella,
Procubuitque, datasque herbas gustare negavit,
Nec cythiso recreanda dehinc, nec flore salicti.
Nunc moritur, luctuque mori me mortua coget.

DAM.

Cùm tamen interea cantes, qua gaudia curas
Dispellant, agedum, da nobis. Semper amici
Nam fuimus, neque te celavi, si quid habebam.
Magnum aliquid fuerit, quod cantus exprimat ægro.

LYC.

Magnum utique & quo nil majus tibi fingere possis
Nec melius; si vis, cantando protinus edam.

DAM.

Ne canta, nudam, numeris sine, redde Poësin.
Sæpe trahunt aures numeri, nec verba tenentur.

LYC.

Nec sic officium tibi denego; quippe per Orbem
Fama diu nostri fert Carminis argumentum,
Mirarique subit, te nuncia tanta latere.

DAM.

Me pudor exilii latebras irrepere dudum
Compulit, ignarum vasto quid in Orbe geratur.
Tu modo sta dictis, Lycida. LYC. *Non, optime, fallam,*
Damœta; modo tute reponas sensibus imis
Quæ tibi narrabo; res est non parva, supinâ
Nec vult aure capi. DAM. *Quæso, dic ante, quis auctor?*
Pondera metiri rerum ex auctore solemus.

LYC.

Auctor in incerto est; bona res, quicunque sit auctor.
Sunt tamen, è cœlis qui dicant esse profecta
Nuncia, Mercuriumque fidem fecisse novorum.

DAM.

Sat suspendisti, Lycida, me; dic tua tandem
Carmina. LYC. PAN *ovium custos, ex sanguine divûm,*
Cujus uterque DOMUM *Sol tempore lustrat eodem,*
Ipse fide, virtute, opibus, Jove vix minor uno;
Adde per Amphrysum doctissimus ipse canendi,
Et verba ad numeros, numeros ad verba, ligare
Artifices priscos supra bonus, atque recentes,
Septa pedo patria quatuor jam lustra coërcet,
Bistoniosque lupos, inimicaque monstra, potentes,
Arcendo meruit pecoris defensor haberi,
Cui par inter AVOS *per bis duo Secula nullus*
Vixerit; illorum quamvis per pascua laudes
Cuncta sonent, tituli que haud uno cortice crescant,
Hic genus omne suum virtutum laude reliquit,
Pastorum hic hederas mutavit duplice lauro
Huic cognatus uber fulvas submittit arenas,
Pro sale quas ovibus PAN *in præsepia spargit,*
Huic lac distendit matres, huic ubera matrum

Siccant

Siccant capreoli; stat pingui farta colostro
Spes gregis; impastus stabulum fremit ante
Lycaon.
Tanta sed improlis corrumpit gaudia lectus.
Ter thalamum stravit magno Venus aurea
PANI:
Tres CHARITES *uni fixerunt oscula*
PANI.
Prima per Hesperium PANI *subvecta profundum*
Oceanitis erat, successit Oreades inter
Educta Alpinas: Patriam sibi tertia jactat
Nupta Palatinos, Dryadum pulcerrima, lucos.
Optabat puerum PAN *ex amplexibus harum,*
Nec fuerant steriles, &, quid speraret, habebat.
Sed spes vana fuit: bina periêre priores
Ante diem, & gravida quoties sunt utraque facta,
Vel mas non venit, vel statim est mortuus,
Hæres.
Hæc incantando Mœrin fecisse, vel herbis,
Damna putant; herbis, Mœris quibus ipse lupus fit
Quùm vult, pastorumque indagat ovilia late,
Raptandis inhians, si PANI *filius absit.*
Damna sed hæc Mœris per Carmina, sive venena,
Fecerit, an proprio motu nos ira Deorum
Punierit; dubium est. Certum hoc, qua Vesper & Ortus
Tempora distinguunt, & in Afris Syrtibus, & quà
Arctos hyperboreum sicco pede circuit axem,
PANA *quod exsortem Natorum luxerit Orbis.*
Novit enim gregibus vim perniciemque minari
Non tantum quodcunque genus terrestre ferarum,
Provectosve ætate lupos, ursosve, tigresve,
Aut semper pronos in regna aliena leones:
Triste sed imprimis animal procedere ponto
Bella quod indicat pastoribus, horrida bella,
Quod miseris Ovibus tenero minitetur in ævo;
Contra naturam per prisca exempla probatam.
Hinc pater ut fiat genita PAN *prole virili*
Præsidio septis terrorique hostibus horum,
Vota quidem sonuere diu: non audiit æther
Vota tamen; fuit hoc pastores unde dolerent.
Ast hodie PUERO *vivace puerpera fertur*
ASTERIE, *triplici distinguens nomine sidus,*
Et, nisi nata foret, regina creanda Dearum,
Exhilarâsse PATREM. *Pastores inde canori*
Oblitas artes recolunt, sanctumque celebrant
Natalem, atque alio fœcunda Palilia mense.
Lucent festi ignes, & thus adoletur in aris,
Et pia saltantes portant munuscula Nymphæ,
Omne genus florum, calathis, exceperis unum,
Qui patrios gravibus vitiavit odoribus hortos,
Candidus in foliis, in fundo decolor imo.
Dicitur ipsa favos Hyblæos regia Juno.
Purificare malis, alimenta Infantis, ab herbis,
Pestifero quarum succo nocet improba Colchis,
Eque suis mammis lac immulgere PUELLO
Fortunata dies, nox fortunata, per utram
Damnamur votis ex longo tempore fusis!
Scilicet AUGUSTÆ *pignus memorabile* GENTIS
Fata feret secum dexterrima, læva fugabit.
Mars

Mars nihil, hoc PUERO *terris nascente, nocebit,*
Tisiphone nihil, anguineis armata flagellis.
Hunc PUERUM PAN *sospes adhuc in septa reponet.*
Quæ tradant moderanda viro post fata PARENTIS
Pastores. Addit regni quoque signa futuri,
Quæ doluit Mœris huic quum donata videret,
Et, si non alibi turbâsset, mortuus esset.
Jam sagulum, jam pera tribus distincta crumenis,
Formosumque pedum puero datur, &, timor hircis,
Flagrum. Quin Ararim terrens Hellesque profundum
Fistula, quâ tenerum jam nunc terat iste labellum.
Hujus forte sono grandes excita molossos
Emisit, millo armatos, inimica luporum
Albion, & vis lapsa canum de monte Pyrenes
Ad signum hoc lustra invadunt (fert rumor utrumque)
Et lacerant monstra occursantia vindice rictu.
Vos cunæ interea nostri salvete doloris
Curarumque levatrices, pacemque datura
Agricolis; sed quæ Regum quoque recreet aulas:
Insignes ebeno cunæ nitidisque lapillis,
Ex silvis rivisque suis incognita nobis
Numinis AUSTRIACI *cultrix quos India mittit!*
Salve chara Deûm soboles, amor unice rerum
Tam solii quondam, quam nunc venerabilis arrha
Cunarum; mandra restaurature ruinas
PAN *minor, ast magno* PANI *olim æqualis adulte!*
Salve, sisque diu, tuaque hostes coge fateri
Non nisi finito finiri stemmata mundo!
O qui crescentes æquabit carmine dotes
Spiritus, atque olim sat erit tua dicere facta,
PUSIO, *cum detonsa genis lanugo juventa*
Tempore prima cadet! vagitibus acria pellis
Tympana vix natus: blandis extinguis ocellis
Fulmina, fasciolaque Tua Furias Eridemque
Plus gyaris atque ære ligant; firmata quid ætas
De te promittat? miracula quanta vir edes?
Quam sapiunt populi, quorum devotio placat
Muneribus vixdum demissum pignus Olympo,
Conciliatqu sibi! nobis par suppetit ardor,
Sed rapuit Bellona, quibus, PUER *inclute, donis*
Exhibuisse tibi meritos poteramus honores.
Quod superest unum, neque Mars extorserit armis,
Imperium offerimus nato tibi nosmet in ipsos:
Sis ovium, sis noster Herus, PUER *alme, gregisque*
Teutonici rector jam nunc assuesce vocari,
En tibi nostra ultro sese pomœria pandunt;
Herbida concedunt tibi mille novalia pastum;
Quod si quæris aquas, non desit lympha salubris:
Lympham Istro similem Rhenus, Nicer, Albis, habebunt.
Tandem (namque sequi pronum est, quorumque præibis)
Vepribus ex mediis, mediâque ex morte, quietas
Duc pecus in caulas miseris erroribus actum!

DAM.

DAM.

Ergo PUER *venit, quem tot speravimus annis!*
Jam neque te miror cantasse, nec improbo cantus,
Nec me pœniteat diductum audisse poëma.
Quale coronandæ rosa vernans suave puellæ,
Quale per æstivos messoribus umbra calores;
Tale tui cantus nobis, & causa canendi,
O Lycida! Lycidas eris ex hoc tempore nobis.
Non igitur posthac tanti est habuisse capellam:
Vile pecus moriatur, ager tibi salvus & horti,
Ipse reviviſco, nec sum memor ante malorum.
Cuncta refert PUER *iste. Quibus vos laudibus, Horæ;*
Horæ vitarum dominæ lucisque, colamus?
Te, Lucina, quibus? sed nec præsagia deerant.
Jamque bonum hoc nobis (si mens attenta fuisset)
In cælo geminos memini prædicere Soles;
Captus prædixit parvus Jovis armiger ales
Franconiæ juxta fines & Saxonis oræ.

LYC.

Huic mecum succede casæ, dilecte sodalis.
Tauro sacrificent in honorem Numinis orti
Tityrus atque Almon, sua queis armenta supersunt,
Nectar & amborum de vitibus imbuat aram.
Nec pecus est, nec vina mihi, nec quicquid odores
Aut halat dulces, aut templis arcet amaros.
At, ne forte Deum videar sprevisse novellum,
Pauper ego hunc sinum lactis libabo caprini
Lacte Lari facimus, superest lac, perdo capellam.
Hauriet iste calix ex sinu pocula lactis:
Iste calix, mirâ quem fecerat arte Menalcas
Ex malo, ad quam reclinis fera Celtica strata est,
Pestis agrorum olim, vix perdita fulminis ictu.
En! ibi rura madentia sanguine, & aspera telis!
En! contra ingentem tormento Heroa necatum!
Quam facili torno superradditus horror in ore est!
Frons minitatur adhuc, & adhuc falx vulnibus exit
Diffracto se mitti humero ringentis ad umbras,
Nec Pelopis saltem superes ebur addere trunco.
Hinc amnem exutum vinclo, castrumque receptum,
Inde faber posuit nostra adversantia rostris,
In medio duo signa; aquilam: sed quæ fuit ales
Altera, præ cunctis quæ nunc cristata superbit?
Non rapuit nobis hæc lignea pocula miles.
Tam cælatura, quam nescius unde venirent.
Sumsi ego discedens, & adhuc mihi condita servo,
Et statuam Genio spumantia lacte deinceps.
Jamque propino tibi; tu respondebis iisdem,
Nec tu vile serum spernas de lacte caprino:
Lac capræ reges agri sorbere jubentur:
Suxit Amalthææ puer ubera Jupiter ipse.

DAM.

Si mihi fas bibere est genialis pocula festi,
Fas quoque ferre sacrum fuerit. Sed, proh dolor! Irus
Possideat gazas præ me pauperrimus Indas,
Ecce, parum farris salsi, quod restitit olim,

Cùm daret extremam pultem mihi Thestylis, ajens,
Nunc ede, cras aliam (friget mea) quære culinam;
Far simul infudit bursa, quam cernis, ovina.
Postquam migravi patriis ex sedibus, ullum
Non ardere focum vidi, nec juscula coxi.
Forte nec abjicient amborum altaria munus,
Si tu lacte litas, ego salso farre litabo?

LYC.

Non erras. Sunt grata Deis hæc fercula ruris.
Potabo interea, tu, quod superaverit, hauri.
Labra sed huic calici prius ac nos admoveamus,
Ambo piis votis haustumque diemque sacremus;

DAM.

Horrea quot quondam granis calcata bovino
Crure tegebantur, quot torcularia botris,
Donec messis erat, donec vindemia nobis:
Tot PUER AUSTRIACUS *felices exigat annos,*
Sive regat stabula alta domi, seu protegat extra,
Utrobique potens, & Bello & Pace triumphans!

LYC.

Quale suum volucer ducens trans aëra pullum,
Ramorum tenebris emissum & carcere nidi,
In patrios nisu gaudet felice volatus
Scandere, tale precor PAN *sentiat incrementum*
HÆREDIS, *geniumque suum moresque referre*
Jam tenerum, & grandes imitari CÆSARIS *actus.*

DAM.

Illius annosis occultum quercubus ævum
Certet, & ætatem cervorum transgrediatur.

LYC.

Ante thymi flos lædet apes, ros ante cicadas,
Quam PUERUM *dolor hunc, aut infortunia, lædant.*

DAM.

Ante sub occasum retro Danubius ibit,
Quam regina dies hæc desinat esse dierum.

LYC.

Carpatus Hungaricis à finibus ante recedet,
Quam non vota ferat pietas huic annua festo.

DAM.

Unquam si dabitur sub pristina tecta reverti
Intra ædes PUERI *divina exstabit imago.*

LYC.

Non tantum intra ædes exstabit imago, coronis
Ipsa sed impositis & relligione coletur.

DAM.

Audio pastores exquisitissima cultus
Indicia, & regum meditari digna trophæis.

LYC.

Talia si verum est alibi monumenta parari,
Nosne piis studiis nil contribuisse decebit?

DAM.

Dalmata det marmor, Panno aurum, adamanta Bohæmus.
Tu vivax operi carmen dabis, Alsate vates,

LYC.

Tam vivax equidem non spondeo, spondeo carmen:
PANA. DII. SERVENT. SUA. DONAQUE. PANOS. ALUMNUM.

DAM.

Vena tibi non sicca, neque illaudabile carmen.
Verum, cur versu, metuens quasi, desinis uno!

LYC.

LYC.

Subtimide facio, facio quæ Carmina PANI,
Nam PAN *ipse facit tersissima, judice Phœbo.*

DAM.

Quis tamen hic Phœbus? nam sæpius audio Phœbum,
Nec scio, quo vates hoc tempore rege regantur.

LYC.

Phœbum, si nescis, Istri fovet ora beati.
Mixti Istri Regano summum fovet ora Poëtam.
Ille regit vates hoc tempore, PAN *amat illum,*
Æstimat illum PAN; *& agens in littore cervos*
Sæpius auscultat, quid ab illo deferat amnis?
Phœbus hic, & PAN *hic, uno bene tempore vivunt,*
Ambo in eo æquales, quod egent æqualibus ambo.
Nam PAN *imperiis opibusque ut numina vincit,*
Sic SUPRA *cunctos Istri sapit accola vates.*
Sive choro doceat pastorum mixtus Ebræos,
Infantis resonare DEI *cunabula campos;*
Seu faciles Elegos pedeque impare cuntia pangat
Carmina, Romano non inficianda Philetæ:
Sive tubam heroi prævertat voce Maronis,
Magnorumque Virûm decora intonet haud minor ipse:
Seu majora canat vinctusque ingente cothurno
Per laudes ductoris eat gentemque Cherusci,
Et dominaturos Orbi trahat inde Penates,
Et PUERUM *hunc, puerique* PATREM *præsagiat hujus:*
Nemo certet ei; tot in artibus eminet unus,
Par sibi, sive cedros in carmina, sive myricas
Pertrahat: hoc cedri saliunt, hoc vate myrica.
Nec tantum cantat, loquitur sed & ore rotundo.
Verba pererratis propria, ut vernacula, terris,
PANAQUE *consiliis, & ovilia jure, tuetur,*
Jure sub illustri SOCERO *quod funditus hausit;*
Quin stupratores Astrææ virginis arcet,
Atque gubernando studium utile vindicat Orbi.

DAM.

Jam meminisse subit mihi plurima dicere Daphnin,
Daphnin, quo didici calamos inflare magistro,
(Et nec eo melior, nec erat callentior artis)
De Damone suo. Damon in pectore, Damon
Creber in ore fuit. Daphnin penes omnia Damon.
Huic quoque vicinum fato sua plectra dedisse,
Plectra lyramque, ferunt (ebur illa, sed hæc erat aurum)
Et dixisse: tene, quæ nôstri verrere solus,
Hic Damon ille est, quem te puto dicere Phœbum;
Montibus Aoniis hic ergo regnat Apollo?
Præsidet hic Musis, & mulcet PANA *canendo?*
Di bene, sospes agit quod sedibus ille quietis!
Nam quis eo melius PANOS *cantaret* ALUMNUM?
Nos miseri, in triviis vix ausi dicere versum,
Si vel haberemus (quod abest aberitque) Poëta
Huic par ingenium, si par in carmina robur,
An potuissemus tamen ulla Poëmata nuper

Fundere, mi Lycida, quùm nostras rumor ad aures
Ferret, ovile premi patrium vi mille luporum?
Et sub idem tempus PUER *hic est natus in auras.*

LYC.

Vix potuissemus, Damœta; non ego certe.
Exploraturum: nam me vidêre priores
Forte lupi, statimque mihi vox faucibus hæsit.

DAM.

Et mihi (nam, quid edam?) suasit famis improbus ardor
Juglandes. Illa fecerunt rauca comesta
Guttura, quæque siti suxi aspera sorba levanda.

LYC.

Sed prius esse lupis visum, non tam mihi vocem
Abstulit, ac patriæ clades, & nuncia dira.

DAM.

Hæc immaturis eadem magis aspera sorbis
Quamque nuces rapuêre magis mihi nuncia vocem.

LYC.

Obstupui, audito, pecori laniena quod instet
Ultima, quodque lupi stabuli sint sæpe potiti.

DAM.

Et quid ego, audito, quod fluminis, occupet oram
Bestia, nec pastor, nec grex eat amplius illuc?

LYC.

Nunc autem (PANI *natus* PUER *omnia sanat)*
Paulatim rediit mihi vox, & deficit horror.

DAM.

Me nova solentur licet hæc, canere haud tamen ausim.
Hactenus oravi superos, orabo deinceps.

LYC.

Placârunt superos humili pietáte coloni.
Nescio quid Proceres in commoda nostra laborent,
Agricolæ PUERUM *cœlis expressimus istum.*

DAM.

Non tamen hinc erimus, Lycida jucunde, superbi:
Offensi fastu superi sua dona reposcunt:
Quicquid agant Proceres, nos, quæ debemus, agamus.

LYC.

Justa mones, venit, ecce, meis his cratibus emptor,
Quas modo viminibus plexi. Solatia ventri
Inde reportandus pariet mihi nummulus offam.

DAM.

Hei mihi, si simili possem placare lucello,
Chare, famem, Lycida! sed inertem deficit æris
Copia, & esuriens cornis, proh! vescor acerbis.

LYC.

Hac tulimus, bone Damœta; sed tempus adest nunc,
Quo PUER *ambrosiâ superorum & nectare pastus*
Desueto miseros saturabit pane colonos.

SECTIO

SECTIO XIII.
De Annii Viterbiensis Beroso; & Catone vel genuinis, vel suppositis.

ET quia ANNIUS VITERBIENSIS tam insigniter ob suppositos partus & ova adulterina vapulat, ut fermè judicium in eum, quod à Cæsare in Europhilum, quod in C. Marii Nomen invasisset, dictaretur: paucis, ad selectos ex judicibus recurrendum. Adversarii ita: neque enim acerbiorem censuram ullus publicavit præter Beat. Rhenan. *lib. 3. Rer. German. pag.* „ *191. 192. & 193.* Annium impostorem & Asinum Cumanum esse: in iis quæ „ à Diodoro sumere potuit, atque aliis Scriptoribus antiquis Berosus iste (ab „ Annio suppositus:) esse, quæ probari possunt; verum in iis, quæ vel ad „ Hispaniam, vel Galliam, vel Germaniam (in cujus notitia, ut addam, „ ipse sæpe nimis eleganter hallucinatus est Beatus:) pertinent, impudentes „ plerumque fabulas tradi. De Antonii Augustini judicio *quod in mea Edit.* „ *Antiq. Dialog. 9. pag. 124. b. & Dialog. 11. pag. 160. & 161.* fertur jam constat. „ Media via incedit Sleidan. *lib. 1. de quatuor Monarch. pag. 14. 15.* Berosus, „ de quo quidem scripto plerique omnes valde dubitant & adulterinum „ esse putant; sed quoniam aliis monumentis hac in parte destituimur, „ hunc ordinem sequimur. Quibus add. Meibom. *ibid.* Goldastus Berosum, Annii Commenta & Fabulas Annianas, *lib. 1. de Regn. Bohem. cap. 3. pag. 28.* appellat. Mitior omnibus David Chytræus *de Lect. Histor. pag. 476.* Etsi, *inquit*, non satis adseverare ausim quinque Libros Antiquitatum, qui cum Annii Viterbiensis Commentariis circumferuntur, illius Berosi, qui Alexandri tempore vixit, Opus esse, &c. tamen Libellum illum lectu non inutilem, aut insuavem esse, & multis Bibliorum, & Diodori Siculi, & Dionysii Halicarnasséi, & aliorum Scriptorum locis lucem singularem afferre, manifestum est. Nusquam certè alibi origines, & propagationes omnium Gentium, & Regnorum vetustissimorum & continua XXXVIII. Regum primæ Monarchiæ Assyriorum series, &c. deducta exstat, præterquam in Beroso, & deinceps in Manethone Ægyptio, (quamvis & hujus natales dubii dicantur:) Quæris, quid tandem judicandum? Nihil addo: nisi, in dubio contra accusationem ob crimen publicum institutam pronunciandum. Probanda, quæ Besold. *in Oeconom. Digest. Corollar. 2. pag. 183.* inductus à Münstero *lib. 5. Cosmogr. cap. 8.* & M. Crus. *Ann. 1. cap. 1.* ex Bernhard. Baldo *Præ-* „ *fat. Divin. in Tab. an. Eugub.* pronunciat: potiora hæc: Scriptorem, quem „ à prisco genuino Chaldæo longe alium esse, necessario fatentur, neque „ tamen Annii, aut non multo superiori ætate confictum, sed tum mala „ manu corruptum & interpolatum fuisse, existimant, non abjiciendum, „ quin cum delectu legendum, sentire, &c. Münsterus evidentius *dict. loc.* „ *ita.* Porro invenio complures ex Priscis claros Viros de Rebus Germani-

„ cis scripsisse, nomine Berosum, tribus Seculis, circiter Nativitatem Christi
„ seniorem, Strabonem &c. Et dictum Berosum nonnulli rejiciunt, quia
„ cum reliquis Scriptoribus sæpius ipsi non convenit: Cui objectioni qui-
„ dem nihil habeo, quod respondeam: Id autem scio, in Vocabulis He-
„ braicis, quorum multa ibidem occurrunt, prorsus nihil fraudis impostu-
„ ræve admissum; Imò magis me ad adhibendam illi Libro fidem adigere
„ ea, maximè, quia eo tempore, in quo Berosus per Monachum apud nos
„ ex tenebris erutus & editus est, nemo inter Christianos, qui Linguæ He-
„ braicæ accuratam notitiam habuisset, vixerat. Et quis indocto Monacho
„ dixisset quid Estha, Maja, Arecia & Ruha fuerint, qui Exoticarum Lin-
„ guarum imperitissimi tum erant. In eo autem non repugno, temerari-
„ um quendam genuinis & veris Berosi laboribus aliquid lolii immiscuisse,
„ &c. Sed prolixiora in utramque famam testimonia consignantur à Did.
„ Covarruv. *lib. 4. var. Resolut. cap. 14. num. 5. pag. 35.* ubi speciatim de Bre-
„ viario Temporum, sub PHILONIS Titulo publici juris facto, mentio in-
„ jecta, quem sequimur.

„ Idem Besoldi locus honestè de M. CATONIS *Fragmentis, de Originibus*
„ docet: Nec est mihi dubium, scribit, quin sint excerpta ex secundo &
„ tertio Originum Libris, in quibus tractavit de Origine & Situ Urbium
„ Italicarum, sed non ausim affirmare esse contextum verborum Catonis;
quin potius crediderim, illum, qui excerpsit summa rerum capita, partim
Catonis, partim suis verbis retulisse. Vellem ego post Augustinum exa-
minari falsas inscriptiones & quicquid huic studio accumbit, vel veritatis
vel imposturæ ad sensum dict. Anton. Augustin. *Antiq. Dialog. 10. pag. 154. & Dialog. 11. pag. 163.*

SECTIO XIV.
De Scriptis Miscellaneis.

RESTAT, ut de MISCELLANEIS Scriptis & Scriptoribus disserat præsens conjectatio; Authores ut quisque memoria obversatus nominandi.

Philippum MELANCHTHONEM Commentationis de Vocabulis Regionum & Gentium apud Tacitum, Authorem non esse; sed operam vel *Henrico* GLAREANO, vel *Hieronymo* FROBENIO adscribendam; rectius *Johanni* BRENTIO vindicandam ex Mart. Frechto, & Basilio Fabro deducit Goldast. *dict. loc. pag. 42.*

Panegyricus Maximiano & Diocletiano dictus, in Edit. de Anno 1599. *part. 2. pag. 283.* tribuitur MAMERTINO; Cuspinianus verò in Vita Dioclet. EUMENIO *Rhetori* adscribit, quibus add. Wolffgang. Hungeri *Annotat. in Cuspinian. num. 107. pag. 553.*

ANTI-MACHIAVELLUM (decorum juxta & famosum Opus:) *Innocentium*

centium GENTILETTUM ſcripſiſſe teſtatur iſdem Goldaſt. *de Regn. Bohem. pag. 43. & 48.* Mavult alius tamen *Scipionem* GENTILEM ſubſtitui; dubito, an accuratiore Conjectura? ut videtur, ea ſola qua rei Gallicæ minus peritus, niſi Altdorffinum Gentilem, cujus priores Syllabæ ita ſonarent neminem noverat. Atque ita diſcerpunt catuli Leonem; & peſſimi, allatrando, ſe probant eſſe canes. Summatim! Machiavellum illi maximè probris & lapidibus laceſſunt qui maximè idolum, vel domi, ad reſtinguendam famem, colligendisque à ſimplici & devoto auditore nummis, aut ad compendia uſusque Aulicos, (nam privatum in re familiari eum unquam, niſi, ut dictum, vel modice juviſſe, nemo meminit vel adnotavit:) vel in Aula ardentiſſimis amoribus complectuntur, damnantque per averſionem: &, de *Hiſtoria Florentina*, in qua migrationes Populorum Septentrionalium, poſt devictos à Mario Cimbros; item, Ruina Imperii Romani, & incrementa Pontificum accuratiſſime deſcribuntur, non crediderim quemquam ſequius aliquid ſenſurum, dicturumve: *Ob Principem* ejus, *Commentationesque in primam Decadem Livii*, in utramque partem ſæpius præpoſterè dijudicatus, dicam: diſcerptus eſt: Vide, ſi placet, civilem & aliis in exemplum civilitatis in judicando proponendam ſententiam Schuppii *in Præfat. ad Tractat. de Opinione*, „ & Anonymi *in Tractat. Polit. cap. 5. §. 7.* Quibus mediis Princeps, qui ſola „ dominandi libidine fertur uti debet, ut Imperium ſtabilire & conſervare „ poſſit, acutiſſimus *Machiavellus* prolixe oſtendit, quem autem in finem „ non conſtare videtur. Si quem tamen bonum habuit, ut de Viro ſapiente „ credendum eſt, fuiſſe videtur, ut oſtenderet, quam imprudenter multi „ Tyrannum è medio tollere conantur, cum tamen cauſæ, cur Princeps „ ſit Tyrannus, tolli nequeant; ſed contra eo magis ponantur, quo major „ Principi timendi cauſa præbetur: quod fit, quando multitudo exempla „ in Principem edidit, & parricidio, quaſi re bene geſta, gloriatur. Præ„ terea oſtendere forſan voluit, quantum libera multitudo cavere debet, „ ne ſalutem ſuam uni abſolutè credat, qui niſi vanus ſit, & omnibus ſe „ poſſe placere exiſtimet, quotidie inſidias timere debet; adeoque ſibi po„ tius cavere, & multitudini contra inſidiari magis, quam conſulere cogi„ tur, & ad hoc de prudentiſſimo iſto Viro credendum magis adducor, „ quia pro libertate fuiſſe conſtat, ad quam etiam tuendam ſaluberrima Conſilia dedit. Cæterum puerilia ſunt, ſi cum PONCETI Catharinæ Medicéæ, Reginæ Matri, Regique Galliæ ſubminiſtratis, quæ ipſum Diabolum Furiasque ex Tartaro prorumpentes ejuraturum, & deteſtaturas fuiſſe credo conferantur. En illa, apud Thuan. *tom. 2. Hiſtor. lib. 57. pag. 970.*

Sub *Liberii* à BODENSTEIN Nomine, peſſima ratione lucripetas Bibliopolas notiſſimi *Laurentii* GRIMALII, *Goslicii*, qui in plerorumque manibus eſt, de Optimo Senatore, Librum venditare, Goldaſt. queritur, (nam ejusmodi Exemplar mihi non viſum) *lib. 3. de Regn. Bohem. cap. 7. pag. 172.*

„ Cum

„ Cum *Martiali Repurgato* se res ita habet: Andreas Frusius, Societ. Jesu, „ Vir moribus, ut scribunt, gravis, & pereruditus, Anno 1557. vita de- „ functus, repurgationem Epigrammatum instituit, & obscoenitate detracta „ & Carminibus ipsis sæpius immutatis; nihil autem ipse publici juris fecit; „ sed Anno 1558. Provincia edendi concredita Emundo Augerio, Jesuitæ, „ qui Romæ eodem Anno edidit; recusus est Antverpiæ 1568. An verò & reliquos Scriptores lascivos à turpitudine rerum verborumque vindicaverit? adfirmari non permittit dicta Augeri præfatio: Videtur certè labor in hoc uno cœptus, in eodem acquievisse; morte, quas destinabat, repurgationes interrumpente.

In Henrici Stephani Anno 1574. Parisiis procurata Editione *Librorum IV. Argonauticῶν Apollonii Rhodii adjecta vetusta Scholia*, quæ palmam inter alia omnia in alios Poëtas Scripta obtinere existimantur, quis primus ediderit? dubitatio est. LUCILLUS TARRHÆUS vulgo appellatur; an sit *Sophocleus* THECAS Platonicus magis, ex opinione prælaudati Stephani, cujus diligentiæ omninò multa tribuenda, ut Exemplar meum attestatur, non difficulter consentio; & juvat suo adsensu Goldast. *dict. loc. pag. 6.*

Dissertatio *de comparanda Latina Lingua facultate*, ab Argentinensibus palam BOECLERO adscripta; sub eoque nomine, uti aliis, ita & mihi venum data, à Jenensi Typographo typis excusa, cujus jam sit? nolo adserere; cum Bœclerus *in Præfat. ad Notit. Imper.* eundem, quem appellavimus, Typographum injuriarum postulaverit; sane id, quod communicatum nobis, manuscriptum iis vitiis non scatet, quibus alia Exemplaria scatere dicuntur: & esto in styli genium, decora dicendi rationes viresque inquirere nolo esse hujus Epistolæ.

De *Sebastiano Castellione*, sive, quod Nomen ipse postea prætulit, Castalione dictum eum scelestos Ochini Dialogos Latinæ Linguæ tradidisse, sufficit testem produxisse Thuanum *tom. 2. Histor. lib. 35. pag. 172.* Neque tamen tacendum, Virum multum injuriarum indigne passum, & sæpe plus quam serviliter lacessitum; quapropter in præcipuis ratio habenda ejus defensionis Anno 1578. Aresdorffii editæ, in qua se contra Librum adversus ipsum publicatum, cujus Titulus est: *Calumnia Nebulonis:* Finis, *compescat te Deus Sathan. Author*, si Index Contentorum non mentitur, *Johannes* CALVINUS: ut & Libri de Calumnia honestissimè defendit: unde & de pessimè ipsi adscriptis judicium institui potest.

LOTTINI Legati Veneti apud Cæsarem Thesaurum Politicæ Sapientiæ ex Italico in Latinum Sermonem convertit, non *Philippus* HONORIUS, sed, admonente Interpretem sæpe laudato Goldasto, *Julius* BELLUS, *Justinopolitanus primum Cardinalis Valerii Veronensis Romæ, dein Cardinalis Dietrichsteinii in Moravia Secretarius*, ut testatur ipse *dict. loc. pag. 14.*

Tractatui *de Consanguinitate Auri, Sacchari, & Spiritus Vini*, Nomen suum hoc

hoc Anagrammate præfixit: *Hoc Viro Sancta cos nidet: Johannes* TACKIUS, *Archiater Hasso-Darmstadinus.* Dn. Georg. Franck. *in Virid. Heydelberg. pag. 11. §. 26.*

Opera Hermetica *Mercurii* TRISMEGISTI, à Christianis conscripta, illique Nomini, fallendis pie Gentilibus, supposita esse fatentur omnes: Opiniones tamen Mercurialis continere, & licet Philosophorum Græcorum stylo sæpe loquantur, esse tamen ex Lingua Ægyptiaca in Græcam translata, putat Jamblich *in lib. de Myster.* Casaubonus verò, *Exercit. in Append. Annal. Baron. cap. 10. num. 18.* à Græcis omnia esse conscripta, & ficta, nec ex alia Lingua versa Conring. *cap. 4. & 5. de Medic. Hermet.* ea non esse multum antiqua, & incertæ fidei. Edita sunt à Marsilio *Ficino*; Francisco *Patritio*; & Fr. Hannibale *Rossello*, Minorita. vid. Molck, *ad Relig. Med. pag. 51. & 69. 70.*

De Arcana Numerorum Magia, quam Algebra & Cabala profitentur, Patavii ante aliquot lustra publicatus est Liber, sub Titulo: *Algebra nova*, cujus Author, *Johannes de* LUNESCHLOSS. Molck. *dict. loc. pag. 65.* An verò per secretissimam Cabalæ viam investigari possit consummatio Seculi, juxta Picum Mirandulanum, post 514. Annum, & 25. dies? posterorum posteri, & qui nascentur ab illis, experientur. vid. Guid. Fabrit. *in Epist. Dedic. Novi Testamenti Syriaci ad Henricum III. Gall. Reg.*

Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit Deus!

Montisbeligardi Anno 1615. prodiit *de Christiani Cosmoxenis genitura judicium*; magnum fortis Christiani adversus prædictiones, sive maledictiones Astrologicas, solatium: edidit *Christophorus* BESOLDUS, ut sua manu adnotavit ejus convictor D. Wolff de Todenwarth. Nimirum, adeò facile est, inquit argute Hobbes. *Leviath. cap. 12. pag. 59.* cujus ignorantiam molliter tractare didiceris, quocunque velis, ducere: adeò inquam, facile, adeò impium & nefarium est, sub hoc involucro turbas ciere, & ante diem in Principum Annos inquirere. Exempla in utramque partem ingentia & memorabilia per occasionem, vide, perpende judica! Allatum est in Galliam ex Hispania Anno MDCX. ad Peireskium, Prognosticon Annuum sive Allmanach, ab *Hieronymo* OLLERIO, Beneficiato Barcinonensi compositum, accuratissimè Henrici IV. necem præsagiens; Ostensum id Guilielmo Veréo, Galliæ Pro-Cancellario, tum Proto-Præsidi Aquensi; & Josepho Galterio, Astronomiæ peritissimo, transmissum exemplum ad Regem, & ab hoc generosè spretum; consummatum tamen postea facinus; gloriante de fide sua Ollerio. Anne ex ipsis Astris, an potius aliunde rem eventuram conjiciens? An vana Astrologia? An Vati cum pravo Genio commercium, qui id præsagierit? An conscius infandæ Machinationis! An hæc in Hispania, vel ab Hispanis cusa? Non apparet: cæsus profecto

Rex! quæ suo more decenter exequitur Gassend. *in lib. 2. de Vita Peirescii pag. 178. cum seqq.* add. Mornac. *ad tit. de Pagan; & ad lib. 2. C. de Epist. Aud.* Illi itaque rei non credendum? non deficit exemplum propriæ prædictionis in momento designato adimpletæ, & hanc propter religiosæ Vitæ, mortisque negotiorum compositionis, alibi vix quærendum, in Vita *Andreæ* DUDITHII, Episcopi quinque-Ecclesiensis, descripta à Quir. Reutero. add. Thuan. *tom. 4. Histor. lib. 96. pag. 476.* Nec fefellit *Andreas* VESALIUS, qui Comiti Maximiliano Egmontano diem & horam mortis, quæ incidit in Ann. 1548. accuratissimè prædixit. Thuan. *tom. 1. Histor. lib. 5. pag. 164.* nec alii; quod quidem dicam non habeo: nisi quod Ulpianus *ex Viviano in L. 1. §. Idem „ Vivianus. 10. &c. D. de edilit. edict.* refert; Quamvis aliquando quis circa fana „ bacchatus sit, & responsa reddiderit, tamen, si nunc hoc non faciat, „ nullum vitium esse. Neque eo nomine, quod aliquando id fecit, actio „ est: sicuti si aliquando febrem habuit. Cæterum si nihilominus perma- „ neret in eo vitio, ut circa fana bacchari soleret, & qua si demens re- „ sponsa daret, etiamsi per luxuriam id factum est, vitium tamen esse, sed vitium animi, non corporis, &c. Anton. Augustin. *lib. 4. Emend. cap. 2. pag. 190.* add. P. Ærod. *lib. 8. Rer. Jud. tit. 7. cap. 8.* Ejusdem Wolffii testimonio, *Libertatis veri Christianismi*, & Servitii Mundi; Theologiæ Encomii, & Fiduciæ bonæ causæ, Argentinæ, Anno 1618. publicatæ, Author est *Joh. Valentinus* ANDREÆ.

Lotharius SARSIUS, adversus cujus Libram Astronomicam Galileus Opus de Cometis condidit, *Horatius* GRASSIUS omnino est, apud Gassend. *lib. 4. de Vita Peirescii pag. 289.* & Dn. Placc. *Pseud. Num. 770.*

Institutio Philosophiæ secundum Principia D. Renati des Cartes, Antonii le GRAND, Anno 1679. primum in Germania impressa, Privilegioque Cæsar. Majest. (in quo dictus le Grand, ita supplicante Typographo, Vir de Republica Literaria optimè meritus laudatur:) munita, ut & Historia Naturalis; & de non Existentia, sive Carentia sensus in brutis, Tractatus ejusdem; nomina adoptiva, non genuina præferant: restituendi autem Libri omnes, ita tamen non nominato, (à qua opinione jam diverto:) Societatis Regiæ in Britannia Membro, & Professori Oxoniensi; memorante Bibliothecario Regio. Quisquis autem ille sit Cartesianus certè in omnibus non est; namque Ethica nihil ex Cartesio habet, & in Rerum Naturalium Principiis (quæ inutilia esse, ne dicam, absurda, refert B. d. S. *Epist. 70.*) sæpius è Via Regia excedit: Non cohibituro risum, vel iras; eodem, si vidisset legissetve Cartesius sub Schemate Disciplinæ suæ, Angelos esse, & hominibus apparere, ex Laurentio Surio, omnium, qui de hisce, apparitionibus ab aliquot Seculis scripsere, mendacissimo; & Mariam Magdalenam ab Angelis in Cœlum tolli, & iterum loco suo restitui, solitario Presbytero vidente, ex Marulo probantem. *part. 3. artic. 2. pag. 217.* Verum ignoscendum est; nam

„ nam præstigiatori, aut ventriloquo artifici, fictori callido, & narratori
„ mirabilium impudenti, perjuro strenuo, simulatori sanctitatis histrio-
„ nico, vel, maximè, multis simul fœderatis quis non credat homo illa-
„ rum artium imperitus? Hobbes. *Leviath. cap. 37. pag. 208.*

Et cum de maximo Philosopho mentio injecta: subnectam seria, vel Lectoris delectationi servitura, vel modico temporis dispendio luenda: *de Tribus maximis hujus Seculi Philosophis:* quos inter maximus.

Thomas CAMPANELLA, ex Dominicanorum Familia; cujus extant *Metaphysica* ex se solis, (nam noviter quædam principia, nec alibi obvia, disciplinæ subjecerat:) interpretationem habitura. *Atheismus Triumphatus*; de quo superius dictum; Philosophatur magna severitate, sed sua Metaphysica methodo; proinde molesta; Docet, obtestatur, blanditur, ut res tulit, & tractationis ordo: dum sæpius magis suasoriis, quam fortibus & heroicis argumentis armatus in prælium, magis luctam dixeris fuisse, descendit; in arduis cespitat, hostem, armis fermè exutum jam, dimittit, aut negligit; sæpius, cui periculo sustinendo, præjudicio Orbis Christiani se commiserit? ut recordaretur, objurgandus, & in aciem per campanam reducendus, multa per jocos jocularitet proposita; Imposturæ Gentilium, ad Sacerdotes Christianos scandalosè translatæ; & comparationes Principum cujusque Religionis ridiculæ. Omnia altissimo silentio premenda vel magis austera ratione convincenda, damnanda fuissent. Vapulant equidem ad cruores usque Achitophel & Machiavellus: Nescio, an parem ob culpam mulctati? Nescio, an magis infami, nec oblivioni unquam tradenda poena? quam qua Neapolitani in ipsum, ob tentatam Crotonis deditionem Turcis, evocatum Zigalem Bassam in Italiam, inducendis novæ Religioni, & Ritibus, comparatum ad Montana Exercitum, (sed sola spe! & quæ alia ipsi à Cæsare Branchedaurio, *de mutat. Imper. Roman. & ortu Pontific.* objecta:) animadvertere constituerant, adfecti? perpetuis illi carceribus immensas Viri cogitationes conclusisse, contenti. Ex quibus liberatus, quid in itinere, cum Peireskio contigerit? singulariter à Gassendo, *lib. 5. pag. 425. & 426.* ad Annum 1634. Quæ fata ipsum postea in Aula Gallica manserint? ab ipso illo in *Præfat. dict. loc.* consignatum. Meritus tamen, ut dictus Cæsar enunciaret: in eo homine, quid ingenium humanum possit?
„ videri Naturæ Dæmonem experiri voluisse, ita omnes ignei, & sublimis-
„ simi animi vires in eo scintillare, & excellere maximè; cum seqq. De
„ Johanne Bodino, ita Thuan. *lib. 118. Histor. pag. 702. d.* postea & Dæmo-
„ nomaniam Gallice scripsit, in qua dum materiam, ab aliis tantopere agi-
„ tatam, adversus Joh. Wieri plerumque sententiam enucleatius retractat,
„ magicæ rei ac vetitarum istiusmodi artium crimen minimè effugit. Vertat, si videbitur, materias, Lector & Personas, & judicet! Curiosa est *Disputatio ejus contra murmurantes citra & ultra montes in Bullas SS. Pontificum*

Sixti V. & Urbani VIII. adversus Judicarios editas; sed magis excellit amoenitate, necessitati, eruditioni, excelsisque bonis Literis, & vera Philosophiæ servitura tractatio, *de Gentilismo non retinendo*, sive de Gentilium Philosophia, præsertim Peripatetica, non retinenda: quam, si, ut lectu dignissimam nimium laudavero, videat Problematis necessariam discussionem: ex ea neglecta infames Errores, Sententiasque Patrum Concilii Tridentini mihi animosè suffragantes, apud P. Sarpium *Histor. Concil. Tridentin. lib. 4. vers. Nec dissimile erat, &c. pag. 323. & seqq.* De *Prædestinatione &c.* & reliquis Operibus fusius dici institutum non patitur.

Ne omninò plura, *de* THOMA HOBBESIO, *Malmesburiense Britanno:* quem cum suis Principiis omnes sui ipsius Naturæ suæ infectæ, congenitæ malitiæ humanæ propriique mali genii, tot laboriosis virtutibus emendandi, obliti & immemores, ex Consortio Philosophorum, sed nullo unquam successu (majori & feliciori; si Theologiam ejus insectarentur, futuro) propellere conantur. Si quid ipsi humani excidit, nimio id in Regem suum exulem studio, ardentiorique in Patriam amori condonandum; reliquum cum cura legendum, & discutiendum. Judicium, quod nuper *Galaottus Galeatius Karlsbergius* in eum instituit; & Epigrammata duo (nam quicquid curiosi de illo legi meretur, in Vita ejus Anno 1679. Carolopolis „ excusa, pridem notatum:) subjiciamus. *Ille ita:* Famam quam numerorum „ proportionumque scientia comparavit, Prudentiæ Studiis adeo non auxit, „ ut quoque labefactaverit maxime. Nam justum & injustum perperam „ æstimat, Legem malè definit, Principem impie solvit Lege. Civitatem „ cum adornat, aut deformat, aut evertit. Pactorum Religione non multum tangitur. Societates Civiles non considerat, ut debet, jamque Prin„ cipia nova confingit, jam vetera, majori, dubium, libidine, an contra„ dicendi procacitate destruit. Absolutum Principi Imperium asserit Civem „ non Juri, sed mero Principis arbitrio subjicit, affirmans, faciendum, pa„ tiendum, cum facere, pati, agere, omittere, pro fructu velit jubeat „ Princeps. Vereor, ne hac Cyclopica Licentia Cyclopicam Rempublicam „ condat. Vivat in ea Hobbesius si velit: nobis longe alia placet. In Vo„ lumine, de Materia, Forma ac Potestate Civitatis Ecclesiasticæ & Civilis „ multa salubriter admonet, plurima inserit pessimè concepta, petulantis„ simeque defendit rejicienda. Rationes ad liquidum perductas sæpe red„ dit perplexas. Meditationes suas non publica utilitate sed privata subti„ litate rependit &c. &c. Quod ut hostile nimis, & cavillatorium improbo! Epigrammatum *alterum* in conjunctionem de Cive ejus, cum Grotio de Verit. Relig. Christian. conceptum, ad Lectorem, hoc est:

Miraris Christo, cur sit sociatus, Hobbéus?
Non miror, Christum prævaluisse puto.
Grotius, Hobbéus, vi judicii miranda
Iste equidem Patriam, sed colit ille Deum,

Con-

Conjuncti, ut doceant, quam vana Scientia nostra,
Aque Deo mundus distet, ab orbe Deus.

Alterum, pro comparatione & conjunctione ejus Civitatis Civilis & Ecclesiasticæ, cum P. Paul. Sarpii Historia Concil. Tridentin. ad Leviathanem:

Quandoquidem nostri, quid sis? *per inania certant*
Jurgia; dic, amo te, quid Leviathan eras?
Ecce ego Regnorum sum summa Potentia *doctis*;
Indoctis Dæmon; *denique forte* Nihil,
Si sic: per me sis Majestas, Dæmon, *aut* οὐδὶς;
His tamen in Libris tu Leviathan eris.

Tantum & de Hobbesio.

De tertio, nisi & ob non adjectum Nomen, & Philosophiæ novitatem locum postulasset, siluissem. Exiit autem Hamburgo Anno 1670. *Tractatus Theologico-Politicus, continens Dissertationes aliquot, quibus ostenditur, Libertatem Philosophandi non tantum salva Pietate, & Republica Pace concedi posse, sed eandem, nisi cum Pace Reipubl. ipsaque Pietate tolli non posse.* Sine adjecto, inquam, nomine; (ne, ut videtur, disciplina ex ipso haberet nomen, vel ipse qualis etiam cunque ambitionis accusari posset) sed cum præfatione, ardua illa, & magnanima. Summa Libri est, de Captivitate Rationis humanæ: &, utrum terminatio Theologicorum Discursuum in illa; ut & necessitate credendi cuicunque quodcunque, publica authoritate, & privatæ Sapientiæ opinione obtrudenti · non minus in servili, vel ingenuo postulato respiciendi ad traditiones, ut sibi videri volunt, infallibiles &c. solis acquiescere obligata sit? differere. Quæ Libri infortunatæ, aut secus, *Censuræ?* vid. *in Epist.* L. D. V. M. D. (quæ est *48.*) quæ fortunatæ, vel minus, *Exculpationes?* (quæ extant *in Epist. ej. 49.*) censeat, qui viderit, si omninò, Lector eruditus: hic tacere magis oratorium est, quam dicere: nam laudare, vel vituperare, utrumque in ancipiti, & debacchari in alios nimis indecorum.

Author est, *Benedictus* DE SPINOSA, *Amstelodamensis*, à Gloriosiss. Memoriæ Electore Palatino DN. CAROLO LUDOVICO Heydelbergam ad Professionem vocatus, sed ad Stoicam excusationem studioso otio & tranquillitati relictus; Vitamque Anno suæ Ætatis, 44. Salutis, 1667. 9. Calend. Mart. Hagæ-Comitis occlusit. Ejusdem sunt *Bened. dict. Spin. Opera Posthuma*, Anno 1678. præfixa tersissima incogniti Authoris Præfatione, publicata. *Ethica* certe maximi judicii: De *Mente*, de *Affectibus*, de *Servitute* & *Libertate Humana*, & de *Intellectus emendatione*, subtilissimæ meditationis: *Politica*, an satisfaciant? non dixerim: *Epistolæ*, & ad eas *Responsiones*, sensus & experientiæ tam ejus (ubi Theologiam, & Doctrinam de Christo temerè non invasit) quam Britannorum, subactæ; & *Hebraica* extra exemplum! De turbata per ipsum Religione, & hujus periculo, quam summa solicitu-

dine se curare, omneque dissidium exscindere visus esse voluit, conquestus Henr. Oldenburgius, *in Epist. 18.* cui ipse respondit, *in Epist. 19.* Permittat mihi quæso, Lector, ut de his tribus, exorbitantis in utraque sapientia sensûs, Philosophis, adnotata obsignet Horatianum. (*lib. 1. Carm. Od. 3. in fin.*)

Nil mortalibus arduum est.
Cœlum ipsum petimus stultitia. neque
Per nostrum patimur scelus
Iracunda Jovem ponere fulmina!

CL. SADILETUS, qui omnium Facultatum Studiorum Cynosuram Tabulis comprehensam Anno 1664. scripsisse dictus est, ex transpositis Literis priscus ALSTEDIUS, sub cujus nomine & titulo *Consiliarii Academici*, jam pridem Anno 1610. & 1617. ea Argentinæ prodierat, noscitur. Consilio divendendis residuis Exemplaribus aptato, sed aliis forsitan non, nec magis mihi probando.

Ad *Carolum* SIGONIUM pertinere *Petri* CRASSINI *Poloniam*, testis est veracissimus Thuan. *lib. 1. de Vita sua pag. 10.* Et ad eundem, *Bernardinum* LAURENTANUM; ut & *Johannem* ZAMOSCHIUM. *ibid.*

Das Bedencken / welcher massen ein Stand sein Einkommen verbessern möge? quod explicaverit *Georgius* OBRECHTUS, *JCtus*, & ejus Programmata publica de his scripta; & manifesta nominis Obrechtiani, in Edit. Anno 1617. adscriptio; nam de alia, quæ nomine ejus careret, mihi non constat, manifestant. Testata certè est Respublica Argentinensis, adserendo omnia Exemplaria suæ Cancellariæ, nolle se, Consilia Civis sui, quæ illi in Praxi pessimè cessere, omnibus palam fieri. Qua de causa, si conjectare ex stylo, tempore, ætate, licet: ipse quoque Editor est *Montium Pietatis Romanæ*, Argentinæ publicatorum. Sed hoc conjectare erat! Jam certiora consignanda. Montes enim Pietatis Romanæ (de quibus in Placc. *Pseud. Num. 322.*) ab *Ellychnio* GOTTLIEB; & *Leberis Jesuitica*, *à Theophilo* ELLYCHNIO, edita: itemque der Mönchen Affenspiel: & von des Pabsts Janizaren (si hæc duo alterutrum ex supra dictis Nomen præ se ferunt) cum accuratius mutationem Nominis Theophili, in Gottlieb; & versionem adsumpti Græci Nominis Ellychnii perpenderem, vero jam Authori *Theophilo* DACHTLERO, *Senatus Minoris Argentinensis Actuario & Referenti* restituo; & si tertium scriptum, aliud ab Obrechtiano, sub illa præscriptione exstaret, quod accidisse potest, eidem redderem.

De justa Republica Christiana in Reges impios & hæreticos (digno prorsus Titulo, de cujus definitore, & definitione inquiratur) *animadversione* &c. *Guilielmum* GIFFORDUM malo sydere commentatum fuisse, memorat Scavenius: Author autem Processus Parlamenti Parisiensis, contra Ravaillacæum *pag. 10.* Jesuitam REINALDUM nominat.

Is co-

Is eodem loco cum Placc. *Num. 704.* consentit, quod scil. *Andreas* PHILOPATER, sit *Josephus* CRESWELLUS, Jesuita.

Superiori Seculo Guisianis Rem Gallicam fataliter turbantibus, eorum subornatione prodiit *Declamatio*, de Tormentis, Cruciatibus & Suppliciis Catholicorum in Anglia; ad exacerbandos jam tum nimis seditiosos Nationûm animos, sub Nomine CATHOLICI ANGLI; qui est *Ludovicus* AURELIANUS, causarum Patronus; adversus quem pro salute publica caussam, tecto nomine, dixit alius in Foro Advocatus, qui est *Dionysius* BUTILLERIUS. Thuan. *tom. 4. Histor. lib. 81. pag. 5.*

Eodem: non expresso Authoris Nomine vulgatus Libellus, *de Potestate Principis*, Lugduni combustus: in quo Principis, & Magistratus ab ipso constituti authoritas, detortis ex Sacra Scriptura argumentis, cavillatoriè in dubium vocatur: Author, sed falsò, dictus est *Carolus* MOLINÆUS, *JCtus*, quem alii *Hugoni Sorello Roserio* tribuunt. Thuan. *lib. 34. Histor. pag. 227.*

Non omittemus hoc loco *Schola Salernitana* mentionem: sive Carminis de conservanda bona Valetudine; Principio quidem: Authorem *Johannem de* MEDIOLANO rectè designari, confirmante ex Zachar. Sylvio, Dn. Franco, *in Satyr. Med. 7. de Anguill. prop. fin.* deinde ex Thomæ Bartholini *Dissertat. de Medicis Poëtis*; *pag. 128. Johannes de* MEDIOLANO, *Medicus Salernitanus*, nomine Scholæ Salernitanæ Anno Christi MC. Carmine Leonino, „ de conservanda bona Valetudine Librum; vel, ut alii legunt, Regimen „ Sanitatis; vel Florem Medicinæ, à se compositum, Roberto Guilielmi „ Nothi Normanniæ Ducis Filio è Palæstina reduci; & Regii Angliæ Sceptri „ proximo Hæredi dedicavit; cum consuleretur Universa Schola de vulnere „ Regis designati brachio dextro accepto, in Obsidione Hierosolymitana, „ quod in fistulam degeneraverat. *Arnoldus de* VILLA NOVA, Commentariis suis Opus enarrans, nomine Scholæ Salernitanæ, vero Auctore dissimulato, inscripsit, ut narrat Joh. Georg. Schenck. *in Bibliothec. Medic.* Doctiores denique non ita pridem Animadversiones addidit, *Renatus* MOREAU, *Medicus Parisiensis* magnæ Eruditionis; cujus auctior Editio, ex Schedis Paternis, exspectatur à Filio Joh. Baptista Moreau, sicut testis est Paulus Colomesius, *in Collect. Gall. Part. pag. 107.* Versibus Macaronicis Gallicis, quos *Burlesques* vocant, nuper Parisiis divulgavit, *Joh.* COCHART, summo Guidoni Patino dedicatis; quorum versuum Patinus ipse Author creditur.

Dialogum *de Polygamia*, Epistolæ Balthasaris Menzeri, de Divortio, Holmiæ conscriptæ, oppositum, sub ficto nomine *Sinceri* WAHRENBERG, disseminatum, *Samuelem* PUFFENDORFFIUM, vel ejus Fratrem evulgasse; temere aliquem privatim sensisse: improbe Christianum Vigilem Germanum, publice denunciasse, ipse sui Vindex est laudatus Puffendorffius, *Apolog. pro se & suo Libro de Jur. Natur. & Gent. §. 2. & 3.* quod exemplum

malè

malè alicui tributi Libri, cujus contenta periculosa sunt, ostendit, vera
„ esse Castalionis dicta in ejus Defens. *pag. 4.* si nihil præter Conjecturam
„ habebas, cur me vel dubitanter nominasti? an ut odiosum me redderes;
„ at istud est hominis parum candidi: An quod Conjecturæ credebas? at
„ istud est plenum periculi. De eo testor: mihi non liquere, qua fatali
declinatione homines ubi de Polygamia (& speciatim *Triumphatrice*, quæ
ejus esse dicitur:) sermo est, illius maximè Personæ, & maximis Studiis,
certè non spernendis, incubuerint? Similiter, quid Germanos & Peregrinos in eam rabiem adigat, ut Germanos, egregio honestatis, torò immaculato debitæ, exemplo laudatissimos (Thuan. *lib. 2. de Vita suâ pag. 19.*) jam demum, uno alterove facinore in Ephemerides redacto specioso encomio, privent spolientque? Sed utriusque sortis Libri jam eo usque valuere, ut resisti petulantia temporum posse in desperatis habeatur.

Hercules Commodianus, qui indignè tulit, Fabulam, *de Doctore Parisiensi*, tribus vicibus è feretro exsurgente, tribus, ut & tot diebus Judicium Dei Omnipotentis inclamante; eamque Secessui S. Brunonis in Eremum, in-
„ stituendæque Carthusianorum Familiæ ansam, protinus ullam dedisse,
„ Eruditis non credi, & ea de causa fascinatus, quæsita è tabernis & pro-
„ stibulis maledicta, & portenta mendaciorum, quæ ne Diabolus quidem
Calumniatorum omnium parens evomeret, in *Joh. de* LAUNOY, Constantiensem, Theologum Parisiensem, effudit, est *Theophilus* RAYNAUDUS; vide *Edit. Portner. de vera causa dict. Secess. pag. 6. & 7.*

Andreæ Dominico Flocco, Florentino, ab impostore L. FENESTELLÆ, adscriptum Librum, de Magistratibus & Sacerdotiis Romanorum, *Ægidius* WITSIUS adseruit; memorante Anton. Augustin. *Antiq. Dialog. 7. pag. 97.* licet non diffiteatur, Fenestellam doctum hominem fuisse & *in Pandectis Juris* recenseri (de loco, & ingenue fateor, mihi jam non constat; & aut non extat, aut infeliciter memoriâ illorum excidit, qui omnem vitam, his locis colligendis, summa cum industria impenderunt:) & fortasse Hispanum fuisse.

Eadem pag. Placc. *Pseud. pag. 394.* mentionem injicit S. POMPONII *vel rectius Pompeji Festi de Verborum significat.* Quæsitum: quis ille *Paulus* Abbreviator? Et equidem *Paulus V.* Pontifex Roman. esse non potuit; nam Anno 1605. in Pontificale Solium elatus, Libri tot Secula ad natales usque suos numerantis an Author? negandum: & in Epistola ab Aldo *in Edit. Cornucop. pag. v124.* usurpatum Pontificis Nomen nihilo pluris urget, quam hominem Ecclesiasticæ Professionis fuisse. Est itaque nemo alius, quam *Paulus Lon-*
„ *gobardus*, DIACONUS, (verba sunt Josephi Scaligeri in Præfat.) homo
„ confidentissimus ac, ut res ipsa docet, ineptissimus: is victo ac profligato
„ Desiderio, Longobardorum Rege ultimo, captus à Carolo M. Imperat.
„ magnam & à victore, & à posteritate se initurum gratiam putavit, si
S. Pom-

„ St. Pomponium Festum, quo Scriptorem utiliorem Lingua Latina non
„ habet, mutilaret, & tanto posteritatis damno se à Victore redimeret.
Quid autem Ludimagister ad Carolum Magnum? quisquiliæ sunt!

Non minus de *Pauli* DIACONI *Aquilegiensis Historia* Miscellanea diversæ sunt opiniones: aliis ANASTASIO Bibliothecario; aliis LANDULPHO *Sagaci*, eam adscribentibus. prout vestigia sunt apud Goldast. *dict. lib. 1. cap. 4. pag. 39.* & *cap. 8. pag. 64.*

SECTIO XV.

Epistolæ obsignatio; ubi de Wineo & Vettero, cum Paræanesi de fatis proprii laboris.

ITa tandem quæsitum, de Scriptis ultimum in his Conjecturis locum occupaturis; Electa duo;

Johannis WINEI, *de Successionibus ab intestato*; qui liber non ejus est, sed *Guilhelmi* RANCHINI; adeo ineptè descriptus, ut & plagiarius oblitus fuerit loci, in quo Ranchinus Stephanum Ranchinum, Parentem suum laudaverat, eradendi. Bitsch. *de Casib. pro Amico, quæst. 1. pag. 15. in princ.*

Idem Winei Nomen in memoriam revocat Processum Cameralem *Nicolai* WINEI, qui de verbo, ut loquuntur, ad verbum ab Adriano Gylmanno Tom. 1. Symphor. sub Inscriptione: Tractatus Methodici Processus Cameralis insertus. Quandoquidem autem *in Dissertat. de Cult. Jur. Camer.* verum debitorem non deprehenderim, nolo temerè alterutrum plagiarium accusare.

Alterum *Conradi* VETTERI, qui M. Conradi Andreæ Nomine adsumpto, Celeberrimo D. Jacobo Andreæ, Theologo, ut Fratri, illusurus, Libros convitiis refertissimos in auram lucemque publicam trusit, dignus, cum aversatione, ad Legem Rhemmiam remissus.

Tantum est, quod tenuis Epistola, honorando fideliter & ingenuè PLACCIANO NOMINI, ejus in Præfatione Syntagmatis hortationibus inducta, nunciavit libens meritoque, cum ob neglectos ab altero Typographo Vindiciarum Tomos; ab altero, subductam Rerum Cameralium Duodecennalem Periodum, à tertio suppressum ad Recess. Imper. Noviss. Commentarium non satis benè affectus uno alterove momento, inter Forensium Negotiorum, quibus cum officii rationes alligavere, turbamenta, ad amoeniora Studia digredi voluisset, post plura jam edita, Author, qui non minus esse sibi, quam cum sint, otia, jussit; nulla permisit. Vale.

Joh. Deckherr, Dr.

PAULI VINDINGII AD *Virum Amplissimum* JOHANNEM DECKHERRUM EPISTOLA *de* Scriptis nonnullis Adespotis.

VIRO AMPLISSIMO JOHANNI DECKHERRO, PAULUS VINDINGIUS *S. P. D.*

DAbis veniam Nomini apud vos ignoto. Imperârunt mihi has scribendi partes felices tuæ deScriptis Adespotis Conjecturæ. Placuit intueri cominus personatos istos Actores; detractîs Larvîs, Orbi Literato redditos. Quorundam Nomina, temporum injuria, aliorum, insignis modestia, plurium, publici metus suppresserat: Te vindice, omnes sibi suisque redduntur. Ignosces, si quædam à te prætermissa indicavero; vel sponte omissa. Nec multis tibi molestus ero, cùm Schedulas meas, quas ex illustri Bibliotheca Oxoniensi de hâc Materiâ congesseram, in Patriam miserim, brevi ipse secuturus. Quicquid adhuc mihi in memoria residuum est, paucis constringam, veniam exposcens, si tua patientia abutar.

In dignoscendis Ecclesiæ primitivæ Scriptoribus plurimi jam dudum non pœnitendos devorârunt labores. Longum foret per singula ire. Exhibuit Cl. FR. SPANHEMIUS, Præceptor meus ante quadriennium in Academ. Leidensi, plurimos Canones, in Introductione sua ad Historiam Ecclesiasticam, quibus vera à Supposititiis discernere jubet, & quantum distant æra lupinis.

CLEMENTIS *Epistola I. ad Corinthios* à Junio publici juris facta, inde Oxonii recusa Gr. Lat. studio Ven. Episcopi Oxoniensis, hodie ab omnibus fere pro genuina habetur; de altera Eruditorum contrariæ sunt opiniones.

BARNABÆ *Epistolam* ISAAC. VOSSIUS Notis illustravit, Viro Apostolico tribuendam ratus; Quid de ejusdem Authore sentiat Cl. E. BERNARDI,

ARDI, *Astronomiæ in Oxon. Academ. Professor*, qui ejus Editionem meditatur, brevi forte videbimus, si per Antiquitates FL. JOSEPHI licuerit, quæ ejusdem studio ex Prelo Scheldoniano splendidissimæ emergent. Si ex Stylo hujus Epistolæ de Authore conjiciendum erit, vix sapit genium illius ævi; & occurrentes ibi mysticæ Interpretationes, ut de 318. Abrahami Famulis &c. BARNABÆ hunc fœtum abjudicandum suadent.

De DIONYSII AREOPAGITÆ Scriptis res in aprico est. Quin Suppositititia exinde contendit PHILIP. BRIETIUS è Societate Jesu in Annalibus Mundi, quòd Monachorum meminerit; cùm cucullati hi Patres serius in Mundo comparuerint.

De Donatione CONSTANTINI MAGNI, ipsi etiam, quorum interest hæc mysteria propugnare; jam non dubitant, tantum, sed aperte pronunciant. Ipse MAIMBOURG *è Societat. Jesu*, in Historia Iconoclast. pag. 181. edit. in 4to. inquit: *la Donation de Constantin particulierement pour ce, qui Regarde Rome & l'Italie, si elle n'est fabuleuse, & supposée grossierement & sans aucune vraysemblance, par un extravagant imposteur du X. Siecle, comme la pluspart des Sçavans le tiennent pour indubitable; elle fut du moins sans effet, puisque les Empereurs, ou les Rois Barbares en furent toujours les maitres &c.* Et jucundum sane est, quod memini me legisse in Authore quodam Anglicano: Cùm Veneti rogarentur à Papa, ut Archiva depromerent, è quibus suum in Mare Hadriaticum Jus defenderent, respondisse eos, aureis Diplomata sua Literis inscripta esse à tergo Donationi Constantinianæ, quæ Romæ asservabatur. Quin BRIETIUS ad Annum 1664. LAURENTIUS VALLA ait, scripsit adversus ineptum Librum, qui inscribitur *Donatio Constantini*, sed majori in Pontificem odio, quàm eruditione.

S. JULIANUM TOLETANUM *Episcopum*, qui Seculo VII. floruit, & jussu ERVIGII Regis Hispaniarum adversus Judæos scripsit; cum JULIANO POMESIO Presbytero in Galliis, tempore Gelasiii Papæ, quidam confundunt, quod uterque Librum suum Prognosticon inscripserit, cum neque stylo, neque tempore aut dignitate conveniunt, teste BRIETIO in Annal. Mundi ad Annum 686.

Morale Speculum non VINCENTII BELLOVACENSIS, qui Anno 1256. claruit, sed alterius Junioris *Vincentii* creditur, cum ex prima parte & secunda SECUNDÆ *S. Thomæ Aquinatis* compositum & fere descriptum sit. Obiit verò *S. Thomas* 1247. Et illum plagii crimine onerare nimis durum quibusdam videtur.

Opusculum nitidissimum de Imitatione Christi, apud plerosque THOMAM à KEMPIS, Canonicum Regularem S. Augustini Auctorem meruit. Sunt vero qui obtrudunt JOANNEM GESSENIUM, *Abbatem Italum*, ex MSS. Benedictinis, quæ adulterata esse alii contendunt.

VINCENTIUM LIRINENSEM, Presbyterum & Monachum, cujus

laudatissimum Opus contra omnes Hæreticos habemus, Baronius autumat esse Vincentium istum, quem tempore St. Martini Galliarum Præfectum, SEVERUS SULPITIUS laudat.

CYPRIANI Opera cum optimis MSS collata & suæ integritati restituta, nuper Oxonii, labore Amplissl. Dn. Episcopi Oxoniensis luci reddita sunt.

Pag. 28. *Conjecturarum*, meministi cujusdam Episcopi Lincolniensis Dn. BACLO; Is, si placet, est THOMAS BARLOVIUS, magni apud Anglos nominis, & de Nostratibus optimè meritus. Optandum foret videre aliquando *ἀνέκδοτα* ipsius, quorum magnam in instructissima sua Bibliotheca copiam habet, & nuperrimè uno & altero Opusculo præsertim contra Curiam Romanam magnum Literatis desiderium excitavit. Historia ejus de Conspiratione contra JACOBUM ANGLIÆ REGEM, vulgo *The gunpouder Threason*, non ita pridem publicum vidit.

NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM cum 100. MSS. collatum, Oxoniique ante quinquennium editum, curæ præcipuæ Episcopi Oxoniensis, Doctoris JOHANNIS FELL debemus. Intra breve spatium meliorem adhuc pollicentur Oxonienses Editionem, & vidi ipse optimos Codices in hunc finem congestos. Multum isti Viro Respublica Literaria debet, nec pauci hodie in Anglia sunt, qui eidem vindicant illustre illud Opus & omni auro pretiosus, sub Titulo: *The Whole duty of man*. Alii pro Archi-Episcopo Cantuariensi militant; sed magis inclino ut Oxoniensi asseram; qui varias hactenus publicavit, nomine suo suppresso. VII. vero Volumina sunt quæ vulgo vocantur: *The works of the Author of the whole duty of man*. (1.) *The whole duty of man*. [Officium totum hominis.] (2.) *The causes of Christian piety:* [Causæ decrementi Christianæ pietatis.] (3.) *The Gentlemans calling*. [Juvenis nobilis vocatio.] (4.) *The Ladies calling*. [Virginis vocatio.] (5.) *The gouvernement of the tongue*. [Gubernatio Linguæ.] (6.) *The art of contentement*. [Ars contente vivendi.] (7.) *The living Oracles*. [Oracula viva.]

In DANIA ante quadriennium, ni fallor, apparuit CHRISTIANUS THEOPHILUS pro Defensione TH. BARTHOLINI; Ipsum Dn. BARTHOLINUM, *τῶν ἐν ἁγίοις* Authorem habuit. Cùm enim Magnus ille Vir Disquisitionem Medicam scripserat de Sanguine vetito; B. VANDALINUS, Episcopus Selandiæ eandem sibi oppugnandam desumpsit in Disputatione publica de Libertate Christiana, quam morte præventus publicè tueri non potuit. Contra quam sub Nomine CHRISTIANI THEOPHILI iterum B. TH. BARTHOLINUS defensionem composuit.

In *Gallia* magnum applausum meruit Liber cui Titulus: LA RECHERCHE DE LA VERITE III. Volum. Auctor ejus est MAILBRANUS, *Pere de l'Oratoire*; Cum autem Tomum I. in lucem emiserat, insecutus est Libellus: *La Critique de la Recherche de la Verité par un Academicien*. Is est Cl. SIMON

SIMON FOUCHERIUS, *Canonicus Divionensis*, mihi in paucis carus. MAILBRANUS vero ab hoc Antagonista provocatus, defensionem suam conscripsit in Præfat. Tomi II. Operis sui, quam iterum adortus est Dn. FOUCHERIUS Tractatu: *La réponse pour la Critique.* Dum hi ita digladiantur, Monachus Benedictinus è Loteringia, *Don* ROBERT DE GALES, si rectè memini, (Nomen enim tacetur) literis componere aggressus est; per: *La Critique de la Recherche de la Verité:* Cui iterum responsum est à Dn. FOUCHERIO per *la response à la Critique de la Critique de la Recherche de la Verité.* Idem Dn. FOUCHERIUS Auctor est brevissimi Tractatûs inscript. *Nouvelle Façon d'Hygrometre*, par S. F. h. e. SIMON FOUCHERIUS. In *Belgio* qui prodiit Tractatus contra Historiam Criticam V.T. per RICHARDUM SIMONEM, Gallico Idiomate conscriptus Ampliss. FR. SPANHEMIUM SS. Antiquitat. Profess. Authorem habet.

Addam jam pauca de Geographorum antiquorum uno aut altero. MARCIANI HERACLEOTÆ περιήγησιν sub NICOMEDE BITHYNIÆ Rege conscriptam, ab HOESCHELIO Græcè saltem editam, inde à PARENTE MEO Græc. Latin. & Notis illustratam, esse SCYMNI CHII jam omnes fatentur. Id autem LUCAS HOLSTENIUS vindicavit; & plura fortè reperientur in Notis ejus ad STEPHANUM de Urbibus, Leidæ Studio Cl. Dn. RYCKII ante triennium imprimi cœptis. In STEPHANO tria aut quatuor loca inveni, quæ SCYMNUM CHIUM hujus Descriptionis Auctorem esse palam testantur. Et nisi insigniter fallor, in ANTIGONI CARYSTII Histor. memorabil. SCYMNI locum citatum, aut nomen saltem legi.

De ANTONINI Itinerario adhuc litigant Eruditi. Plerique cœptum illud volunt sub JULIO CÆSARE, & OCTAVIANO AUGUSTO, sed postea auctum à sequentis ævi Scriptore non uno; sive is fuerit ANTONINUS BASSIANUS, *Severi Fil.* sive ÆTHICUS ISTER sive OROSIUS qui sub Constantino M. floruere. Potuit etiam mereri Titulum ANTONINI Imperat. scil. sub ipsius auspiciis compositum; licet aliquot Nominibus postea interpolatum sit.

Vetus Orbis Descriptio Græci Scriptoris sub Constantio & Constante Imperat. cum duplici Versione & Notis JAC. GOTHOFREDI, Genevæ 1620. in 4to. Authorem meruit ALIPIUM, de quo in Præfat. ita GOTHOFR. *Geographia hæc non est nisi alicujus Operis Historici ἐπιτομὴ & Ecloga. Auctor videtur* ALIPIUS *quidam, de cujus Geographia* JULIANUS *Epist. 30. qui* ANTIOCHENUS *erat, teste* AMMIANO *lib. 22. at aliter quibusdam videtur, quod cum ille Vicarius Britanniarum fuerit, de Britannia ut sibi ignota loquitur; cum tamen potuit scribere Geographiam & jam ante Præfecturam suam. Auctorem Religione Paganum fuisse ubique constat &c.*

Eundem esse PTOLEMÆUM qui Geographiam & Almagestum consignavit,

signavit, à JOH. BAPTIST. RICCIOLIO probatum est *lib. 7. cap. 1c.* quicquid contrarietur BAROCIUS *lib. 3. Cosmograph. cap. 3.* Ipse quippe in Almagesti *lib. 2. ult.* pollicetur se Opus Geographicum constructurum & locorum longitudines computaturum à Meridiano, qui transit per Alexandriam, quod etiam in Geographia sua exsecutus est. Nec JULIUS ille MATERNUS, quem in Geographia memorat, ille est qui sub CONSTANTINO floruit, & qui ad LOLLIANUM scripsit de Astrorum Judiciis, sed alius ab illo diversus.

De ÆTHICO quædam subjungam forte aliis non observata. Omnium ferò manibus teritur ÆTHICI Cosmographia ex recensione SIMLERI: Auctorem huic Cognominem, sed plane alium in MS. Bibliothecæ Bodlejanæ inveni & quidem vulgato longè antiquiorem. SIMLERIANUS quidem post CONSTANTINI M. tempora vixisse creditur, quem monstrosorum Vocabulorum Authorem vocat ORTELIUS: si BURTONO credam Comment. in Itiner. ANTON. *pag. 5.* in MS. THUANI vocatur JULIUS ORATOR, cujus CASSIODORUS meminit. Alter verò ÆTHICUS, quo Oxonii usus sum, una cum SOLINO in optima membrana scriptus erat, & quidem sub DOMNO THEODOSIO ut Clausula MS. indicabat. Titulus hic fuit: *Incipit Liber* ÆTHICI (al. ÆTHNICI) *Philosophico editus Oraculo, ab* HIERONYMO *Presbytero translatus in Latinum ex Cosmographia & Mundi Scriptura*; & statim in initio: *Hic* ÆTHICUS *Istria Regione Sophista claruit, primusque Codices suos Cosmographiam nuncupavit.* Innumeras in hoc Opere Fabulas deprehendi, & monstrosas voces vix ipsi Apollini explicandas, sed quædam exinde tamen cum fructu decerpsi. Interpolatum à Monacho Opus statim suboluit. Quid de hujus Authoris ætate senserit GUALTHERUS RALEIGH in Historia Mundi Anglicè conscripta, ex Literis Cl. Dn. RYCKII, *Profess. Leidensis Celeberr.* Amici optimi Responsoriis judicare licet; Cum enim ipsi indicaveram RALEIGHI sententiam hunc Æthicum temporibus PTOLEMÆI PHILADELPHI antiquiorem statuentis rescripsit: ÆTHICUM *à vulgato promisit olim* SALMASIUS, *in Notis ad Histor. Aug. 140. ex* THUANEÆ *Bibliotheca, ni fallor, & Danielis Schedis. Memini etiam me vidisse Codicem* ÆTHICI MS. *in Bibliotheca* VOSSIANA *à publicato diversum. Multifariam autem errat Anglus ille, quem adducis, in Æthici ætate notanda. Primo confundit* ÆTHICUM *cum* ISTRO CALLIMACHIO *qui* PTOLEMÆI EVERGETÆ *temporibus floruit. Deinde alium adhuc antiquiorem perperam confingit.* ISTRI *autem enumerantur à* VOSSIO *tres & fortè aliquis istorum Cosmographiam scripsit Græcè, quam* B. HIERONYMUS *Latinè vertit, quamque inepti Monachi, sicut scribis interpolarunt, adscripseruntque* ÆTHICO, *quoniam is &* ISTER *natione erat; & simile Argumentum tractaverat.*

Sed longius non licet esse molesto. Vale itaque, Vir Amplissime, & fave Nominis tui devoto Cultori. Argentorati D. IV. MDCLXXXI.

PETRI

PETRI BÆLII
AD
Virum Doctissimum
THEODORUM JANSONIUM AB ALMELOVEEN,
EPISTOLA
de
Scriptis Adespotis.

VIRO CLARISSIMO
THEODORO JANSONIO AB ALMELOVEEN,
Medicinæ Doctori,
PETRUS BÆLIUS
Philosophiæ Professor Roterodami
S. P. D.

NOn illepidum sanè neque illiberale est Argumentum in quo jam ante aliquot Annos Vir multijugæ Lectionis Joh. Deckherrus operam suam industriamque voluit collocatam, *emissis in lucem de Scriptis Adespotis, Pseudepigraphis & Suppositiis Conjecturis.* Placent multis Viris doctis ejusmodi disquisitiones, & in amœnitatibus Literarum quas plerumque omnes consectari amant numerantur. Sunt quidam gravioris supercilii, & nimium delicati fastidii qui non se credunt prætium operæ facturos, si veritates id genus unde non pendeant Musarum Fata indagaverint. Utatur quisque suo judicio, & quemadmodum æquum est nos ista non scribere Viris illis supra nubium tractus vaga sidera sequentibus, ita patienter illi ferant detegi isthæc arcana talium studio correptis hominibus, librorum ut plurimum, atque adeò humanioris Literaturæ amantissimis; à quibus profecto magnam inibis gratiam quod tuis curis effectum sit ut Typis nitidioribus prodeant in lucem Conjecturæ Deckherrianæ auctiores multo quam in utraque præcedenti Editione. Quia verò à me intellexeras non solùm ex Reipublicæ Literariæ Excerptis Mense Septembr. novissimo vulgatis pag. 1013. sed etiam coram & ex Literis observasse

ſervaſſe me nonnulla in Opuſculo optimi Deckherri quæ ſecus quàm oportuerat obſervata fuiſſent, egiſti apud me ut ea Tibi indicarem, vadem te præſtans fore ut Autor id non ferret parùm æquo animo, ſciebas enim quid hac ſuper re ipſemet Tibi ſcripſiſſet. Tum ſi quæ addere poſſem ex propria penu, ea ut tecum communicarem Operi quod ſub Prelo ſudaret annectenda, non ſemel pro tua in me prolixa voluntate petiiſti. Ego verò qui tui cauſa multo plura eaque ampliora ſi vires ſuppeterent facere paratum me ſentio, libens conditionem amplexus ſum, quamquam non neſcius exiguam mihi eſſe admodum talium rerum ſuppellectilem. Sed dicent fortaſſe aliqui Lectores ſtetiſſe per Excerpta Reipubl. Literariæ mihi ſingulis Menſibus adornanda, (Opus ad ſe rapiens univerſum otium ac tempus Viri multo me diligentioris, laboriſque patientioris) quominus plura Tibi hoc ſuper Argumento ſcripſerim. Quidquid id eſt æqui bonique conſulite Tuque Operis Editor, & Clariſſimus Deckherrus Author, haſce qualeſcunque meas tum Animadverſiones, tum Additiones.

Ea quæ habentur pag. 27. de Hottomanno, & de Junii Bruti Vindiciis contra Tyrannos revocant me in Memoriam ejus quod ſubinnui in Excerptis Menſis Septembr. 1684. pag. 151. Hottomannum haberi Authorem earum Vindiciarum. Rogavit me paulò poſt per Epiſtolam Cauſarum Patronus doctiſſimus apud Trajectum ad Moſam D. Niſet, num ea diceret Clariſſimus Huberus, cujus de Jure Civitatis Commentarii egregii Epitomen tunc dabam, nam ex Grotii ſententiâ ſub ficto Junii Bruti Nomine latêre Mornæum Pleſſiacum; Judice verò Bœclero, Hubertum Languetum: Jacobum verò Magnæ Britanniæ Regem exiſtimaſſe fœtum hunc eſſe Pontificii cujuſdam qui voluiſſet Reformatis creare invidiam nomine Doctrinæ Principibus deteſtatæ. Dicam hic me ex Hubero ea non ſumpſiſſe, ſed ex Libro Gallico Pariſiis impreſſo Anno 1589. cui Titulus: *Traitté de la Puiſſance des Rois contre le Roi de Navarre.* An verò iſte Tractatus idem ſit de quo Cl. Deckherrus pag. 95. loquitur tanquam Lugduni combuſto, & falſo aſcripto Carolo Molinæo JCto. ſed quem alii tribuant *Hugoni Sorello Roſerio*, non mihi liquet.

Pag. 28. extat duplex mendum; prius annotat Cl. Paulus Vindingius in Epiſtola ad Deckherrum ſcripta ſecundæque Editioni appoſita; ſic enim loquitur: *Meminiſti cujuſdam Epiſcopi Lincolnienſis Dn.* BACLO; Is, *ſi placet, eſt Thomas* BARLOVIUS. Subjungit quædam de Operibus Illuſtriſſimi Reverendiſſimique Senis, ſed cum non loquatur de ſcripto egregio ſuper Excommunicatione Regum quod ex Anglico Gallicè verſum ab Anonymo prodiit in lucem Anno 1681. ſub ficto Claudii Barbin Typographi Pariſienſis Nomine, non gravabor hic ea de re meminiſſe. Poſterius Erratum in eo conſiſtit, quod M. CHOFFETAN, Ordin. Prædicat. dicatur ſcripſiſſe in Apologiam Jacobi Regis. Haud ita vocabatur, ſed *Coeffeteau*, Regi Chriſtianiſſimo

à publi-

à publicis & secretioribus Consiliis, Vir in paucis Gallicâ Facundiâ clarus, & tandem evectus ad Episcopatum Massiliensem. Vertit Gallicè Florum, & Historiam Imperatorum Romanorum usque ad Constantinum eadem Lingua elucubravit.

Pag. 35. sic loquitur Author; *Scelesti* de Tribus Impostoribus *in Gallia, ut referunt, passim venalis Libri Authorem Bernardinum* OCHINUM *fecit hucusque fama publica.* In Secunda Editione desunt hæc verba, *ut referunt*, quibus fides sit visam fuisse Viro docto nimium crudam & parùm tutam priorem assertionem. Certum est falsissimum esse rumorem hunc Librum emi posse in Gallia, vix ullus alius tam difficilè reperiri potest emendus ab iis qui hæc sagacissimè ruspantur. Sed ut credamus Ochinum non conscripsisse famosum adeò Tractatum facit quod ait Grotius in Appendice de Antichristo p. m. 84. *Librum de Tribus Impostoribus absit ut aut Papæ tribuam aut Papæ oppugnatoribus. Jam olim inimici Friderici Barbarossæ Imperatoris famam sparserant Libri talis, quasi jussu illius scripti. Sed ab eo tempore nemo est qui viderit: quare fabulam esse arbitror.* Hæc ultima verba probant ut quod maximè falsum esse hunc Librum facilè in Gallia reperiri. Si res ita se haberet, nequaquam Grotium latuisset. Observavit Paulus Colomesius Rupellensis in suis *Miscellaneis Historicis*, Vernacula Lingua Arausione vulgatis Anno 1675. Vir, ut probè notasti in novissima tua Epistola, harum rerum callentissimus, quique in Gallia sua Orientali *pag. 27.* dudum promisit Dissertationem cui Titulus sit futurus, *Decouverte d'Autheurs cachez*, observavit, inquam, in illis *Miscellaneis pag. 28.* errrasse Grotium dicentem inimicos Imperatoris Barbarossæ tribuisse illi Librum de Tribus Impostoribus, non enim illum sed Fridericum II. jactatum esse Authorem ejuscemodi Libri, ut patet ex Epistolis Petri de Vineis, ipsi à Secretis & à Sigillo, utque ipsemet Grotius scripsit in Notis in 3. partem Philosophiæ realis Thomæ Campanellæ. Debuisset dicere Colomesius Fridericum Barbarossam teste Grotio jussisse ut Liber ille conscriberetur, non verò fuisse Authorem illius, hæc enim duo non tam parum differunt ut dubium relinqui debeat Lectori utrum affirmetur. Quidquid id est hoc unum saltem patet non fuisse Ochinum illius teterrimi Libri Authorem, quippe de quo Fama fuerit vagata multo ante natum Ochinum.

Haud prorsus dijudicare valeo sint ne certa quæ refert Doct. Author pag. 39. *Bibliothecam Gallo-Suecicam* à Jesuitis Moguntinis fuisse editam, vel ab aliquo ex eorum Collegio Sodali. Hoc unum scio Dominum Graverolium Nemausi in Gallia Juris Consultum eruditissimum dicere in suis Observationibus super Senatus Consultis Tolosanis ab Rupe-Flavino collectis, Authorem Bibliothecæ Gallo-Suecicæ esse Isaacum Wolmarum, ejusque Libri Typographum à Senatu Parisino flagris fuisse damnatum.

Pag. 51. agit. Cl. Author de Scripto celeberrimo in Originem Libertatis Reipublicæ Venetæ Anno hujus Seculi XII. publici juris facto Italicè cum

hoc Titulo: *Squittinio della liberta Veneta.* Verè equidem refert adscriptum fuisse id Operis Marco Velsero, at ignorasse eum Virum miror superesse jam ferè nullum dubium quin Author Operis sit Alphonsus *de la Cueva*, Marchio de *Bedemar*, Regis Hispaniarum apud Venetos Legatus, & tandem in Cardinalium Album relatus. Legere illud est tum in Præfatione Versionis Gallicæ *Scrutinii* illius quam D. Amelot de la Houssaye creditur concinnasse & Notis locupletasse, atque Ratisbonæ (si Operis Titulo fidem adjungas) Typis tradidisse Anno 1677. tum ex Libello elegantissimo, cui Titulus: *La Conjuration des Espagnols contre la Republique de Venise en l'Année 1618.* quem Abbas de St. Real Patriâ Sabaudus Parisiis in lucem edidit ante aliquot Annos. Ille idem Abbas Author est trium quotuorve aliorum Opusculorum Anonymorum, quorum ecce Tibi Titulum: *Dom Carlos, Nouvelle Historique: De l'Usage de l'Histoire: Memoires de Madame la Duchesse Mazarin* (degit nunc ea in Anglia, magnæ famæ, formæ, ingeniique Fœmina) *Cesarion, ou Entretiens divers*; de quo Opere nos in Excerptis Reipubl. Literariæ Mensis Octobr. 1684. pag. 266. &c.

Pag. 72. credit Dom. Deckherrus Catharinæ Medicéæ Vitæ, Actorum, & Consiliorum stupendam narrationem, scriptum esse *Joh.* SERRANI, sive SERRARII. Illum sine dubio intelligit quem vulgò vocamus *Jean de Serres*, quique composuit *l'Inventaire de l'Histoire de France*, non quidem usque ad suam ætatem sed usque ad excessum Caroli VII. At parùm verisimile est scripsisse illum narrationem supra memoratam de Rebus gestis Catharinæ Medicéæ. Sapit hoc Scriptum aliud longè ingenium & dicendi genus. Non ægrè crederem Henricum Stephanum esse Authorem illius Libri prout ipsi à Maimburgio tribuitur in Historia *Ligæ*. Solet divendi & compingi ille Libellus cum Diario Henrici III. cujus Author ignoratur, & cum divortio Satyrico Henrici IV. & Margaretæ Valesiæ, nec non amoribus ejusdem Regis, atque Confessione Catholica DE SANCY. Suspicantur quidam priorem illam Satyram de divortio Regio fuisse conscriptam à Nobilissimo Historico *D'Aubigné*, nemo verò dubitat quin fecerit Confessionem Catholicam *de Sancy*, Opus dicteriis aculeatis & salibus urbanissimis quamquam non rarò acrioribus refertissimum, multoque lepidius alterâ Satyrâ ab eodem scripta sub Titulo: *Le Baron de Feneste.* Cæterum Joannes ille *de Serres* Minister fuit Verbi Divini in Delphinatu; qui ejus Opus ad Henricum usque IV. deduxit, erat quoque Minister & vocabatur Monliart.

Quæ habentur pag. 72. continent mehercule errorem non levem, sed qui condonandus sit Viro peregrino. Dicit nempe Author Cl. Ephemerides Eruditorum Anni 1666. pag. 137. testari Librum cui Titulus: *Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medices*, Scriptorem habere Cardinalem *Richelium.* Minimè gentium extat illud in Ephemeridibus Eruditorum, sed fuisse illum Librum conscriptum pro Cardinali Richelio, sive ad ejus usum.

Verus

Verus Author Operis est Franciscus Annibal *d'Etrées*, Par & Polemarchus Franciæ qui annosissimus obiit Anno hujus Seculi 70. quippe centenario propemodum æqualis. Is bellicæ artis apprimè sed non minus Politicæ prudens, Opus hoc contexuit, multaque alia hucusque inedita & publica luce dignissima ut intelligere datur ex Literis Patris le Moine Jesuitæ celeberrimi Operi præfixis. Sic enim Interpretor & Jure quidem hanc subscriptionem Epistolæ præfixæ *le* P. L. M.

In iis quæ proxime sequuntur melius id quod res est assequutus fuit Deckherrus, quippe Historiæ amatoriæ Galliarum genuinum Opus est Comitis *Bussii Rabutini*, Viri olim præclaris Muneribus instructi, quorum Jacturâ & aliquot Mensium carcere luit pœnas omnes quas metuere habebat, asperiores sine dubio futuras sub Rege minus clementi. Est ille dudum inter quadraginta Viros Academiæ Gallicæ, nec temerè reperias qui Stylo comptiori & venustiori scribat. Fama est illum in conscribenda Historia Franciæ laborare.

Subsequitur mox observatio de Authore *Ministerii Cardinalium Richelii, & Mazarini*, quæ me in summam admirationem rapit. Nam qui fieri potest ut quis crediderit utrumque horum Librorum conditum esse ab eodem Scriptore, quandoquidem prioris Cardinalis *Ministerium* Gallicè duntaxat scriptum est, posterioris verò Italicè primum ab Comite Galeazzo Gualdo Priorato, (Viro multis aliis Historiis in lucem editis inclyto, quique Vicentiæ in Patria obiit Anno 1678. Cæsareæ Majestatis Historiographus) dein Gallicè versum. Accedunt multæ aliæ rationes quas profert Deckherrus ut Conjecturam Burgoldensis valde absonam confutet. Quæ postea subnectit, videntur significare Joh. Silhonium sibimet ipsum asseruisse *Ministerii Mazarinei* Historiam quam videret aliis tribui. Citat Librum *du Ministre d'Etat* verè à Silhonio concinnatum, sed cùm minimè mihi nunc satis sit otii ad Librum hunc evolvendum, & festinanter omnino ista Tibi sint mittenda, (Operæ enim omnis moræ sunt impatientes ob instantes Francofurtenses Nundinas quibus Opus Deckherrianum adornant) non possum hoc quidquid est frustrationis probè corrigere. Dicam tamen nihil quicquam aliud videri mihi scriptum esse à Silhonio circa *Ministerium* Cardinalis Mazarini, præter Tractatum haud ita crassum quem vocavit, *Eclaircissement de quelques difficultez touchant l'Administration du Cardinal Mazarin*, Opus sanè egregium : præterea certum est Librum *du Ministre d'Etat*, longè ante fuisse vulgatum quàm Cardinalis Mazarinus ad Clavum sederet. De Ministerio Cardinalis Richelii legere me memini apud Sorellum *cap. 2. Bibliotheca Gallica pag. m. 27.* Authorem illius esse *Dom Charles de St. Paul*, Fuliensium Monachorum Præsidem, & Episcopali Infulâ tandem donatum. Ejus alia quædam sunt Opera & in his Geographia Sacra in quam Lucas Holstenius Annotationes quasdam edidit Romæ ante 20. Annos plus minus.

Quæ leguntur pag. 73. ea sunt ut accidisse aliquid humanitùs Erud. Deckherro probent apertissimè. Ait nempe ipsum Armandum Richelium in Pseudonymorum Familiam adsciscendum visum esse *cum adversus Petri de Marca de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ operam* OPTATUS GALLUS *insurrexisset.* Primo fallitur dum dicit Opus de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ in quod Optatus Gallus insurrexit, fuisse scriptum à Petro de Marca, cura enim prodierat Petri Puteani, & quod Petrus de Marca composuit hoc super argumento subsequutum est non vero præcessit Tractatum *Optati Galli.* Sed hic alter, venia sit verbo, error circa sensum verborum quæ ex Fageto vitæ Petr. de Marca Scriptore laudat paulò post Cl. Deckherrus. En verba: *Eodem ipso Anno (1640.) prodiit famosus quidam Libellus sub Optati Galli Nomine, duo Volumina de Libertate Ecclesiæ Gallicanæ recens edita graviter insimulans, quod ex eorum Lectione Schismatis periculum pertimescendum esset cujus Authorem fore* RICHELIUM *ambitione Gallici Patriarchatus atrociter* (Marca) *præsagiebat.* Duplex hic quoque lapsus, nam neque Petrus de Marca ille est qui præsagiebat; Optatus Gallus id faciebat, neque qui præsagiebat aut quispiam alius suspicatus est Richelium esse Authorem Libri qui sub fictitio Optati Galli Nomine prodierat. Tantum abest ut Cardinalis esset Author illius Libri vel remotus vel proximus, ut è contra in eo acriter sugilletur, eumque refutandum majorem in modum Petro de Marca tradiderit. Dicit Clarissimus Baluzius in ejusdem Præsulis Vita, Authorem qui sub Nomine Optati Galli latere voluit satis *alioqui esse cognitum si larvam illi detrahere liberet.*

Plura potuissent dici his quæ de *Castellione* extant pag. 88. Author ille fuit Libri, *de non puniendis Hæreticis*, qui sub Nomine Martini Bellii vulgatus est post Servetum ultimo Supplicio Genevæ punitum, cui Libro ut scis Theodorus Beza respondit. Posuerunt Galli nuper illum Tractatum Martini Bellii in suo Indice Librorum prohibitorum Parisiis authoritate Senatus & Archi-Episcopi Typis mandato.

Rectè omninò sententiam mutavit Deckherrus pag. 90. de *Antonio le Grand:* is enim revera Author est Librorum qui non pauci numero sub ejus Nomine prodierunt; Diu est cùm inter Anglos vivat, Pontificiæ Sectæ addictus, nec semel iter Gallicum instituit præfectus Studiis & Moribus Nobilium quorundam Ephœborum ex ea gente. Duaci natus est in Flandria, & si benè memini, Opus Gallicum Anonymum conscripsit ante Annos 20. plus minus, cui Titulum fecit: *l'Homme sans passions selon les sentimens de Seneque*, in Gallia primum, deinde in Batavia Typis excusum. Ejusdem est alius Tractatus Parisiis publici juris factus cum hoc Titulo, si bene memini: *l'Epicure Chrêtien & Spirituel.*

Pag. 93. dicit Author Operibus posthumis Benedicti de Spinoza Anno 1678. Typis exscripta præfixam esse *tersissimam incogniti Authoris Præfationem.* Dictum est mihi nuper Præfationem illam fuisse primo Belgicè conscriptam

ab

ab Viro quodam è Menonitarum Secta cui Nomen *Jarich Jelles*, qui postquam Mercaturam exercuisset Amstelodami, in privato otio & ex quæsitis reditibus vixit, Vir cæteroquin Literis haud ita instructus; Eam vero Præfationem creditur postea Latinè vertisse prout extat in Libro Spinozæ Ludovicus Meyer Medicus Amstel. ante paucos Annos vivis exemptus, Author ut fama est Dissertationis Paradoxæ, cui Titulus: *Philosophia Sacræ Scripturæ interpres*, quæ non immerito displicuit Theologis, utpote sapiens Hæresim. Contra eam stylum strinxerunt varii Theologi in hac Belgica Fœderata.

Jam ego in Excerptis Reipubl. Literariæ Mensis Junii 1684. pag. 341. retuli ex Dieemanni Tractatu de *Naturalismo*, truculentissimum Librum *de justa Reipublicæ Christianæ in Reges impios & Hæreticos Auctoritate* prodiisse Anonymum Parisiis Anno 1590. & biennio post Antwerpiæ Pseudonymum sub Guilliel. Rossæi Nomine (citat Dieemannus. vid. Placc. Pseudon. pag. 249. 250.) verumque ejus Authorem esse Jesuitam quemdam. At hîc pag. 94. dicitur Scavenius testatus pestilentem hunc fœtum deberi acceptum ferri Guillielmo GIFFORDO.

Circa Authorem recentium Librorum de Polygamia, de quibus Cl. Deckherrus pag. 95. legantur nostra Excerpta Reipubl. Literar. Anni Superioris pag. 359. & 1351.

Hæc sunt quæ carptim observare potui dum festinanter legerem Folia Libri Deckherriani adhuc à Prelo madentia quæ submittenda mihi curasti docte & benevole ALMELOVEENI. Fac me quæso ut purges apud Autorem de Libertate qua usus sum in recensendis quibusdam ipsius erroribus.

NUNC ad Clariss. Vindingii Epistolam venio, & paucis absolvo meas in eam Emendationes.

Dicit ille 1mò. Libri cui Titulus: *la Recherche de la Verité*, Auctorem esse MAILBRANUM, *Pere de l'Oratoire.* Dicendum fuerat MALLEBRANCHIUM. 2dò. Dum ille Author ejusque Censor digladiarentur, *Monachum Benedictinum è Lotharingia*, Don Robert de Gales, *si rectè memini (Nomen enim tacetur) litem componere aggressum esse per* la Critique de la Recherche de la Verité. Dicendum erat *Dom Robert des Gabets*, cujus Opus vocatur: *la Critique de la Critique de la Recherche de la Verité.* 3tiò. In Belgio qui prodiit Tractatus contra Historiam Criticam V. T. per RICAREDUM SIMONEM Ampliss. FR. SPANHEMIUM Authorem habere. Dicendum erat, *Richardum Simonem*, & *Ezechielem Spanhemium*, Oratorem Electoris Brandenburgici. Cæterum Robertus ille *des Gabets*, Monachus Benedictinus, Lotharingus, ex Congregatione St. Venne bonus fuit Philosophus, Cartesianæ Sectæ addictissimus. Missi sunt huc non pauci ejus Tractatus Philosophici qui fortean propediem in lucem prodibunt. In his est brevis Responsio Epistolæ cuidam quæ sine Nomine Autoris prodiit Parisiis ante Annos 15. circiter, sub hoc Titulo: *Lettre d'un Philosophe à un Cartesien de ses amis.* Credit ipse Author

Responsionis Jesuitam Rapinum scripsisse illam Epistolam, sed fallitur. Scripsit eam, vel omnia conjiciendi Argumenta me fallunt, ipsaque adeò opinio summorum hac in re Judicum, Jesuita *Pardies*, ex Prov. Benearnia oriundus, & Lutetiam accersitus docendæ Matheseos ergo, qua in Sparta egregiè inclaruit.

TANDEM Supplementa quædam, ne prorsus ἀσύμβολοι accedamus, suppeditemus, nullo servato vel temporum, vel materiarum ordine, sed prout unumquodque Nomen Memoriæ occurrerit. Non meliorem curam nobis liberam faciunt hinc aliæ occupationes *quæ Caput & circa saliunt latus*, illinc Typographi ardor Nundinas Francofurtenses anhelantis, indocilisque aliquam moram interponere inter Opus Cl. Deckherri Prelo exemptum mecumque statim communicatum, & istam Appendicem Prelo submittendam.

Occurrit mihi omnium primus larvatus ille Joannes Baptista Gallus JCtus, qui Notationes edidit in Jacobi Augusti Thuani Historiam, quas Ingolstadii excusas Anno 1616. & recens ex Nundinis Francofurtensibus allatas Prætor Parisinus damnandas & supprimendas curavit. Author earum erat Jesuita quidam Parisiensis Nomine Joannes Baptista de MACHAUD, seu MACALDUS fatente Philippo Alegambe pag. 224.

Jesuitarum Catechismus qui prodiit in lucem Anno 1602. quique deinde Anno 1677. recusus est Ultrajecti (quamquam in fronte Libri videas, *A Ville Franche chez Guillaume Grenier*) Authorem habet Stephanum Pasquier, egregium Virum & in Gallia præclaris Muneribus secunda fama perfunctum. Non diffitetur Filius cum respondet acerbo Scripto Jesuitæ Francisci Garassi in Parentem, cui Titulus: *la Recherche des Recherches*, in quo inter alia crimini datur Stephano Pasquier quod dixit de Miraculis Xaverianis in suo Catechismo Jesuitarum. Videsis pag. 795. Libri Jesuitæ & pag. 316. Apologiæ pro Stephano illo.

Tractatus celeberrimus *de la Politique de France*, qui Anno 1669. prodiit in lucem cum hac appellatione Authoris P. H. Marquis de C. continente primas Literas Nominis illius, scriptus est à Marchione du Chatelet, Nobili Aremorico ex antiqua Majorum Familia, Filio ut mihi verisimile videtur *Pauli* illius *Hay*, Domini du Chatelet, de quo Pelissonius non pauca refert scitu digna in eleganti Historia Academiæ Gallicæ. In 2. & 3. Caput supradicti Tractatus, ubi de Religione agitur, vulgavit aliquas Observationes Petrus Molinæus, Petri Filius, Canonicus Cantuariensis, sed mutato vero Nomine in fictum de *l'Ormegrigni*. Tertio verò Capiti, in quo de Reformatis agit Author, respondit Minister & Professor Arausionensis Dominus de Chambrun, assumpta in fronte Operis Nomenclatura Græca, nimirum de M. de *Melanchthon*. Idem ille Canonicus Cantuariensis Author est *Clamoris Regii Sanguinis ad Cælum adversus parricidas Anglicanos*, qui Liber vehementer stomachum

machum

machum movit Joh. Miltono in Alex. Morum quem vel credidit, vel finxit edidisse eum clamorem.

La connoissance des bons Livres, Opus Typis mandatum Parisiis, & in Hollandia quoque Anno 1672. Authorem habet Dom. Sorel, multorum aliorum Librorum Parentem, quos ipsemet recensuit ad calcem Bibliothecæ suæ Gallicæ.

Prodiit Parisiis Liber Gallicus venustè admodum scriptus Anno 1671. sub hoc Titulo: *Entretiens d'Ariste & d'Eugene*, cujus Author vocatur *Bouhours*, Jesuita Parisinus. In eum censuram strinxit quæ summopere placuit Anonymus quispiam Cleanthis Nomen mentitus, qui vocatur *Barbier d'Aucour*, Advocatus Parisinus, & nunc Academicis Gallicis cooptatus, postquam præfuisset Studiis unius ex Filiis Clarissimi Colberti, sed pro Jesuita Apologiam concinnare aggressus est Abbas non incelebris, edito in lucem Libello *de la Delicatesse*, qui sanè minori in numero habitus est, quàm Opus quod non multo ante conscripserat, cum hoc Titulo: *le Comte de Gabalis, ou Entretiens sur les Sciences secretes.* Erat hic Author l'Abbè de Villars.

Les Conformitez des Ceremonies modernes avec les anciennes, qui Liber si Titulo stes impressus fuit Lugduni Batavor. apud Joh. Sambix Anno 1667. sed si rem ipsam sequaris Genevæ, Opus est Petri Mussardi Genevensis, Viri admodum Illustris, qui postquam Lugduni in Gallia Verbi Divini Ministrum egisset summa cum laude, ex eaque statione migrare coactus fuisset, cum Rex Galliæ Ministros extraneos suo munere abire jussisset in Patriam se contulit, unde vocatus Londinum inter Gallos Verbi Divini Præco, quoad vixit, extitit. Ejus est aliud Opusculum haud illepidum nec indoctum, cui Titulus: *Jugement de Messieurs de la Propagation de la Foy sur le Traitté du Purgatoire de M. A. Bobye*; scripsit præterea *Historiam Deorum Fatidicorum* in 4to. quæ primum Genevæ excusa, Francofurti ad Mœnum recusa est Anno 1680.

Scripserunt multi in Expositionem Doctrinæ Catholicæ quam composuit Episcopus Condomiensis, nunc Meldensis, sed omnes suum Nomen professi, si unum excipias, quem ideò Episcopus in Præfatione posteriorum Editionum Anonymum solet vocare. Vocatur is *D. de la Bastide*, Patria Ruthenus in Occitania, diu multumque in partem curarum Ecclesiasticarum vocatus, quippe unus ex Senioribus, quos vocabant, Carentonensibus. At nunc ille derelicta nostra Religione vexatus novissimis procellis Pontificiæ Ecclesiæ Mysta est. Duos Libros edidit in Episcopum Meldensem; priorem adversus 1. Editionem Expositionis; posteriorem verò adversus Præfationem novæ Editionis. Nec non etiam in arenam descendit cum Clero Gallicano Anno 1682. scriptâ de illius Cœtus Actis Religionem spectantibus, Responsione Apologetica primum Parisiis, deinde Amstelodami Typis mandata. In eundem Cœtum scripsit Celeberrimus Joh. Claude, ab ipsius enim

enim calamo prodierunt *les Considerations sur les Lettres Circulaires de l'Assemblée du Clergé de France*, Hagæ Anno 1682. Typis mandatæ.

Percrebuit majorem in modum Tractatus Gallicus *de Episcopo Aulico*, carpens inprimis Episcopum Ambianensem, & Archi-Episcopum Rothomagensem. Fuit iste antea Episcopus Sagiensis in Neustria, & ab eo multa mala passus est Presbyter quidam Nomine *le Noir* Teologalis, ut vocant, ejusdem Sedis Episcopalis, qui cum acriori esset indole non modo diem dixit Præsuli, Hæresiumque criminumque postulavit, sed Scripto juxta erudito & salso Episcoporum Superbiam, & Aulicos Mores perstrinxit. Hic ille est Liber quem vocant *l'Evêque de Cour*, qui in ipsa Gallica furtim impressus in 4to. minori deinde forma recusus est in Hollandia. Apposita est Epistola ejusdem *le Noir* ad Ducem Guisiam Fæminam Negotiis Religionis immersam. Ille tandem pœnas dedit gravissimas inimicis suis ad triremes damnatus, sed mutata est pœna carcere perpetuo.

Miror nostrum D. Deckherrum qui tot Libros Politicos Anonymos recensuit, & Conjecturis suis submisit, tacuisse de solidissimo illo Baronis Lisola Opere, quod Juribus Galliæ Reginæ in Brabantiam oppositum est sub Titulo: *le Bouclier d'Etat & de Justice.* Fama est ex interceptis Literis Domini de Lionne cognitum esse fateri eum ingenuè hoc scriptum esse omni exceptione majus. Nunquam audivi quidquam reposuisse Gallos tali clypeo.

Tractatus de *Origine Fontium* qui prodiit Parisiis Anno 1674. Opus est Dom. Perreault, non illius qui Præfectus est Ædificiis Regiis, & versionem Vitruvii Commentariis locupletatam concinnavit, estque unus ex 40. Academicis Gallicis; nec illius qui Medicinæ Doctor Parisiensis, & Academiæ Regiæ Scientiarum Socius Tentamina Physica edidit Gallicè Anno 1680. 3. Volum. in 12mo. sed tertii horum Fratris.

Dissertatio de *Trisagii* Origine Authore P. A. V. D. M. quæ prodiit in lucem Rothomagi Anno 1674. non ab Ministro Rothomagensi ut perperam Maimburgius censet in sua Pontificatus Gregorii Magni Historia, concinnata est, sed à Domino Allix, nuper Pastore Carentonensi, nunc verò Londini commorante. Ex eodem fonte emanarunt Homiliæ Gallicæ de quibus nos in Excerptis Mensis Aprilis 1685. pag. 431. nec non *Anastasii Sinaïtæ Anagogicarum Contemplationum in Hexaemeron Liber 12. hactenus desideratus, cui præmissa est Expostulatio de St. Johannis Chrysostomi Epistola suppressa*, qui Liber Londini lucem aspexit in 4to. Anno 1682.

Nullus Liber melius indicat quàm pauci sint homines qui genium habeant ad jocos & sales ritè interpretandos factum, eo qui ante decennium vulgatus est sub hoc Titulo *Jani Alexandri Ferrarii Cœnobitæ Augustiniani* EUCLIDES CATHOLICUS. Ridetur in eo salsè & urbanè Præfidentia Pontificiorum qui non secus ac si Fidem suam firmis stabilirent Fundamentis gloriantur, & alios præ se contemnunt; tamen ille Liber multis Refor-

Reformatis tantum non visus est impius haud quaquam discernere cautis *quid distent ara lupinis.* Sed quid facias cum eo genere Hominum qui cucurbitas lippiunt, qui fatuè sapiunt ad cibos exquisitissimos? an propterea ironiæ valedicetur? Non censebunt, opinor, periti rerum æstimatores. Videsis supra laudatum Dieemannum pag. m. 19. qui melius judicat de *Euclide Catholico*, cujus non ignorat esse Authorem, Celeberrimum Fabricium, *Heidelbergæ Theologiæ Professorem.*

Richardus Simon, de quo supra, Author esse creditur Libri qui sub Nomine de *Simonville* impressus est Parisiis Anno 1681. & continet versionem Tractatus Leonis Mutinensis de Ceremoniis Judæorum cum Notis, tum etiam ipsi tribuitur versio Itineris ad Montem Libanum Jesuitæ Dandini, Notis exquisitis comitata, nec non *l'Histoire Critique de la creance des Nations du Levant & l'Histoire de l'Origine & du Progrez des Revenus Ecclesiastiques.* videantur Excerpta Reipubl. Literariæ Mensis Maji 1685. pag. 531. & Mensis Maji 1684. Artic. 2. & 3.

Egregium Poëmation vidimus ante paucos Annos, cui Titulus: *l'Art de Precher.* Crediderunt quidam Authorem ejus esse eumdem illum Poëtam nominatissimum qui Satyris suis adeo inclaruit ut Regiæ Historiæ conscribendæ Provinciâ fuerit donatus. Alii vero dixerunt artem illam concionandi fœtum esse Monachi S. Genovevæ, quod fortasse non ignorarent esse quemdam in ea Congregatione Monachum qui quam plurima composuit Carmina inedita quibus acerbè carpit pravos mores Clericorum. Falluntur utrique. Author Operis vocatur *le P. de Villiers*, ex Jesuitarum Sodalitio. Admonet me Titulus istius Poëseos, alterius Tituli similis, nempe *de l'Art de Parler.* Liber ille ter jam fuit impressus, & factus est à Patre Bernardo Lami Presbytero Oratorii ut vocant. Idem Author est alterius Libri Anonymi, *Entretiens sur les Sciences*, de quo videas mentionem in Excerptis Mensis Decembr. 1684. pag. 468. Versatur nunc ille Gratianopoli in Delphinatu, & multis Operibus Nomen decusque aliquod sibi peperit quæ Anonyma prodire non passus est, de quibus proinde hîc sileri oporteat.

Plurimi fiunt à multis Lectoribus tria hæc Opuscula, *Somnia Sapientis, Genius Seculi, Gyges Gallus, Auctore Petro Firmiano.* Verus Author erat Monachus quidam Capucinus Nomine Zacharias Lexoviensis. Tribuitur eidem Opusculum satis atrox in Jansenistas, cui Titulus: *Relation du Pays de Jansenie, par Louis Fontaines Sieur de S. Marcel:* Parisiis Typis mandatum Anno 1660. vide Sorellum *Bibliothec. Gall.* pag. m. 172.

Inter eos qui Expositioni Episcopi Meldensis responderunt Nomen suum professus est Advocatus quidam Monspeliensis, Nomine Brueys, qui nunc ejusdem Episcopi castra sequutus, & in clientelam admissus, non rarò in nostra Dogmata calamum exerit. Auspicatus est ab Examine rationum quæ locum dederunt Secessioni majorum nostrorum ab Ecclesia Romana. Hunc Librum tres ex nostris refutarunt. Primo Celeberrimus Petrus Jurieu, Theo-

logiæ hac in Urbe Professor, Collega mihi æternum colendus & de me semper optimè meritus, qui Libellum eximium vulgavit, cui Titulus: *Suite du Preservatif.* Ratio Tituli haud ignota est iis qui sciunt jam opposuisse illum Authorem Expositioni Condomiensis Præsulis, Alexipharmacum optimum, sive *Preservatif contre le changement de Religion.* Secundus qui in Brueysium insurrexit, edito in lucem Tractatu: *le Proselyte abusé, ou fausses veües de M. Brueys,* est D. *de Larroque* Filius illius inclyti fama Ministri Rothomagensis cujus Elogium videre est in Excerptis nostris Mensis Martii 1684. ubi quoque videntur nonnulla de Scriptis ejus Anonymis. Tertius Adversarius Brueysii, fecit Observationes generales in ejus Librum (vide Excerpta nostri ejusdem Mensis pag. 100.) & vocatur D. *L'enfant,* Verbi Divini Minister Heidelbergæ, Vir in ætate parum provecta jam fructus edens qui ætatem ferent. Pater ejus olim Castellione ad Lupam Minister, nunc in Hessia eodem Munere fungens scripsit in Methodum Pacificam Jesuitæ Maimburgii. Ut hoc obiter dicam, Liber qui Roterodami vulgatus est in eamdem Methodum Pacificam, ante triennium, Opus est Theodori Maimburgii Cognati Jesuitæ illius, qui Theodorus dudum valedixerat Ecclesiæ Pontificiæ, & in nostram se receperat. Agit nunc ille Londini. Ejus est aliud Opus quod jam Groningæ Typis mandatum fuerat cura Celeberrimi Samuelis Maresii Anno 1664. cum hoc Titulo: *Reponse sommaire au Livre de Monsieur le Cardinal de Richelieu par le Sieur* R. DE LA RUELLE.

Prodiit Hagæ Anno 1683. Liber qui admodum placuit Lectoribus; en Titulum ejus: *Apologie pour les Reformez où on voit la juste idée des Guerres Civiles de France & les vrais fondemens de l'Edit de Nantes.* Author illius Operis vocatur D. *Fetizon,* tunc Verbi Divini Minister in finibus Campaniæ apud Nobilissimum & Strenuissimum Virum Dominum de BRIQUEMAU, Nomen Reformatis jure merito carissimum; nunc eamdem Provinciam strenuè obit Lipstadii, cujus Urbis Præfectura data est ab Sereniss. Electore Brandenburgico, eidem Dom. de Briquemau.

Non hîc repetam quæ in Excerptis Mensis Januarii proximè præteriti habentur de Authore Anonymo Libri adversus Methodos Cleri Gallicani adornati, sub hoc Titulo: *Examen des Methodes.* Jam satis notum est prodiisse Opus è calamo D. *Basnage,* Ministri Rothomagensis facundissimi, & Patroni causarum Celeberrimi adhuc superstitis, Filii. Si quis diligenter evolvat Excerpta Reipubl. Literariæ videbit detectos aliquot alios Authores Anonymos.

Tractatus Gallicus *de Voluntate,* qui Anno superiore prodiit in lucem Parisiis, quemque nonnulli falsò tribuerant Domino Nicolle, Authori Anonymo, *de la Perpetuité de la foi; des prejugez legitimes contre les Calvinistes; des Essais de Morale, des Pretendus Reformez convaincus de Schisme,* factus est à Theologo

logo Parisiensi, qui vocatur D. *Ameline*, ad quem extant Epistolæ Joh. Launoy inter Opera Celeberrimi illius Viri.

Les Observations sur la nouvelle Defense de la Version Francoise du nouveau Testament imprimée à Mons, de quibus Excerpta nostra Mensis Maji 1685. pag. 479. factæ sunt à Jesuita quodam qui vocatur *le Tellier*.

HABES his Clarissime Vir, quæ mihi venerunt in memoriam festinanter scribenti de Argumento *Deckherriano*. Plura potuissem fortasse, & minus vulgaria congerere, si scrinia evolvere, & Libros quosdam examinare, atque Amicos sciscitari per temporis angustias licuisset, tum etiam si non veritus fuissem molestiam creare iis Authoribus quorum Nomen dias in luminis oras revocassem. Erunt sine dubio qui dicent tanti non fuisse Appendicem istiusmodi assuere Operi Deckherri, quippe agere me tantum de Scriptis cuilibet obviis, & recentissimis. Sed ô utinam cum olim Scripta Adespota recens è manu Typographi evolaverant, aliquis notum fecisset Nomen Authorum. Nunc facilius esset suum unicuique fœtum vindicare. Promisit Vir eruditus, Dominus *Baillet*, in iis quæ publici juris fecit *Doctorum judiciis*, Tractatum uberiorem de Scriptis Anonymis, & Pseudonymis, quem sperare fas est nobis ad satietatem præbiturum quæ hac in re desiderantur. Vale Vir Clarissime & me ama, Tibi omni obsequio devinctum. Dabam Roterodami ipsis Nonis Martiis M DC LXXXVI.

SYLLABUS AUCTORUM

in hoc Libello laudatorum & citatorum.

SYLLABUS AUCTORUM.

B.

Buch-

Genti-

Medio-

SYLLABUS AUCTORUM.

Schep-

Propter



Propter identitatem Argumenti, iterata huic Editioni, accessit

LARVA DETRACTA,

hoc est:

Brevis Expoſitio Nominum

ſub quibus

Scriptores aliquot Pſeudonymi recentiores imprimis latere voluerunt.

Quondam Veriburgi Typis excuſam Anno 1670.

(De qua Petr. Dahlmann in ſeinem Schau-Platz der maſquirten und demaſquirten Gelehrten pag. 487. Num. 48. ſequentia: LARVA DETRACTA &c. iſt Pars poſterior der gelehrten Diſſertation, de Nominum Mutatione, welche der berühmte GEISLERUS Profeſſ. Jur. zu Leipzig Anno 1669. gehalten/ und An. 1671. vermehrter wiederum heraus gegeben in 4to. Es iſt aber vorgemeldte Larva detracta in 12mo. wider ſeinen Willen ſeparatim gedruckt worden/ wie Hr. Placcius *Anonym. Num. 1139. a.* referiret/ ꝛc.)

I. DECAS.

1. *Durus de Paſcolo.*

Wahremundus ab Ehrenberg. Mirabilis de bona caſa.

Duri de Paſcolo *Aulicus Politicus* ſpectat ad *Eberhardum à Weihe*, qui etiam alibi ſub fictitio Nomine, *Wahremundi ab Ehrenberg* prodiit. Teſtantur id ipſum ipſius Opera (a) edita Francofurti Sumptibus Joh. Beyeri An. Chr. 1642. 8vo. Teſtatur illud quoque Limnæus, *lib. 1. cap. 11. Jur. Publ. pag. 172.* ubi de Nominum Mutatione ſic loquitur: Hoc licentioſo Seculo Numero plurimos reperire licet, qui, neſcio quâ pravitate, cum Edmundo Campiano *Concert. Eccleſ. Anglic. 3.* ſæpiùs & Nomina & veſtes mutant & Protheo mutabiliores in Theatro Literario apparent. Ita mox videbimus *Eberhardum à Weihe*, mox *Durum de Paſcolo*, mox *Wahremundum ab Ehrenberg*, mox *Mirabilem de bonâ caſa*, unum eundemque Politicum conſtituere.

(a) *Nimirum Meditamenta pro Fœderibus: Veriſimilia Theologico-Juridico-Politica: Aulicus Politicus.*

 2. *Hippo-*

2. *Hippolytus à Lapide.*

Dissertatio de Ratione Status in Imperio Romano-Germanico, impressa Freistadii 1647. 12mo.

Spectat ad *Dn. à Dranse* Berolini Regis Sueciæ Residentem, uti autumat Burgoldensis. (b)

(b) *Notitia Imperii part. 1. discurs. 3. pag. 154. & part. 1. discurs. 12. pag. 289. uterque allegatus locus continet Judicium & Characteres Hippolyto à Lapide tributos.*

3. *Honorius Reggius.*

Per Anagramma *Georgius Hornius: de Statu Ecclesiæ Britannicæ*, Dantisci 1647. 4to. (c)

(c) *Theophilus Spizelius in Scrutinio Atheismi Historico-Ætiologico, Scrutin. 2. §. 10. pag. 40.*

4. *Andreas Philopater.*

Scripsit contra Edictum [Elisabethæ] Reginæ Angliæ, sed revera est *Creswel* Jesuita. (d)

(d) *Henricus Braschius in Labyrintho Apostatarum cap. 12.* in der 2ten Eintheilung *§. 2. pag. 264. impresso Hamburgi 1663. 4to.*

5. *Torræus Hebius Nobilis à Sperga.*

Hoc Auctore prodiit Hanov. 1612. *Satyricon* hac Epigraphe distinctum: *Cave canem; de vita, morobius, rebus gestis, divinitate Caspar. Scioppii Apostata.*

Recluso Anagrammatis Mysterio animadvertimus, illud Satyricon prodiisse Auctore *Caspare Barthio*, Berolinæo. (e)

(e) *Ex Amici cujusdam Relatione.*

6. *Centuriæ IV. variarum Quæstionum.*

Germanicè scriptæ & expressæ Ulmæ A. C. 1665. 8vo.

Spectant ad *Martinum Zeilerum.* (f)

(f) *J. G. Schottel* von der Teutschen Haupt-Sprache *lib. 4. tractat. 4. pag. 1179. ubi simul omnia aut pleraque solertissimi Martini Zeileri Scripta recenset.*

7. *Franciscus Marinius.*

De scopo Reipublicæ Polonicæ adversus Hermannum Conringium, Uratislaviæ 1665. 12mo.

Joh. Sax (aut *Sachs*) Fraustadiensis Polonus illius Scripti Auctor fertur. (g)

(g) Nec abludit Auctor ille, qui contra Franciscum Marinium pro Hermanno Conringio, Vindicias scripsit. A. C. 1665. 12mo. nam pag. 38. hæc verba ἐμφατικῶς inseruit: Per me tibi licet porrò adhærescere oscitantiæ tuæ, ut Polypus adhæret Saxo. Pag. ultimam sic concludit: satis diu Saxum volvi, sat prata biberunt.

8. *Anti-*

8. *Anti-Machiavellus.*

Sive Auctor *Librorum* (h) *Trium, de Regno adversus Nicolaum Machiavellum,* est *Innocentius Gentilettus, JCtus Delphinensis.* (i)

(h) Prodierunt Lausannæ A. C. 1571. 8vo. item Lugdun. Batavor. A. C. 1647. 12mo.

(i) Pellerus in Notis ad politicum sceleratum impugnatum *cap. 45. pag. 581.*

9. *Observationum Politicarum,* (k) *de nuperis Galliæ motibus.*

Auctor creditur esse *Carolus à Grotnitz*, Nobilis Pomeranus. (l)

(k) *Editarum A. C. 1649. in 12mo.*

(l) *Joh. Schmidelius in Observat. ad M. Z. Boxhornii de Imperio Romano Dissertation. 5. pag. 298.*

10. *Schola Salernitana.*

Sive *Medicina Salernitana*, sive *de conservanda bona Valetudine*, sive *Regimen Sanitatis Salerni*, sive *Flos Medicinæ.* Diversimodè enim formatur Titulus Libri hujus, quem *Renatus Moreau*, Medicus Parisiensis cum Animadversionibus edidit Parisiis 1625. 8vo. Auctor hujus Scholæ est *Johannes* dictus à Patria *Mediolanensis* sive *de Mediolano.* (m)

(m) *Quensted. de Patriis Illustr. Viror. pag. 291. Eadem, sed pluribus verbis fatetur allegatus Renatus Moreau, in Prolegom. cap. 3. pag. 13. & 21. ubi de Arnoldo Villanovano, qui hoc Opus Medico-Poëticum Commentariis enarravit. Numerus Versuum non est apud omnes idem; Codex Schenckianus 1239. Tullovianus 1096. Morrovianus 664. Vulgatus 372. Naudinianus 183. annumerat.*

II. DECAS.

1. Theurdanck.

De hoc Libro [nondum à me viso] sic scribit Tob. Wagerus: (n) *Maximilianus I. Imperat. ipse res gestas suas, Poëmate Teutonicô emblematicè conscripsit, Libro Titulum* Theurdanck *præscribens, fingens curiositatem & invidiam, quasi Personas comicas, quas prudentia sua aut vitaverit aut vicerit; cujus Poëmatis Clavis extat apud Sebastianum* Francken / *in Chronico-Germanico.*

(n) *In Institut. Histor. lib. 7. cap. 8. pag. 596.*

2. *Gustavi Seleni,*

Lusus Schaccorum sive Schacht- oder Königs-Spiel. Lipsiæ 1616. fol.

Spectat ad *Augustum Brunsuicensium & Lünaburgensium Ducem*, teste Chr. Lud. Dietherro in Addition. ad Besoldi Thesaur. Pract. lit. S. num. 13. pag. 661. b. & Hermanno Conringio de Bibliotheca Augusta pag. 151. (o)

(o) *Verba ejus hæc sunt: Elucet autem ingenium & industria & varia planè ac recondita Doctrina Principis, in voluminibus propriis. Quæ inter Anno 1616. cum applausu Eruditorum Germaniæ nostræ exceptum est Gustavi Seleni, ficto eleganter Nomine, illud grandioris formæ de Ludo Schacchico volumen, Vernaculo Sermone exaratum &c.*

3. Gusta-

3. *Gustavi Seleni*

Jam dicti, sunt *Cryptomenitices & Cryptographia lib. 9.* in quibus plenissima Steganographiæ à Joh. Trithemio olim conscriptæ enodatio latinè traditur. Lüneburgi 1624. fol. (p)

(p) *Hæc collegi ex Draudii Bibliotheca Classica, sub Libr. Philosoph. pag. 1486. & Epistola Herman. Conringii de Bibliotheca Augusta pag. 153. ubi pluribus hoc Opus Steganographicum commendat.*

Christ. Ludov. Ditherrus in Addition. ad Besoldi Thesaur. Pract. lit. B. num. 75. pag. 112. a. de Steganographicis loquens, hæc subjicit: Clandestinos scribendi modos illustrarunt superiori Seculo Joh. Trithemius, Hieron. Cardanus, Joh. Baptista Porta; hoc verò Seculo, præter Blas. Vigenerium, Eryc. Puteanum, Herman. Hugonem, Athanas. Kircherum, Hercul. à Sunde, & alios, Gustavus Selenus, h. e. Augustus Lüneburgicus, Serenissimus Brunsuicensium Dux, & omni Literarum genere excultissimus Princeps.

4. *Juo Villiomarus*

Edidit *Animadversiones in locos controversos Titii*; (q) sed revera est *Josephus Scaliger.* (r)

(q) *Robertus Titius ediderat prius Locorum controversorum [Philosophicor. maxime] Libros X. Florentiæ 1584. 4to.*

(r) *Justus Lipsius in Politicor. lib. 4. cap. 3. §. 5. Georg. Erhardus in Symbolis ad Petronii Satyr. cap. 37. pag. 626.*

5. *Ch. G. B.*

Schmiede des Politischen Glücks. Hamburg. bey Johann Baumannen Buchhändler. 1664. 12mo.

Illos Fortunæ Fabros fabricavit *Christ. Gottfrid Bessel*, Hamburgensis, antehac Cancellarius, nunc verò (s) Brunsvigæ vitam degens.

(s) *Quantum mihi ex Amici cujusdam honorifica de illo Viro Relatione constat.*

6. *Philippi Andreæ Burgoldensis*

Notitia Rerum Illustrium Imperii Romano-Germanici tripartita: sive *Discursus Juridico-Politico-Historici ad Instrumentum sive Tabulas Pacis Osnabrugo-Monasteriensis*, recusi Freistadii. A. C. 1669. 4to. utiliter in multorum versantur manibus: sed de Auctore vero jam quæritur: Ecquis ille? Joh. Wilh. Relfendso (t) de Summa Principum Germaniæ Potestate *cap. 5. pag. 67.* putat *Burgoldensis* ficto Nomine dici voluisse *Dn. Philip. Andr. Oldenburger.*

(t) *Quia* ad Dn. Relfendso, qui itidem est perconatus Anonymus Scriptor, provocavi, poterat quis quærere: num etiam Anonymorum vel Heteronymorum Scriptorum Testimonia allegari possint? Affirmativam suadent

1. Exempla: (a) quoties citatur etiam à gravibus & circumspecti judicii Viris Anti-Machiavellus, Parthenius Litigiosus, Hippolytus à Lapide, & alii?

& alii? (*b*) an Dnn. Scabini aut Rotæ Genuensis Assessores ideò consulentium Literas rejiciunt, quia requirentes subscripserunt nomina fictitia Caji, Titii &c.

2. Rationes: nam (*a*) dissimulato Nomine Scriptoris non semper dissimulatur veritas. Modò vera dicantur, parùm refert, quis dixerit, an *Aristoteles*, an mutato Nomine *Plato*. vid. Laërt. *lib. 3. cap. 1. pag. 118. e.* Res ubi habetur (inquit Petr. Firmianus in Gyge Gallo ad Lectorem) frustrà quæritur, unde illa ortum ducat. Nilum venerabantur & utebantur Ægyptii, etiamsi ortum ignorabant: & tu, si Aurum obtines, non quæris, an Sol illud præparaverit in montibus, an vero Raymundus, ipsis sideribus diligentior, in Museo. (*b*) Debemus etiam in Scriptores Anonymos grati esse per ingenuas allegationes. En exemplum! postquam Caspar. Barthius *lib. 9. adversariorum. cap. 5. pag. 423.* aliquid de superstitioso cultu Veneris apud Turcas ex Anonymo Auctore retulisset, his sinceris & laudabilibus verbis concludit: Hæc Christianus ille suo ævo eruditissimus Scriptor, cui, licet Anonymo, magnas tamen gratias pro hoc monumento habemus.

7. *Quirinus Pegeus*

Artem Apophthegmaticam, das ist: Kunst-Quellen denckwürdiger Lehr-Sprüche und ergetzlicher Hof-Reden edidit Norimbergæ. A. C. 1655. 8vo.

Latitat sub illo Nomine *Georg. Philippus* Harsdörffer/Patritius Noricus. (u)

(u) *Id quod ex Joh. Christoph.* Horn/ *Institore Endterorum Bibl. Norimbergens. me didicisse memini.*

8. *Severini de Monzambano Veronensis*

De Statu Germaniæ Liber unus primâ vice impressus Genevæ 1667. 12mo.

Adscribitur *Samueli Puffendorff*, Professori Heidelbergensi antehac, nunc [si adhuc vivit] Holmiensi in Succia. (v)

(v) *Hæc dictante fama communi: quam fortassis etiam secutus est Sarckmasius in judiciis de novissimis Prudentiæ Civilis Scriptoribus §. 8. & 3. confer. Anonymi exercitat. 2. contra Monzambanum, in fin. pag. 19.*

9. *G. G. L. L.*

Nova Methodus discendæ docendæque Jurisprudentiæ, edita Francof. 1668. 12mo.

Est Scriptum *Gottfr. Gulielmi Leibnitz* Lipsiensis. (x)

(x) *Ejusdem ingenio debemus Libellum de ratione Corporis Juris reconcinnandi, impressum Moguntiæ 1668. 12mo.*

10. *Joh. W. Relfendso Heromontanus*

De Summa Principum Germanicorum Potestate. A. C. 1669. 12mo.

Literas indicatas ita in ordinem redegit fama, ut illius Scripti non alius videatur Auctor, quam *Joh. Wolffgangus Rosenfeld.* (y)

(y) *Heromontani verò vocabulum alludit ad Scribentis Patriam, quæ est Heldburg in Franconia; in Opusculo edendo sudârunt Typi Lipsienses Typographi.*

III. DECAS.

1. *Collegium Electorale*

De eligendo Romanorum Imperatore prodiit A. C. 1658. 4to.

Sed quo Auctore? Recito aliena (a) verba: *circa materiam Electionis ac Coronationis Imperatoriæ præter Auream Bullam & Pastorii labores Electorales, lectu jucundissimum est Collegium Electorale, quod Anno 1658. in Electione Invictissimi Leopoldi Imperat. prodiit, cujus Auctor à nonnullis creditur esse Dn. Frischmannus.*

(a) *Burgoldensis Notit. Imperii part. 1. discurs. 9. §. 12. pag. 248.*

2. *Astri inextincti,*

Quod lucere cœpit A. C. 1636. Auctor est *Romanus Hay*, Ordinis St. Benedicti, & quidem in Monasterio Ochsenhusano Sueviæ. (b)

(b) *Pellerus in Notis ad cap. 1. Politici scelerati impugnati pag. 15. ubi etiam Alphonsi de Vargas Toleto-Hispani judicium de præfato Astro inextincto recitat. conf. Martin. Zeilerum Epist. 531. pag. 788. ubi multa ex laudato Romano Hay citat; preprimis autem ex ejusdem Aula Ecclesiastica & Horto Crusiano hæc [ex pag. 192.] verba: credebat, opinor, Bremensis, * me, quia Monachus sum Ochsenhusanus, etiam bovinum intellectum habere.*

* Cur *Bremensis* vox additur? quia scil. *Joh. Crusius* Bremensis, Jesuita, contra Astrum inextinctum scripserat.

3. An. Chr. 1571. exhibiti fuerunt in 8va forma & tribus partibus *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicæ in Regno Galliæ*

Libri novem, absolventes Historiam ab A. C. 1557. usque ad A. C. 1570. quo tempore in Gallia regnarunt Henricus II. Franciscus II. & Carolus IX.

„ Mei Exemplaris frontispicio adscripsit [nescio quis] hæc verba: Au-
„ ctor hujus Historiæ de initio & progressu Religionis Calvinianæ putatur
„ esse *Franciscus Hottomannus*, *JCtus*. Sed Nomen suum noluit profiteri,
„ metu periculorum. Ergo [addit ille] meritò suspectus est totus Com-
„ mentarius; nec cum Joh. Sleidano conferendus.

4. *Parthenius Litigiosus*

Auctore *Ventura de Valentiis, JCto Veronense, Comite S. Palatii, Equite Aurato, Cive Romano.* Veronæ, Anno, Instante Deo, pIa CaVsa trIVMphat. Prostat apud Paulum Ledertz, Bibliopolam Argentinensem. 4to.

Genuinus Auctor est *Georgius* [sive *Jurga*] *Valentinus* Winther (c)

(c) *Thom. Lansius Orat. contra Italiam pag. m. 785. in margine Martin. Zeiler. centur. 2. Epistola 36. pag. 402. fin. Imò ex ipsius Libri Dedicatione pag. 7. [ubi Jurga Valentinus* Winther *vocatur Jur. Utr. Dr. Comes Palatinus, & Philippi II. Ducis Pomeranorum Consiliarius] dispalescit.*

5. *Judi-*

5. *Judicia de novissimis Prudentiæ Civilis Scriptoribus ex Parnasso cum Eubulo Theosdato Sarckmasio in Secessu Albipolitano ingenue communicata, & Martismonte A. C. 1669. 4to. excusa,*

Tribuuntur *Conrado Samueli Schurzfleischio*, Phil. Magistro hactenus [relicta Academia Lipsiensi] apud Wittenbergenses moranti (d)

(d) *Dictam illam censuram minari videtur in Dissertat. de Induciis thes. ult. lit. ee. in Notis.*

6. *Arcanorum Dominationis Hispanicæ*

Auctorem esse *Joh. Leonhardum Weidnerum*, Palatinum, Scholæque Heidelbergensis Rectorem, colligo ex Burgoldensi. (e)

(e) *In Notitia Imperii part. 1. discurs. 1. §. 76. pag. 84. Locus, ad quem ibidem Burgoldensis alludit, est apud J. L. W. in cap. 17. §. 11. pag. 101. edit. Lugdun. Batav. de Anno 1653. 12mo.*

7. **Bienen-Korb des Heiligen Römischen Immen-Schwarms/ &c.**

Durch Jesuwald Pickhart/ des Canonischen Rechtens Canonisirten oder Gewürdigten. Gedruckt zu Christlingen bey Ursino Gottgwinn. 8vo. Auctor est *Philippus Marnixius Dominus de Aldegonde*, Nobilis ex Belgio. (f)

(f) *J. L. Weidnerus in Apophthegm. part. 4. pag. 67. ubi tria præprimis proponit: 1. Vitam Marnixii. 2. Judicium de illo Apiario Romano. 3. Excerpta quædam* aus dem Bienen-Korb.

8. *Mulieres non esse Homines,*

Statuit quidam in *Disputatione* edita (g) A. C. 1595. 4to.

Illas Theses [forte in Polonia elaboratas] communicante *Valente Acidalio* ad Typos revocavit Osthausius Bibliopola. Sed quo eventu? ut ipse *Valens Acidalius* postea censeretur Auctor. Quanquam metu infamiæ irarumque Lipsiensium & Wittenbergensium, *Apologeticam Epistolam* (h) scripsit Nyssæ ad Jac. Monavium Uratislav. Videatur etiam Nicolaus Henelius in otio Uratislaviensi *cap. 42. pag. 354.* ubi *Acidalii innocentiæ* patrocinatur, detestatus prius Fœminei sexus obtrectatores.

(g) *Uti percepi ex Jac. Thomasio, Viro & memoriæ & judicii præsentissimi, Præceptore meo cum cura nominando.*

(h) *Quæ accessit Centuriæ Epistolarum editarum Hanoviæ 1606. 8vo. * Obiter autem notentur verba Val. Acidalii inserta Epistolæ 100. ad Frideric. Taubmannum scriptæ. pag. 333. in Patria mea ne erres, non Silesium me, sed Marchicum esse scito. Fatum huc, nescio quod, me traduxit: vix tamen ibidem perpetuò aut in longum tenebit. † Imò eodem Anno 1595. eodem loco, quin & Mense mox sequenti Majo fatum suum explevit.*

9. *Monarchia Sol-ipsorum Lucii Cornelii Europæi*

Ad Virum Clarissimum Leonem Allatium: cui nuperrimè accessit Clavis onomastica, juxta Exemplar Venetum 1648. 12mo.

Hæc Scripti illius Inscriptio & Rubrica: sed Auctor quisnam? Joh. Otto Tabor (i) innuit *Casp. Scioppium*; at Chr. Pellerus (k) indicat *Nicol. Inckhoferum.*

(i) *In princ. Præfat. ad Disputat. 5. (editas Giffæ 1663. 4to.) de Confrontatione. Ubi dicit: Lucius Cornelius Europæus, sive is sit Caspar. Scioppius, sive quis alius ex genere Scriptorum Satyricorum.*

(k) *In Notis ad Præfat. Politici scelerati impugnati pag. 9. Verba Pelleri hæc sunt: Monarchiam Sol-ipsorum perhibent scripsisse quempiam Patrem ex Societate Nicol. Inckhoferum Germanum, posteà Romam profectum, nunquam reversum.*

10. *Florimundus Ræmundus*

Senator Burdegalensis non censetur illorum Librorum, (l) qui tamen Nomen ejus jactarunt, Auctor fuisse; (m) Qui potius *Ludovico Richeomio* Jesuitæ adscribendi sunt. Certè de Ræmundo *non solùm Burdegalæ, sed etiam in tota Gallia rumor sparsus fuit, eum*

judicare sine Conscientia scribere sine Scientia ædificare sine Pecunia.

(l) *Edidit Historiam de Hæreseon ortu, progressu & ruina, versam ex Gallico in latinum & continuatam usque ad A. C. 1650. Coloniæ 1655. 4to.*

(m) *Ex D. Sam. Maresio [qui Gröningæ A. C. 1658. 4to. edidit Johannam Papissam restitutam] refert Martin. Zeilerus in Miscellan. sub lemmate* Bücher *pag. 36. Eadem refert Johann. Georg. Dorschæus in Dissertat. de Providentia Divina circa Augustan. Confess. p. 4. pr. edit. Francofurt. 1655. 4to.*

IV. DECAS.

1. *Præclarum est Scriptum, cui Titulus:*

Historischer Bericht von des Reichs Vogtheyen. (a)

Cujus Auctorem constat esse *Danielem Heyderum, Virum Germanicarum Rerum peritissimum, Consiliarium Lindaviensem;*

Contra quem prodiit aliud Scriptum (cui Titulus: Refutation des Reichs-Vogts) Apologetico Scripto alio *Heyderi* dudum jugulatum. (b)

(a) *Prodiit Stutgardiæ 1655. 4to.*

(b) *Philipp. Andr. Burgoldensis ad Instrum. Pacis Osnabrug. Monaster. part. 1. discurs. 21. membr. 4. §. 17. pag. 392. fin.*

2. **Die verteutschte** *Stratonica*

Gedruckt zu Amsterdam 1666. 12mo. dissimulat Interpretis Nomen, his tantum Literis J. L. V. A. admissis.

Revera autem est Specimen Versionis Virginalis. Ecujus vero Virginis? *Johanna Laurentia* Von Adlersheim: Id quod 1. inserta Imago. 2. Dedicatio ad Henricum Piccad. 3. Fama apud nos communis confirmatum ivit. (c)

(c) *Gra-*

(c) *Gratulati tunc tacite fuimus Consuli Lipsiensi de tali Filia: nunc autem gratulamur Comiti de Oppersdorff de tali Conjuge!*

3.

Johannis Sauberti est Epistola illa egregia, qua, sub Nomine *Justi Baraei* Antverpiani, ad Abrahamum Scultetum, Majestas Omnipraesentiae Carni Christi communicata, docte asseritur. (d)

(d) *Joh. Micralii Histor. Ecclesiast. lib. 3. sect. 2. quaest. 48. pag. 540. princ.*

4. *Joan. Gualtherius*

Chronicon Chronicorum, vel Chronicon Ecclesiastico-Politicum IV. Tomis conscripsit, eoque omnia scitu digna, (e) quasi uno fasciculo collegit. Editum Francofurti apud Aubrios 1614. 8vo.

Sed sub hoc Gualtheri Nomine latitare voluit *Janus Gruterus*, Bibliothecarius Palatinus longe celeberrimus! (f)

(e) *Nimirum Imperatorum Regum Ducum & Principum &c. gesta, Dies Natales, Imperia, Matrimonia, Victorias & Clades. Draudii Bibliotheca Classica sub Libris Histor. Geograph. & Polit. pag. 1059.*

(f) *Herm. Conringius de Bibliothecâ Augustâ in Epistolâ ad Boineburgium pag. m. 72.*

5. *Petrus Syringus*

Scripsit de Pace Religionis in Imperio Romano Commentationem Politico-Juridicam. (g) Delituit sub illo fictitio Nomine *Justus Springerus*, quemadmodum Literae in ordinem debitum redactae evincunt. (h)

(g) *Impressam Lipsiae 1607. 4to. & Jenae 1625. 4to.*

(h) *Consentit nobiscum tum Limnaeus de Jure Publico lib. 1. cap. 11. num. 72. ubi dicit: Syringus & Springer unum repraesentat; tum Draudius in Bibliotheca Classica sub Lib. Juridicis pag. 801. ubi tamen (sed manifesto sphalmate) Justi Sprengeri Nomen ponitur.*

6. **Die süßen Todes-Gedancken**

Aus dem Frantzösischen des Jani Serre **Teutsch gegeben durch** B. M. V. O.

Per initiales illas Literas indicatur nullus alius quam *Martinus Opitius* **Von Boberfeld.** (i)

(i) *Uti mihi retulit Caspar. Müllerus, Bibliopola Vratislaviensis, qui Aureum Libellum per Typos Breslavienses A. C. 1658. in 12mo. resuscitavit.*

7. *Alitophilum seu Veritatis Lacrymas*

Euphormionis Satyrico plerumque junctas, (α) edidit *Claudius Bartholomaeus Morisotus*, qui alias Henrici IV. Galliae Regis vitam (β) scripsit. (γ)

(α) *Vide Editionem Amstelodamensem Anni 1664. 12mo.* (β) *Editam Genevae 1629. 12mo.* (γ) *Christoph. Forstnerus in Epistolis Negotium Pacis Osnabrugo-Monasteriensis concernentibus Epist. 10. Extr. pag. 131.*

8.

Elegantissimus pariter ac Civilissimus Liber est *Georgii Rollenhagen*, quem (k) **Frosch-Mäußler** (l) inscripsit. (m)

(k) *Vidi Lipsiæ editum A. C. 1637. 8vo.*
(l) *i. e. dict. Ranarum & Murium mirabili Aulico Statu.*
(m) *Usus sui verbis Burgoldensis in Notitia Imperii part. 1. discurs. 1. §. 16. §. 12. pag. 12.*

9. *R. Z.*

Author Elementorum Jurisprudentiæ (n) scripsit Juris & Judicii fecialis, sive Juris inter Gentes Explicationem. Est autem *Richardus Zoucheus.* (o)

(n) *Impressus Hagæ-Comitis 1659. 12mo. Latine scilicet; nam & Germanico idiomate familiarem fecerunt hunc Libellum Francofurtenses 1666. 12mo. tali frontispicio premisso:* **allgemeines Völcker-Recht / wie auch allgemeines Urtheil und Außspruch aller Völcker.**
(o) *Sam. Reyher in Dissertat. de Jure Primigeniorum, in allegatione ad Caput 4. signatâ lit. Z. pag. 46.*

10.

A. C. 1605. prodiit in forma 12mo. *Dissertatio de Idolo Hallensi, Justi Lipsii mangonio & phaleris exornato atque producto*, in qua Confabulones introducuntur Christianus & Papista. Conscriptam fuisse à *Petro Denaisio*, Auctor mihi est Joh. Heinr. Boeclerus. (p)

(p) *In Dissertat. ad Polit. Lipsii cap. 5. pag. 53.*

V. DECAS.

1. *Theophili Ellychnii*

Nomine varia prodierunt Opuscula. In his:

Der Möncbe Affen-Spiel /

Item:

Von den Janizaren des Papsts /

Nec non:

Bedencken / welcher Maßen ein Stand sein Einkommen verbessern möge.

Sed quis est ille personatus Ellychnius? Nacti nuper codicem fuimus, cui sub isto fictitio Nomine adscriptum erat Nomen *Georgii Olrechts JCti.* (a)

(a) *Sic gratâ mente fidâque manu exhibeo verba Clariss. Jacobi Thomasii Profess. Lipsiensis, quibus, tanquam Corollario, clausit Disputationem de Duellorum moralitate, habitam Lipsiæ A. C. 1671. Mense Septembr.*

2.

Cum A. C. 1635. Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ cum Ferdinando II. Imperatore Pacem particularem eamque Pragensem iniisset, conquestus fuit de ejus Injustitia Tractatus quidam, *Justi Asterii* Nomen præ se ferens. Suecicis partibus addictum fuisse Auctorem liquido constat. Constat insimul (b) eundem laborem *Hugoni Grotio* adscriptum fuisse.

(b) *Ex*

(b) *Ex Georg. Hornii Orbe Polit.co part. 2. pag. 41. f. intelligo Latinam Editionem: nam Germanica (& multis modis mutilata) Editio, quæ prodiit Budissæ 1669. 8vo. eatenus muta est.*

3. *Editus sub Nomine Petri Firmiani.*

Genius Seculi, Somnia Sapientis & Gyges Gallus agnoscunt Auctorem *P. Zachariam Lexoviensem,* (c) Monachum & Concionatorem Capucinum. (d)

(c) *De Lizieux scribitur gallicè.*

(d) *Cognovi hoc ex Privilegio Regis Galliæ A. C. 1653. d. 9. April. & ex approbatione Theologica Facultatis Parisiensis A. C. 1657. d. 26. Aprilis desuper impertitâ.*

4. *Acerræ Philologicæ*

Auctorem siluit una alteraque editio sed sequentes editiones prodiderunt *Petrum Laurembergium* Rostochiensem.

5. Teutscher *Secretarius*

Debitur politissimo & modestissimo calamo *Georgii Philippi Harsdörfferi;* utut Nomen hoc ne recentibus quidem Exemplaribus adscribatur. (e)

(e) *J. G. Schottelii* Haupt Sprache *lib. 5. tractat. 4. pag. 1176.*

6. *Cyriaci Trasimachi*

Epistola (f) ad Andream Nicanorem de Justitia Armorum Suecicorum in Polonos, missa fuit primum è Museo *Hermanni Conringii*, Professoris in Academia Helmstadiensi. (g)

(f) *Erici Mauritii specimen Dissertationum de Principiis Juris Publici cap. 2. pag. 16. num. 25.*

(g) *Epistola hac juxta Exemplar Primigenium & Stetinense repetita fuit Typis Helmstadiensibus 1656. 4to. imò etiam in Germanicam Linguam versa prodiit Hamburgi 1656. 4to.*

7.

De T. Petronio Arbitro & ejus Scriptis Homologumena i. e. Elogia, Testimonia & Judicia veterum recentiorumque Scriptorum, olim sub *Georgii Erhardi, Franci* Nomine edita, pertinent ad *Michaëlem Casparum Londorpium*, Francofurdianum Mœnigenam Historicum & Philologum. (h)

(h) *Id quod Johannes Petrus Lotichius in Editione T. Petronii (impressâ Francofurti 1629. 4to.) parte ult. pag. 1. monet.*

8. *Ambrosius Wolfius*

Duo admodum dura ac dira Scripta publicavit A. C. 1579. & 1580. contra *Concordiæ Formulam.*

Is autem fuit *D. Christophorus Hardesianus* Syndicus Norimbergensis, qui etiam perhibetur Auctor *Orthodoxi Conglianorum Consensus.* (i)

(i) *Ita secutus fui Draudii Bibliothec. Classicam sub Theologicis Libris pag. 142. Sed*

Sed D. Joh. Olearius in Appendice ad Carpzovianam Isagogen Librorum Symbolicorum §. 1. pag. 1705. f. pro voce Christophori substituit Cyriaci: nec HArdesianum sed HErdesianum vocat. Cui assentior.

9. *Continuator Argenidis Barclajanæ*

Quisnam? Audiamus verba Johannis Weizii *pag. 183.* in Observation. (k) ad illa Petronii Verba, *frigidior hieme Gallica factus.*

Hunc, inquit, locum imitatur *Mouchembergius*, Gallicus Auctor, vel potius ejus Interpres (Latinus) *Johann. Ludovicus Gothofridus*, Argenidis continuatæ *part. 2. lib. 7. cap. 1.* totum ejus corpus nive Getica frigidius obriguit, ut incluso spiritu &c.

Ex quibus constat, cuinam debeamus Continuationem Gallicam & Continuationis Versionem Latinam.

(k) *Inserta sunt Editioni Joh. Petr. Lotichii apud Francofurtenses 1629. in 4tâ formâ divulgata.*

10.

Circa initium hujus 17. Seculi prodiit Satyrica (l) contra Casparum Schoppium sive Scioppium, in qua continetur

Confutatio stultissimæ Burdonum Fabulæ (m) *Auctore J. R. Juris Stud. Jano Rutgersio* eam adscriptam fuisse, animadvertit (n) Amicus noster *M. Christophorus Schrader*, Halensis Saxo.

(l) *Hæc Satyra cum aliis duabus (1. Hercules tuam fidem sive Münsterus Hypobolimæus. 2. Virgula Divina.) iterato edita fuit Lugduni Batavorum 1617. 12mo.*

(m) *Fabula in Jul. Cæsar. Scaligerum injuriosæ Auctor fuerat jam dictus Münsterus Hypobolimæus, i.e. Caspar Scioppius.*

(n) *In Societate Conferentium habita Lipsiæ A. C. 1667. Mense Junii.*



DIALO-

DIALOGUS EXUL,

De

JACTURA TEMPORIS;

Ad

Conjecturas de Scriptis Adespotis, Pseudepigraphis, & Supposititiis:

Ad

Amicum.

ANNO MDCCXXII.

3. *Gustavi Seleni*

Jam dicti, sunt *Cryptomenitices & Cryptographia lib. 9.* in quibus plenissima Steganographiæ à Joh. Trithemio olim conscriptæ enodatio latinè traditur. Lüneburgi 1624. fol. (p)

(p) *Hæc collegi ex Draudii Bibliotheca Classica, sub Libr. Philosoph. pag. 1486. & Epistola Herman. Conringii de Bibliotheca Augusta pag. 153. ubi pluribus hoc Opus Steganographicum commendat.*

Christ. Ludov. Ditherrus in Addition. ad Besoldi Thesaur. Pract. lit. B. num. 75. pag. 112. a. de Steganographicis loquens, hæc subjicit: Clandestinos scribendi modos illustrarunt superiori Seculo Joh. Trithemius, Hieron. Cardanus, Joh. Baptista Porta; hoc verò Seculo, præter Blas. Vigenerium, Eryc. Puteanum, Herman. Hugonem, Athanas. Kircherum, Hercul. à Sunde, & alios, Gustavus Selenus, h. e. Augustus Lüneburgicus, Serenissimus Brunsuicensium Dux, & omni Literarum genere excultissimus Princeps.

4. *Juo Villiomarus*

Edidit *Animadversiones in locos controversos Titii*; (q) sed revera est *Josephus Scaliger.* (r)

(q) *Robertus Titius ediderat prius Locorum controversorum [Philosophicor. maximè] Libros X. Florentiæ 1584. 4to.*

(r) *Justus Lipsius in Politicor. lib. 4. cap. 3. §. 5. Georg. Erhardus in Symbolis ad Petronii Satyr. cap. 37. pag. 626.*

5. *Ch. G. B.*

Schmiede des Politischen Glücks. Hamburg. bey Johann Baumannen Buchhändler. 1664. 12mo.

Illos Fortunæ Fabros fabricavit *Christ. Gottfrid Bessel*, Hamburgensis, antehac Cancellarius, nunc verò (s) Brunsvigæ vitam degens.

(s) *Quantum mihi ex Amici cujusdam honorifica de illo Viro Relatione constat.*

6. *Philippi Andreæ Burgoldensis*

Notitia Rerum Illustrium Imperii Romano-Germanici tripartita: sive *Discursus Juridico-Politico-Historici ad Instrumentum sive Tabulas Pacis Osnabrugo-Monasteriensis*, recusi Freistadii. A. C. 1669. 4to. utiliter in multorum versantur manibus: sed de Auctore vero jam quæritur: Ecquis ille? Joh. Wilh. Relfendso (t) de Summa Principum Germaniæ Potestate *cap. 5. pag. 67.* putat *Burgoldensis* ficto Nomine dici voluisse *Dn. Philip. Andr. Oldenburger.*

(t) *Quia* ad Dn. Relfendso, qui itidem est perconatus Anonymus Scriptor, provocavi, poterat quis quærere: num etiam Anonymorum vel Heteronymorum Scriptorum Testimonia allegari possint? Affirmativam suadent

1. Exempla: (*a*) quoties citatur etiam à gravibus & circumspecti judicii Viris Anti-Machiavellus, Parthenius Litigiosus, Hippolytus à Lapide, & alii?

& alii? (*b*) an Dnn. Scabini aut Rotæ Genuensis Assessores ideò consulentium Literas rejiciunt, quia requirentes subscripserunt nomina fictitia Caji, Titii &c.

2. Rationes: nam (*a*) dissimulato Nomine Scriptoris non semper dissimulatur veritas. Modò vera dicantur, parùm refert, quis dixerit, an *Aristoteles*, an mutato Nomine *Plato*. vid. Laërt. *lib. 3. cap. 1. pag. 118. e.* Res ubi habetur (inquit Petr. Firmianus in Gyge Gallo ad Lectorem) frustrà quæritur, unde illa ortum ducat. Nilum venerabantur & utebantur Ægyptii, etiamsi ortum ignorabant: & tu, si Aurum obtines, non quæris, an Sol illud præparaverit in montibus, an vero Raymundus, ipsis sideribus diligentior, in Museo. (*b*) Debemus etiam in Scriptores Anonymos grati esse per ingenuas allegationes. En exemplum! postquam Caspar. Barthius *lib. 9. adversariorum. cap. 5. pag. 423.* aliquid de superstitioso cultu Veneris apud Turcas ex Anonymo Auctore retulisset, his sinceris & laudabilibus verbis concludit: Hæc Christianus ille suo ævo eruditissimus Scriptor, cui, licet Anonymo, magnas tamen gratias pro hoc monumento habemus.

7. *Quirinus Pegeus*

Artem Apophthegmaticam, das ist: Kunst-Quellen denckwürdiger Lehr-Sprüche und ergetzlicher Hof-Reden edidit Norimbergæ. A. C. 1655. 8vo.

Latitat sub illo Nomine *Georg. Philippus* Harsdörffer/ Patritius Noricus. (u)

(u) *Id quod ex Joh. Christoph.* Horn/ *Institore Endterorum Bibl. Norimbergens. me didicisse memini.*

8. *Severini de Monzambano Veronensis*

De Statu Germaniæ Liber unus primâ vice impressus Genevæ 1667. 12mo.

Adscribitur *Samueli Puffendorff*, Professori Heidelbergensi antehac, nunc [si adhuc vivit] Holmiensi in Suecia. (v)

(v) *Hæc dictante fama communi: quam fortassis etiam secutus est Sarckmasius in judiciis de novissimis Prudentiæ Civilis Scriptoribus §. 8. & 3. confer. Anonymi exercitat. 2. contra Monzambanum, in fin. pag. 19.*

9. *G. G. L. L.*

Nova Methodus discendæ docendæque Jurisprudentiæ, edita Francof. 1668. 12mo.

Est Scriptum *Gottfr. Guilielmi Leibnitz* Lipsiensis. (x)

(x) *Ejusdem ingenio debemus Libellum de ratione Corporis Juris reconcinnandi, impressum Moguntiæ 1668. 12mo.*

10. *Joh. W. Relfendso Heromontanus*

De Summa Principum Germanicorum Potestate. A. C. 1669. 12mo.

Literas indicatas ita in ordinem redegit fama, ut illius Scripti non alius videatur Auctor, quam *Joh. Wolffgangus Rosenfeld.* (y)

(y) *Heromontani verò vocabulum alludit ad Scribentis Patriam, quæ est Heldburg in Franconia; in Opusculo edendo sudârunt Typi Lipsiensis Typographi.*

III. DECAS.

1. *Collegium Electorale*

De eligendo Romanorum Imperatore prodiit A. C. 1658. 4to.

Sed quo Auctore? Recito aliena (a) verba: *circa materiam Electionis ac Coronationis Imperatoria prater Auream Bullam & Pastoris labores Electorales, lectu jucundissimum est Collegium Electorale, quod Anno 1658. in Electione Invictissimi Leopoldi Imperat. prodiit, cujus Auctor à nonnullis creditur esse Dn. Frischmannus.*

(a) *Burgoldensis Notit. Imperii part. 1. discurs. 9. §. 12. pag. 248.*

2. *Astri inextincti,*

Quod lucere cœpit A. C. 1636. Auctor est *Romanus Hay*, Ordinis St. Benedicti, & quidem in Monasterio Ochsenhusano Sueviæ. (b)

(b) *Pillerus in Notis ad cap. 1. Politici scelerati impugnati pag. 15. ubi etiam Alphonsi de Vargas Toleto-Hispani judicium de præfato Astro inextincto recitat. conf. Martin. Zeilerum Epist. 531. pag. 788. ubi multa ex laudato Romano Hay citat; preprimis autem ex ejusdem Aula Ecclesiastica & Horto Crusiano hac [ex pag. 192.] verba: credebat, opinor, Bremensis, * me, quia Monachus sum Ochsenhusanus, etiam bovinum intellectum habere.*

* Cur *Bremensis* vox additur? quia scil. *Joh. Crusius* Bremensis, Jesuita, contra Astrum inextinctum scripserat.

3. An. Chr. 1571. exhibiti fuerunt in 8va forma & tribus partibus *Commentariorum de Statu Religionis & Reipublicæ in Regno Galliæ*

Libri novem, absolventes Historiam ab A. C. 1557. usque ad A. C. 1570. quo tempore in Gallia regnarunt Henricus II. Franciscus II. & Carolus IX.

„ Mei Exemplaris frontispicio adscripsit [nescio quis] hæc verba: Au-„ ctor hujus Historiæ de initio & progressu Religionis Calvinianæ putatur „ esse *Franciscus Hottomannus, JCtus.* Sed Nomen suum noluit profiteri, „ metu periculorum. Ergo [addit ille] meritò suspectus est totus Com-„ mentarius; nec cum Joh. Sleidano conferendus.

4. *Parthenius Litigiosus*

Auctore *Ventura de Valentiis, JCto Veronense, Comite S. Palatii, Equite Aurato, Cive Romano.* Veronæ, Anno, Instante Deo, pIa CaVsa trIVMphat. Prostat apud Paulum Ledertz, Bibliopolam Argentinensem. 4to.

Genuinus Auctor est *Georgius [sive Jurga] Valentinus* Winther (c)

(c) *Thom. Lansius Orat. contra Italiam pag. m. 785. in margine Martin. Zeiler. centur. 2. Epistola 36. pag. 402. fin. Imò ex ipsius Libri Dedicatione pag. 7. [ubi Jurga Valentinus* Winther *vocatur Jur. Utr. Dr. Comes Palatinus, & Philippi II. Ducis Pomeranorum Consiliarius] dispalescit.*

5. *Judi-*

5. *Judicia de novissimis Prudentiæ Civilis Scriptoribus ex Parnasso cum Eubulo Theosdato Sarckmasio in Secessu Albipolitano ingenue communicata, & Martismonte A. C. 1669. 4to. excusa,*

Tribuuntur *Conrado Samueli Schurzfleischio*, Phil. Magistro hactenus [relicta Academia Lipsiensi] apud Wittenbergenses moranti (d)

(d) *Dictam illam censuram minari videtur in Dissertat. de Induciis thes. ult. lit. ee. in Notis.*

6. *Arcanorum Dominationis Hispanicæ*

Auctorem esse *Joh. Leonhardum Weidnerum*, Palatinum, Scholæque Heidelbergensis Rectorem, colligo ex Burgoldensi. (e)

(e) *In Notitia Imperii part. 1. discurs. 1. §. 76. pag. 84. Locus, ad quem ibidem Burgoldensis alludit, est apud J. L. W. in cap. 17. §. 11. pag. 101. edit. Lugdun. Batav. de Anno 1653. 12mo.*

7. **Bienen-Korb des Heiligen Römischen Immen-Schwarms/ etc.**

Durch Jesuwald Pickhart/ des Canonischen Rechtens Canonisirten oder Gewürdigten. Gedruckt zu Christlingen bey Ursino Gottgwinn. 8vo. Auctor est *Philippus Marnixius Dominus de Aldegonde*, Nobilis ex Belgio. (f)

(f) *J. L. Weidnerus in Apophthegm. part. 4. pag. 67. ubi tria præprimis proponit: 1. Vitam Marnixii. 2. Judicium de illo Apiario Romano. 3. Excerpta quædam* aus dem Bienen-Korb.

8. *Mulieres non esse Homines,*

Statuit quidam in *Disputatione* edita (g) A. C. 1595. 4to. Illas Theses [forte in Polonia elaboratas] communicante *Valente Acidalio* ad Typos revocavit Osthausius Bibliopola. Sed quo eventu? ut ipse *Valens Acidalius* postea censeretur Auctor. Quanquam metu infamiæ iraruмque Lipsiensium & Wittenbergensium, *Apologeticam Epistolam* (h) scripsit Nyssæ ad Jac. Monavium Uratislav. Videatur etiam Nicolaus Henelius in otio Uratislaviensi *cap. 42. pag. 354.* ubi *Acidalii innocentiæ* patrocinatur, detestatus prius Fœminei sexus obtrectatores.

(g) *Uti percepi ex Jac. Thomasio, Viro & memoriæ & judicii præsentissimi, Præceptore meo cum cura nominando.*

(h) *Quæ accessit Centuriæ Epistolarum editarum Hanoviæ 1606. 8vo. * Obiter autem notentur verba Val. Acidalii inserta Epistolæ 100. ad Frideric. Taubmannum scriptæ. pag. 333. in Patria mea ne erres, non Silesium me, sed Marchicum esse scito. Fatum huc, nescio quod, me traduxit: vix tamen ibidem perpetuò aut in longum tenebit. † Imò eodem Anno 1595. eodem loco, quin & Mense mox sequenti Majo fatum suum explevit.*

9. *Monarchia Sol-ipsorum Lucii Cornelii Europæi*

Ad Virum Clarissimum Leonem Allatium: cui nuperrimè accessit Clavis onomastica, juxta Exemplar Venetum 1648. 12mo.

Hæc Scripti illius Inscriptio & Rubrica: sed Auctor quisnam? Joh. Otto Tabor (i) innuit *Casp. Scioppium*; at Chr. Pellerus (k) indicat *Nicol. Inckhoferum*.

(i) *In princ. Præfat. ad Disputat. 5. (editas Gissæ 1663. 4to.) de Confrontatione. Ubi dicit: Lucius Cornelius Europæus, sive is sit Caspar. Scioppius, sive quis alius ex genere Scriptorum Satyricorum.*

(k) *In Notis ad Præfat. Politici scelerati impugnati pag. 9. Verba Pelleri hæc sunt: Monarchiam Sol-ipsorum perhibent scripsisse quempiam Patrem ex Societate Nicol. Inckhoferum Germanum, posteà Romam profectum, nunquam reversum.*

10. *Florimundus Ræmundus*

Senator Burdegalensis non censetur illorum Librorum, (l) qui tamen Nomen ejus jactarunt, Auctor fuisse; (m) Qui potius *Ludovico Richeomio* Jesuitæ adscribendi sunt. Certè de Ræmundo *non solùm Burdegala, sed etiam in tota Gallia rumor sparsus fuit, eum*

judicare sine Conscientia scribere sine Scientia ædificare sine Pecunia.

(l) *Edidit Historiam de Hæreseon ortu, progressu & ruina, versam ex Gallico in latinum & continuatam usque ad A. C. 1650. Coloniæ 1655. 4to.*

(m) *Ex D. Sam. Maresio [qui Gröningæ A. C. 1658. 4to. edidit Johannam Papissam restitutam] refert Martin. Zeilerus in Miscellan. sub lemmate* Bücher *pag. 36. Eadem refert Johann. Georg. Dorschæus in Dissertat. de Providentia Divina circa Augustan. Confess. p. 4. pr. edit. Francofurt. 1655. 4to.*

IV. DECAS.

1. *Præclarum est Scriptum, cui Titulus:*

Historischer Bericht von des Reichs Vogtheyen. (a)

Cujus Auctorem constat esse *Danielem Heyderum, Virum Germanicarum Rerum peritissimum, Consiliarium Lindaviensem*;

Contra quem prodiit aliud Scriptum (cui Titulus: Refutation des Reichs-Vogts) Apologetico Scripto alio *Heyderi* dudum jugulatum. (b)

(a) *Prodiit Stutgardiæ 1655. 4to.*

(b) *Philipp. Andr. Burgoldensis ad Instrum. Pacis Osnabrug. Monaster. part. 1. discurs. 21. membr. 4. §. 17. pag. 392. fin.*

2. **Die verteutschte** *Stratonica*

Gedruckt zu Amsterdam 1666. 12mo. dissimulat Interpretis Nomen, his tantum Literis J. L. V. A. admissis.

Revera autem est Specimen Versionis Virginalis. Eccujus vero Virginis? *Johanna Laurentia* Von Adlersheim: Id quod 1. inserta Imago. 2. Dedicatio ad Henricum Piccad. 3. Fama apud nos communis confirmatum ivit. (c)

(c) *Gra-*

(c) *Gratulati tunc tacite fuimus Consuli Lipsiensi de tali Filia: nunc autem gratulamur Comiti de Oppersdorff de tali Conjuge!*

3.

Johannis Sauberti est Epistola illa egregia, qua, sub Nomine *Justi Baræi* Antverpiani, ad Abrahamum Scultetum, Majestas Omnipræsentiæ Carni Christi communicata, docte asseritur. (d)

(d) *Joh. Micralii Histor. Ecclesiast. lib. 3. sect. 2. quæst. 48. pag. 540. princ.*

4. *Joan. Gualtherius*

Chronicon Chronicorum, vel Chronicon Ecclesiastico-Politicum IV. Tomis conscripsit, eoque omnia scitu digna, (e) quasi uno fasciculo collegit. Editum Francofurti apud Aubrios 1614. 8vo.

Sed sub hoc Gualtheri Nomine latitare voluit *Janus Gruterus*, Bibliothecarius Palatinus longe celeberrimus! (f)

(e) *Nimirum Imperatorum Regum Ducum & Principum &c. gesta, Dies Natales, Imperia, Matrimonia, Victorias & Clades. Draudii Bibliotheca Classica sub Libris Histor. Geograph. & Polit. pag. 1059.*

(f) *Herm. Conringius de Bibliothecâ Augustâ in Epistolâ ad Boineburgium pag. m. 72.*

5. *Petrus Syringus*

Scripsit de Pace Religionis in Imperio Romano Commentationem Politico-Juridicam. (g) Delituit sub illo fictitio Nomine *Justus Springerus*, quemadmodum Literæ in ordinem debitum redactæ evincunt. (h)

(g) *Impressam Lipsiæ 1607. 4to. & Jenæ 1625. 4to.*

(h) *Consentit nobiscum tum Limnæus de Jure Publico lib. 1. cap. 11. num. 72. ubi dicit: Syringus & Springer unum repræsentat; tum Draudius in Bibliotheca Classica sub Lib. Juridicis pag. 801. ubi tamen (sed manifesto sphalmate) Justi Sprengeri Nomen ponitur.*

6. **Die süßen Todes-Gedancken**

Aus dem Frantzösischen des Jani Serre **Teutsch gegeben durch** B. M. V. O.

Per initiales illas Literas indicatur nullus alius quam *Martinus Opitius* **Von Boberfeld.** (i)

(i) *Uti mihi retulit Caspar. Müllerus, Bibliopola Vratislaviensis, qui Aureum Libellum per Typos Breslavienses A. C. 1658. in 12mo. resuscitavit.*

7. *Alitophilum seu Veritatis Lacrymas*

Euphormionis Satyrico plerumque junctas, (α) edidit *Claudius Bartholomæus Morisotus*, qui alias Henrici IV. Galliæ Regis vitam (β) scripsit. (γ)

(α) *Vide Editionem Amstelodamensem Anni 1664. 12mo.* (β) *Editam Genevæ 1629. 12mo.* (γ) *Christoph. Forstnerus in Epistolis Negotium Pacis Osnabrugo-Monasteriensis concernentibus Epist. 10. Extr. pag. 131.*

8.

Elegantissimus pariter ac Civilissimus Liber est *Georgii Rollenhagen*, quem (k) **Frosch-Mäußler** (l) inscripsit. (m)

(k) *Vidi Lipsiæ editum A. C. 1637. 8vo.*

(l) *i. e. dict. Ranarum & Murium mirabili Aulico Statu.*

(m) *Usus fui verbis Burgoldensis in Notitia Imperii part. 1. discurs. 1. §. 16. §. 12. pag. 12.*

9. *R. Z.*

Author Elementorum Jurisprudentiæ (n) scripsit Juris & Judicii fecialis, sive Juris inter Gentes Explicationem. Est autem *Richardus Zoucheus.* (o)

(n) *Impressus Hagæ-Comitis 1659. 12mo. Latine scilicet; nam & Germanico idiomate familiarem fecerunt hunc Libellum Francofurtenses 1666. 12mo. tali frontispicio præmisso:* **allgemeines Völcker-Recht / wie auch allgemeines Urtheil und Außspruch aller Völcker.**

(o) *Sam. Reyher in Dissertat. de Jure Primigeniorum, in allegatione ad Caput 4. signatâ lit. Z. pag. 46.*

10.

A. C. 1605. prodiit in forma 12mo. *Dissertatio de Idolo Hallensi, Justi Lipsii mangonio & phaleris exornato atque producto*, in qua Confabulones introducuntur Christianus & Papista. Conscriptam fuisse à *Petro Denaisio*, Auctor mihi est Joh. Heinr. Boeclerus. (p)

(p) *In Dissertat. ad Polit. Lipsii cap. 5. pag. 53.*

V. DECAS.

1. *Theophili Ellychnii*

Nomine varia prodierunt Opuscula. In his:

Der Mönche Affen-Spiel /

Item:

Von den Janitzaren des Papsts /

Nec non:

Bedencken / welcher Maßen ein Stand sein Einkommen verbessern möge.

Sed quis est ille personatus Ellychnius? Nacti nuper codicem fuimus, cui sub isto fictitio Nomine adscriptum erat Nomen *Georgii Obrechts JCti.* (a)

(a) *Sic gratâ mente fidâque manu exhibeo verba Clariss. Jacobi Thomasii Profess. Lipsiensis, quibus, tanquam Corollario, clausit Disputationem de Duellorum moralitate, habitam Lipsiæ A. C. 1671. Mense Septembr.*

2.

Cum A. C. 1635. Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ cum Ferdinando II. Imperatore Pacem particularem eamque Pragensem iniisset, conquestus fuit de ejus Injustitia Tractatus quidam, *Justi Asterii* Nomen præ se ferens. Suecicis partibus addictum fuisse Auctorem liquido constat. Constat insimul (b) eundem laborem *Hugoni Grotio* adscriptum fuisse.

(b) *Ex*

(b) *Ex Georg. Hornii Orbe Politico part. 2. pag. 41. f. intelligo Latinam Editionem: nam Germanica (& multis modis mutilata) Editio, quæ prodiit Budissæ 1669. 8vo. eatenus muta est.*

3. *Editus sub Nomine Petri Firmiani.*

Genius Seculi, Somnia Sapientis & Gyges Gallus agnoscunt Auctorem *P. Zachariam Lexoviensem,* (c) Monachum & Concionatorem Capucinum. (d)

(c) *De Lizieux scribitur gallice.*

(d) *Cognovi hoc ex Privilegio Regis Galliæ A. C. 1653. d. 9. April. & ex approbatione Theologicæ Facultatis Parisiensis A. C. 1657. d. 26. Aprilis desuper impertitâ.*

4. *Acerræ Philologicæ*

Auctorem siluit una alteraque editio sed sequentes editiones prodiderunt *Petrum Laurembergium* Rostochiensem.

5. Teutscher *Secretarius*

Debitur politissimo & modestissimo calamo *Georgii Philippi Harsdörffri;* utut Nomen hoc ne recentibus quidem Exemplaribus adscribatur. (e)

(e) *J. G. Schottelii* Haupt Sprache *lib. 5. tractat. 4. pag. 1176.*

6. *Cyriaci Trasimachi*

Epistola (f) ad Andream Nicanorem de Justitia Armorum Suecicorum in Polonos, missâ fuit primum è Museo *Hermanni Conringii*, Professoris in Academia Helmstadiensi. (g)

(f) *Erici Mauritii specimen Dissertationum de Principiis Juris Publici cap. 2. pag. 16. num. 25.*

(g) *Epistola hæc juxta Exemplar Primigenium & Stetinense repetita fuit Typis Helmstadiensibus 1656. 4to. imò etiam in Germanicam Linguam versa prodiit Hamburgi 1656. 4to.*

7.

De T. Petronio Arbitro & ejus Scriptis Homologumena i. e. Elogia, Testimonia & Judicia veterum recentiorumque Scriptorum, olim sub *Georgii Erhardi, Franci* Nomine edita, pertinent ad *Michaëlem Casparum Londorpium*, Francofurdianum Mœnigenam Historicum & Philologum. (h)

(h) *Id quod Johannes Petrus Lotichius in Editione T. Petronii (impressâ Francofurti 1629. 4to.) parte ult. pag. 1. monet.*

8. *Ambrosius Wolfius*

Duo admodum dura ac dira Scripta publicavit A. C. 1579. & 1580. contra *Concordiæ Formulam.*

Is autem fuit *D. Christophorus Hardesianus* Syndicus Norimbergensis, qui etiam perhibetur Auctor *Orthodoxi Cinglianorum Consensus.* (i)

(i) *Ita sentiens fui Draudii Bibliothec. Classicam sub Theologicis Libris pag. 142.* *Sed*

Sed D. Joh. Olearius in Appendice ad Carpzovianam Isagogen Librorum Symbolicorum §. 1. pag. 1705. f. pro voce Christophori substituit Cyriaci: nec HArdesianum sed HErdesianum vocat. Cui assentior.

9. *Continuator Argenidis Barclajanæ*

Quisnam? Audiamus verba Johannis Weizii *pag. 183.* in Observation. (k) ad illa Petronii Verba, *frigidior hieme Gallica factus.*

Hunc, inquit, locum imitatur *Mouchembergius*, Gallicus Auctor, vel potius ejus Interpres (Latinus) *Johann. Ludovicus Gothofridus*, Argenidis continuatæ *part. 2. lib. 7. cap. 1.* totum ejus corpus nive Getica frigidius obriguit, ut incluso spiritu &c.

Ex quibus constat, cuinam debeamus Continuationem Gallicam & Continuationis Versionem Latinam.

(k) *Inserta sunt Editioni Joh. Petr. Lotichii apud Francofurtenses 1629. in 4tâ formâ divulgata.*

10.


Circa initium hujus 17. Seculi prodiit Satyrica (l) contra Casparum Schoppium sive Scioppium, in qua continetur

Confutatio stultissima Burdonum Fabulæ (m) *Auctore J. R. Juris Stud. Jano Rutgersio* eam adscriptam fuisse, animadvertit (n) Amicus noster *M. Christophorus Schrader*, Halensis Saxo.

(l) *Hæc Satyra cum aliis duabus (1. Hercules tuam fidem sive Münsterus Hypobolimæus. 2. Virgula Divina.) iterato edita fuit Lugduni Batavorum 1617. 12mo.*

(m) *Fabulæ in Jul. Cæsar. Scaligerum injuriosæ Auctor fuerat jam dictus Münsterus Hypobolimæus, i.e. Caspar Scioppius.*

(n) *In Societate Conferentium habita Lipsiæ A. C. 1667. Mense Junii.*



DIALO-

DIALOGUS EXUL,

De

JACTURA TEMPORIS;

Ad

Conjecturas de Scriptis Adespotis, Pseudepigraphis, & Supposititiis:

Ad

Amicum.

ANNO MDCCXXII.

Florentissimo & fidissimo Amico suo
DOMINO,
J. P. W. J.C. & R. H. S.
Salutem!

VAca si placet paulum huic Dialogo: *veniet aliquod tempus, quod nos iterum jungat ac misceat, quantumlibet sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam* unus dies Hominum Eruditorum plus patet, quam imperiti longissima ætas. *Interim hoc tene, hoc morde, adversis non succumbere, lætis non credere, omnem Fortunæ licentiam in oculis habere:* Tanquam quidquid *potest* facere, factura sit. *Quicquid expectatum est diu, levius accedit.* Vale.

Seneca *Epist. ad Lucid. 78.*

DIALO-

DIALOGUS
De
JACTURA TEMPORIS;
Ad Conjecturas de *Scriptis Adespotis*, &c.
DAMON. PYTHIAS. & mox, ORESTES.

ERgo nemo nisi duo nos? *Pyt.* Et duo eremo, luridæ, tetricæ, terribili peregrina in terra sufficimus,

Certe iter æternas pridem meditabar in oras
Octoque jam Vitæ lustra peracta meæ!
Dic mihi, quid dicam tam duro tempore celsum?
Numne ignes, clades, funera sæva, fugas?
Quòd rerum vox una fuit!

Senec. de Provid. Cap. 4.

Dam. Vellem magis te dicere, te superstitem, valentem, neque, ita augurandum, DEO displicentem: namque *hos DEUS, quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet, eos autem, quibus indulgere videtur, quibus parcere, molles venturis malis servat. Digni visi sumus DEO, in quibus experiretur, quantum Humana Natura pati posset!* Cogita, quæso, *Tranquillitatem Advocationis!* & *nulli magis, quam velis obnoxium vivendi genus te mulcere debet; nec injuria ingenia ad quæstum facta & bonarum Artium ignara reformidas,* tibi optimè conscius. *Pyt.* Esto ita; sed

Grot. Epist. ad Fratr. 157.

O mihi præteritos referat si Jupiter Annos!

Et *Jacturam Temporis*, & *Memoriæ*, & *Bibliothecæ* resarciret cœlestior casus; qualia de Cœlo in terram nostram fulmina heroica, benigna, divina non decidunt; fugit sine Studiis, sine Literis, fugit irreparabile tempus, & occupat nos magna illa nox, ut fur, ut insidiator. O quam *turpissima est Jactura Temporis, quæ per Negligentiam venit:* &, *si volueris attendere, magna Vitæ pars elabitur, mala agentibus,* maxi-

Senec. Epist. ad Lucid. 1.

maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. *Dam.* Crede mihi, Vitæ æternæ, & gloriosissimæ reparationi omnium *Jacturarum* nostrarum in pauca momenta negati sumus, dilati in florem solidæ æternæ Felicitatis: &, quid nisi *Jactura Temporis* fuit, cum Libros tuos omnes, non pondus inane, cum CONJECTURAS de SCRIPTIS ADESPOTIS, PSEUDEPIGRAPHIS & SUPPOSITITIIS, ut sæpius fassus es, perscriberes. *Pyt.* Fuit omninò, nec Academiis videnda opella, nec vel tibi vel mihi; elegantioris famæ, quàm præstantissima alia. *Dam.* Relegamus, quæso, per horam, nam DEUS *nobis hæc ótia dedit,* tenuem Libellum. *Pyt.* Quid, *Amice,* succurritne animo tuo, veloci præteritorum oblivione, beatissimi Seculi convictus? Numne DEUS & *Gallus, Spira* & *Wezlaria, possessio* florentissimæ Bibliothecæ & *indigentia* omnis Literariæ Rei tibi Nomina permutatoria facta? *Dam.* Dic itaque utcunque & quodcunque, nam Memorias nostras prostratas disjectasque esse, quis negassit? libuerit: Ut autem placent *Pauli* VINDINGII & *Petri* BÆLII, *Professoris Roterodamensis* Epistolæ ascititiæ *in Edit. Amstelodam. 1686.* *Pyt.* DEUM TESTOR, IMPENSE, & illi *Chartæ Conjecturali volanti* gratulor, vel sic excitata uberrimæ Lectionis Ingenia ad sublevandum operosissimum *Syntagma de* SCRIPTORIBUS ANONYMIS & PSEUDONYMI DN. VINCENTII PLACCII, *JCti Hamburg.* per me meaque fugitiva, nec exasciata. *De Bruto fulmine* edito, accusatus HOTTOMANNUS, nec recedo: idem vidi placere Scaligero & Indicibus Expurgatoriis eum in Prima Classe Scriptorum Hæreticorum collocantibus: apud Thom. Pope Blount, Anglo Britannum Baronetum, *in Censura Celebr. Author. nuper Londini edita pag. 546.* *Dam.* Vidi ego venustum & operosum Opus, Lectionemque Seculi meritum, sed cur ille nihil *de L. Junii Bruti Vindiciis contra Tyrannos?* in Censura Mornæi *pag. 612. & 613.* filet; nec loquitur sub Hottomanno, *pag. 545.* quod mirum. *Pyt.* Loquatur ergo Hugo Grotius *in Epist. Oper. Append. Num. 641. pag. 949.* Auctorem *Junii Bruti* esse *Philippum* MORNÆUM, *Plessiacum,* Editorem *Ludovicum* VILLERIUM, *Loiselerium:* repeto id, quia ignotum esse Scriptorem, dicit *Maresius,* cum plurimis ea res nota: & idem *Plessiacus* Testamento Generos & Amicos suos hortatus sit, Arma ut sumerent, si Edicta à Rege non serva-

(pag. 370. & 371.)

ſervarentur. Et *Epiſt. Num. 645. pag. 951. Junium Brutum* ſub MORNÆI Nomine allegat *Rusdorffius*, in Defenſione Cauſæ Palatinæ, nec mihi deſuper crucem figo. *Dam.* Cur ita? *Pyt.* Quia Ludovicus XIV. Galliæ & Navarræ Rex ante quinquennium in adverſum edidit tremendas illas *Vindicias contra Subditos, nimium ſapientes:* quarum Hiſtoriæ extant in Actis Erudit. Lipſ. editis. Quod autem de *duplici mendo* in ſequentibus dicitur, condonandum vel mihi vel Typographo; &, ut fiat, Lectio perſuaſerit. *Dam.* Circa BERNARDINUM OCHINUM verò acerbius habitus es; nonne? *Pyt.* Nequaquam; & id mercedis gratiæque debebatur Viro bono Sathanicum Libellum ad Memoriam Muſæi ſui unquam admittenti: Sed in cauſis erant perpetua *Thomæ Campanellæ* in *Atheiſmo Triumphat.* in eum dicteria congeſtaque probra; de quibus Conjecturæ loquuntur *pag. 91.* *Dam.* Eſt ille locus conjecturalis Cenſuræ Celebr. Author. *pag. 657.* „ Sed non integer, interſertus; neque exibit Memoria Grotii judi- „ cium *Epiſt. 1262. Multum* Campanellam *ignorare quis fuerit, qui* „ *ex ipſius amicitia quenquam ſuſpectum habent. Monachum illum* „ *Politica tractaſſe, non Theologica; fuiſſe autem Hiſpano infenſiſſimum,* „ *juſtis de cauſis.* *Pyt.* Quia de altero Philoſophorum mentio facta, „ quid, quæſo, Grotius de HOBBESIO? *Dam.* Iſte in *Epiſt. ad Fratr.* „ *648.* ita: Librum de Cive vidi, *placent quæ pro Regibus dicit. Fun-* „ *damenta tamen quibus ſuas ſententias ſuperſiruit, probare non poſſum.* „ *Putat inter Homines à Natura Bellum eſſe & alia habet quædam no-* „ *ſtris non congruentia: Nam &* PRIVATI CUJUSQUE OFFI- „ CIUM PUTAT, SEQUI RELIGIONEM IN PATRIA SUA „ PROBATAM, SI NON ASSENSU, AT OBSEQUIO. *Sunt* „ *& alia quædam quæ probare non poſſum, &c.* *Pyt.* Juxta viam „ tamen conſiſtit textus non illepidus *in Epiſt. 1574. pag. 710.* BO- „ NORUM JURISCONSULTORUM & BONORUM CHRI- „ STIANORUM ESSE, STUDERE TRANQUILLITATI PU- „ BLICÆ, QUAM SÆPE TURBANT, QUI DICUNTUR „ THEOLOGI. *Dam.* Quanto autem ita evagaris, deſtituimus nos ipſos in *Bernardino* OCHINO; ſi is ergo diſplicet Author infamis Libri; quis ergo ſubrogandus? hæreo; *Pyt.* Et ego vehementius; nam de RABELÆSIO atrox ſuſpicio

(*pag. 372.*)

(*pag. 373.*)

- - - - *Vastâ cui mole gravato*
Pro tumulo venter sesquipedalis erat.
Somnus & ingluvies, Bachusque, Venusque, Jocusque
Numina, dum vixit, sola fuere Viro:
Cætera quis nescit? apud Phil. Labb. *in Thes. Epitaph.*

Et nuper *Joh. Franciscus* POGGIUS, *Florentinus*; cui *Gesnerus* facetias spurcitiarum Opus turpissimum & aquis incendioque dignum; non infacetissimum modo, *ut Vossius ait*, sed etiam impurissimum, tribuit, substitutus, qui rabula adeò indoctus, ut etiamsi vacaret obscœnitate, tamen indignus esset, qui legeretur; & adeò obscœnus, ut etiamsi doctissimus fuisset, tamen, judicio Erasmi, esset à bonis Viris rejiciendus. *Cens. Author. Celebr. pag. 318.* Expungatur ergo Herostratus! & vide P. Freher. *libr. de Vit. Vir. Erudit. Clariss.* qui (*pag.* 375.) juxta eum omnibus jam abest. *Bibliothecam Gallo-Suecicam* asseri, neque sine testimonio, *Isaaco* VOLLMARO, *Sacr. Cæsar. Majest. Consiliario Imperiali-Aulico & ad Tractatus Pacis Monasteriensis Ablegato*, lubentissime audivi: *Dam.* Præprimis verò afficit animum de- (*pag.* 376.) tectio Nominis delicati *Scrutinii Libertatis Venetæ*, cujus Nomen adeò cum præjudicio suppresserant illæ *Conjecturæ*: & sanè nunc notorium est *Marchionem de* BEDEMAR illius Authorem esse, quia notorium esse voluit *Scrutator omnis Rei Literariæ subtilissimus* DN. BÆLIUS: En verò in re præsenti & quæ coram obtutu hîc jacet, „ Præfationem *Christophori* ARNOLDI ad *Opera Velseriana* Anno „ 1682. edita: illa, post verba Gassendi à Conjectur. relata ita: „ *Quid? quod* Auctor Libelli Gallici: *Conjuration des Espagnols contre* „ *la Republique de Venise*; sub finem (ubi de Instructione Legati Hispa- „ nici agitur) *Marchionem de* BEDEMAR pro Auctore ac veluti Pa- „ tre fœtus istius haud obscure habet. Verba hæc sunt potissima: „ *l'autre point etoit, quæ dans toutes les affaires, qu'il auroit à negocier* „ *touchant les Droits & les Preeminences de la Republique, il se servit* „ *pour tous Memoires, du Squitinio* della Libertà Veneta, *à quel* le „ Marquis de Bedemar *renvoye dans plusieurs endroits de cette Instru-* „ *ction, & en des termes, qui, bien que retenus, decouvrent assez* „ l'AMOUR PATERNELLE QU'IL AVOIT POUR OE LI- „ BELLE. Verum quam *falsus etiam hic Auctor* fuerit ex Instru- „ ctione

„ ctione secreta ab *Alfonso della Cueva, Hispanico apud Venetos Legato,*
„ Successori suo *Ludovico Bravo data*, cuivis uni ad oculum statim
„ apparet; prout Laurent. Bank eandem cum Scrutinio evulgavit:
„ Et tempore meo divulgatus fuit Libellus, intitulatus: *Scrutinium* (pag.184.)
„ *Libertatis Venetæ;* Opus certè dignum, quod legatur. Deinde
„ omnem isti derogat fidem, ob multas fallacias veritati inimicas,
„ quæ inibi occurrunt, ac vivos Magistros mortuis longe præferendos
„ censet: Questo ancora vorrei, che si tropasse apresso di lei, sco-
„ prendosi per la Letteratura di quello, molte fallacie introdotte dà
„ gli Historici moderni, che trascurando la pura verità, contenute
„ nelle Chroniche antiche, hanno dato ad intendere, à posteri, tuto
„ quello, che gli è parso à proposito, per stabilire la loro libertà.
„ Ne minor profette sarà, che Vostra Excellenza potrà trarne dà
„ Libri vivi che s'harà cavato da Volumi morti, vuoglio dire, che
„ l'informatione à bocca di persone prattiche solite à frequentar la
„ casa nostra &c. &c. Sed, quid pluribus verbis opus est? mentis
acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. *Maneat itaque, si vis, subscriptio Conjectur.* JUDICENT *ergo*, qui *posthæc scripturi erunt.*
In *Memoriis Regiminis Reginæ Mariæ Medicéæ* RICHELIO tributis, (pag.380.)
num Conjectur. erraverint, Versio Emphemerid. Eruditor. Gallic.
Latina Nizfihiana, quæ nunc deficit, docebit. *Ministeria Cardinal.* (pag.381.)
Richelii & Mazarini & ipsæ Conjectur. nemini tribuunt; & si SIL-
LONIUS efformator non est, decepit facilem fidem informator.
Sed nimium detinui te amicissime Damon! habesne, quod noviter
moneas? Ita: & quounquam modo circa OPTATUM GALLUM
exerrando errasti; Ut fere homines mi Damon, *Pyt.* & per incu-
„ riam: Vide eadem verba apud Grot. *Epist. 1353.* ibi: *Vidi Librum*
„ *illum nuper à Parlamento damnatum nunc & Episcopali notatum*
„ *Censura, qui Nomen præfert* Optati Galli. *accusatur ibi Cardinalis*
„ velut *Schisma moliens contra Sedem Romanam, cujus ipse Caput sit*
„ *futurus sub Patriarchæ Titulò, &c. &c.* Et in *Epist. 1354. prope fin.*
„ *Falsi* Optati *Liber, qui Censura Episcoporum inustus est, Cardinalem*
„ *traducit, ut per Patriarchatum Galliæ viam struentem Schismati, ejus*
„ *rei argumenta quæ adfert, legi enim, sunt oppido futilia &c.* Et
nunc, cur non agnoscerent Conjectur. post edita duo Volumina *de*
Liber-

Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ Petri PUTEANI demum Epistolam Pareneticam ad omnes Episcopos Regni Gallici sub Nomine *Optati* GALLI, ut molimini Patriarchatus sese maturè opponerent: postea exagitatam esse illam suspicionem cum ab *Isaacio Haberto*, Theologo Parisiensi, ac postea Episcopo Vabrensi Opusculo quodam, tum à *Petro de Marca* Libris de Concordia Sacerdotii & Imperii, compositis. Auct. Tractat. *de Libertat. Eccles. Gallic. sub M.*.. *S.* Leodii Anno 1689. editus, *lib. 8. cap. 4. §. 1.* Spondan. *Annal. Eccles. ad Annum 1640. num. 3.* Quiesce autem paulum, investigabimus Authorem in Libello adversus *Sacripantem*, nisi fors adversabitur & negotior - - - Ecce venit & interpellat ORESTES, Amicorum juxta te, mi *Damon*, meorum maximus; & tu fide *Orestes* percensete, si placet, *Conjecturas*; addite, detrahite, expungite, ut pro honestate Literarum erit, me jam avolat extorris Patria Civis subsidium postulans & amicitiam: *Orest.* Implebo Provinciam; sed ea lege, ne quid ad *Sectionem Primam*, de Authoribus Biblicis Veteris Fœderis & Novi Testamenti dicere adigar; neque *ad Secundam*; neque *ad Tertiam*; nam hanc Bellarminus, Baronius, Gerhardus, & Guiliel. Cave centumque alii expendunt: *priores* ita cribravit in Critica sua Veteris & Novi Testamenti RICHARDUS SIMON, ut *Hobbesius* & *Spinosa* inter modestos fermè haberi possint; *Cave, latet anguis in herba.* Sed id tamen adverto, Authorem *in* SYMBOLO ATHANASII (*cap. 77.*) suppositionis arguendo se timidiorem fortè, quam decuisset, egisse: Nam cum sex sint ejus Editiones, *Gilberdi Genebrardi*, *Nicolai Bryling*, *Philippi Labbei*, & *Gabrielis Cossartii* 40. vicibus varians, *Ecclesiæ Constantinopolitanæ*, *Editoris Operum Tom. 2. Athanasii*, *Labbei iterum*, ex Usserio &c. quis crederet has dissidiosas inter se formulas, tot insignibus mutationibus graves, unius esse ATHANASII; certè à Latinis sunt interpolatæ, quod & in Symbolum Nicænum eos ausos esse dicunt; præsertim cum usque ad Seculum XIV. nemo contra Græcos *Symbolum Athanasianum*, pro Processione Spiritus Sanct. à Filio, contra Græcos produxerit, uti est apud Eustratium Johannitidem Zialocoskium, Ruthenum, *in brevi delineatione Ecclesiæ Orientalis Græcæ*, à Wolffgango Gundlingio edita; & in Actis Eruditor. Lipsf. *Anno 1682. Mens. Januar.* relata. Ergo *ad Sectionem Quartam*:

Dam.

Dam. De BARCLAJI fato mirabili juxta ad tetrico quæ memorant Conjectur. putasne ita se omnino habere, mi *Orestes?* *Orest.* Vidi apud Joh. Imperial. *in Mus. Histor.* hæc verba: BARCLAJUS *ab-* (*pag.* 85. & 86.)
„ *reptus fastu (quasi non solum hujus ævi Parentes Eloquentiæ, sed*
„ *Veterum Scripta ipsiusque Petronii Satyricon superasset:) adversus*
„ *Sectarios inve ndi munus suscepit, sed hausta è Cardinalis Bellar-*
„ *mini Scriptis Doctrina, vix ipse Theologicis Rudimentis imbutus, effu-*
„ *dit oleum & operam, pariter fraudatus honoris meliorisque status ac-*
„ *cessione, humanæ jam cedens iniquitati, ad viridarii cujusdam sui*
„ *culturam animum appulit, ubi transsumptis undique floribus pretio-*
„ *sioribus, jucundissimo aspectu temporis tædium fallere nitebatur: in-*
„ *genio fucis aulicis urbanisque dissimulationibus æque apto: hinc Ro-*
„ *mani Proceres hac ejus indolis imbibitæ opinione, graviter usque adeo*
„ *sensere de ipso, ut Catholicam Fidem haud ex animo, verum dissimu-*
„ *lanter profiteri suspicarentur: illius nempe Sectatorem Hæresis,* cujus institutum est Religioni se locorum prout occasio ac res propria tulerit, devovere, *hæc Imperialis:* nec Conjectur. aberrasse patescit. *Dam.* Sed eandem famam & acerbius impegerunt SCIOPPIO quæ indigestius concoctu, cum jam in Exemplum apud Baronettum Blount. *pag.* 693. transiverint: *Orest.* Transeant, modo vera sint! unicuique rependit famam posteritas; nam & ipse ibid. *famosus turbo & publica tempestas Pacis; monstrum ex omni spurcitiarum & scelerum colluvie concretum; & Vir desultoriæ levitatis* appellatur; non de vulgo Viris: Quid tandem nobis rei cum illo Critico, & maledicente Grammatico? Id autem mihi dicas, num quid in Laudibus CASSANDRI culpandum? nec ne? *Dam.* Dixerunt nuper, id vituperandum, quod Virum *modestissima honestate* habuerit. *Orest.* Quid? Eugene omnis qui de *Concordia Ecclesiæ* instituitur sermo dicteriis, calumniis & execrationibus transigendus? itane excidio sui & Christianismi decoris prostitutione se gentibus exponendum? hoc ne ex Republ. humani generis est? nequaquam. En locum Grotianum: *Epist.* 1520. &c. ad *Consultationem* CASSANDRI, quam scripsit *Vir optimus ac doctissimus, & ob id Calvini odio dignissimus, rogatu duorum Imperatorum.* *Dam.* Hic ne locus integer est. *Orest.* Non: sequuntur alia: Videris puto Librum editum in Anglia, deinde Genevæ, IRENÆI (*pag.* 94.) (*pag.* 106.)

Bbb bbb b PHILA-

PHILADELPHI *Nomine, de motibus obortis in Anglia. Is liber* Dn. Archi-Episcopi, *quem Deus in hac cruce soletur, jugulum aperte petit; sunt autem ejus Scriptores* MOLINÆUS *Pater & Filius: nam hic Historias Anglicanas intexuit:* RENATUS VARDERUS, *cui dedicatus est Liber, est* ANDREAS RIVETUS. *vide, quam hoc sit* ὑβριῶδες. *Dam.* Tu mihi plura reddis, quam desideraveram: Sed silebimus de CONCORDIA ECCLESIÆ, ne cum Sebastian. Castalione in vicem acquirendi victus lignatum ire cogamur. Grot. *Epist. 11.* cætera sunt magni animi apud dict. Blount. *pag. 512.* *Orest.* Et inepti apud Joh. Franc. Hack. *in Reg. Via omn. in Relig. diff. ad verit. manud. pag. 205.* qui eum ab Augustan. Confess. ad Catholicos secessionem fecisse refert: Virum, si quis unquam, κατολικότατον: & idem machinatum *Melchior. Goldastum*, Virum Protestantibus acerrime addictum refert: sed id pluribus ibidem malè obtigit. *Dam.* Pergamus! de *Jacobo Pacidio* (pag. 117.) sive *Jacobo* GOTHOFREDO veitas nunc invictè detecta; sed, si libet, vide præstantissimam Dissertationem Cæsaris Baronii *tom. 3. Annal. Eccles. ad Annum 312. num. 94. usque 101. pag. Edit. Ant. 94. 95. 96. & pass.* *Orest.* Nimis prolixa est, nec ad mensuram tempo- (pag. 120.) ris, ille autem Baronius suscitat memoriam *Actorum* PILATI, quorum mentio in Conjectur. putasne ea ita in pessimo censu habenda, quo habenda censuit & persuasit *Geyerus*; aliter certe Baronius *tom. 1. Annal.* *Dam.* Imò non, *Amice*, ecce Librum ad eluendam *Jacturam Temporis* inter Deckherrianos, *tom. 1. ad Annum Christi 22. 23. num. 3. pag. 86.* Ubi sub Consulatu quarto Tiberii Imperat. consignata esse falsa illa adversus Redemptorem nostrum, conficta à Maximino Imperat. & aliis, falsitatis certa ratione ab Eusebio accusata ea, scribit: etiam præpostera Chronologiæ & imposturæ rea convincens &c. Postea *ad Annum Christi 34. num. 225. pag. 216.* ex Eusebio fermè eadem Conjectur. verba ab ipsis bona fide ignorantibus usurpata recensentur. Id verò cum Baronio moneo; non tantum *Pilati Literis* ad Tiberium scriptis Christi gesta Romæ innotuisse, sed etiam ex Publicis Monumentis, quæ à Notario exceptore in Publicis Tabulis ex more descripta erant, Romam missis, quæ aliquamdiu inter publica gesta sunt asservata, eaque à Justino Philosopho Christiano *in Apologia ad Antonium Pium* in subsidium citari, eaque vera certaque esse *Acta*

Pilati

Pilati de Christo: à quibus longè diversissima sunt *fictitia duo* alterius generis falsissima; *altera*, quibus utebantur Quarto Decimani Hæretici; Epiphan. *in Panar. Hæres. 50. altera*, excogitata à Maximino Tyranno Christianis infensissimo, apud Euseb. *lib. 9. Histor. cap. 4. &c.* quomodo autem novæ illæ calumniæ accesserint ex ingluvie recentissimi temporis ipsum Auctorem consule; mihi instar omnium Baronius, eamus ad Libellos de Statu Publico: Quid tibi de *Joh.* STELLA, *Bipontino* videtur & Authore *Justi* ASTERII *Deplorationis Pacis Germanicæ Pragensis & Examinis Comitiorum Ratisbonensium? Orest.* GROTIUM jam suo tempore, neque Hornii sola ætate, valde suspectum fuisse, nec ipse diffitetur, addito insuper: *Scriptum de Pace Pragensi meum non esse facile vos, quibus nasus est, judicabitis*, in Epist. *ad Fratr. 388. pag. 865.* STELLAM verò *illam* ERRATICAM *verè appellatum* probat in ipso *Opere Epistol. Num. 644. pag. 262.* ibi: *Edidit Bipontinus quidam* STELLA *nomine è Protestante factus Pontificius Dissertationem de Pace Pragensi, in qua Saxonem non figuratè sed simpliciter satis perfidum vocat, multisque criminibus & ipsum & ejus exemplum secutos onerat; lectus est Liber antequam prodiret* à Medico Cardinalis, *quo is Latinorum Librorum Censore maximè utitur.* & *in Epist. 714. Pater* JOSEPHUS *homo inquies* Stellæ Bipontino, *qui contra Pacem Pragensem latine scripsit, mandata dedit edendi scribendique causas, ob quas illegitima censeri debet quæ facta est nuper Regis Romani Electio &c. sed illi edictum est, ut ipse mihi narravit, si edere Librum vellet, ne aut suum ipse Nomen aut ullam Gallicam Urbem adscriberet; in Epist. 758. Cardinalis non malus ingeniorum Judex Opera ejus ut vides uti pergit, Liber ejus publicè hic non prostat & audio esse, quos pœniteat permissam in eo Libro defendi tam apertè Causam Palatini, in Epist. 788. Sed uterque Liber eo scriptus est aceto, ut non tuto eum si noscatur, versaturum in Germania putem, in Epist. 806. & plories. Dam.* Et quæ sibi spectra finxisset STELLA, si verum est, in eodem scribendi genere præivisse aut accessisse Forstnerum? *Orest.* Nulla mehercle truciora, quam ipsa Bella Civilia trucia fuerunt conspecta; merita tamen est illa Epistola Forstneriana, ut Grotio digna videretur, *quæ inter prudentissima Seculi Opera* à se ponatur, idque nosse, qui de Studiis cum ipso colloquuntur, *in Epist. 820.* Sic scilicet

(*pag. 140.*)

(*pag. 138. & 139.*)

ipso cruore nostro vulneribusque lætamur! Quid autem quisve induxit Auctor Conjectur. ut à Pranséo Libelli de *Rat. Stat. Imper. German.* sub HIPPOLYTO à LAPIDE, evulgati nuper in Notis ad Uffenbach. *de Judic. Aul. Cæsar.* abiret, & *Axelium* OXENSTIRNIUM trepidè & mox inter Argumenta manifestè eligeret? *Dam.* Factum id ad explorandos aliorum sensus puto; nec temerè nec timide: Auctor Conjecturæ ipsi æstimatissimus ex Universitate Palatina Professor & Consiliar. Elector. qui ultra celebratiss. in Noricis Profess. laudaverat; videbimus ergo, quid Eruditi ad illum modum resecandum conferre velint vel recusent: Isdem etiam illi JurisConsultum *de* MONTESPERATO, *Benedictum* CARPZOVIUM nominavit, & in *Tract. de Octoviratu cap. 29. pag. 557.* laudavit. *Cæsarinus* FüRSTENERIUS autem quis est? *Orest.* Quam certissime *Dn.* LEIBNIZIUS; sed quis mihi reddet Prænomen? an Gottfridi? an Georgii Wilhelmi? quicquid verò sermocinentur, judicium non conjecturale est, sed verum & magnificum: ó quot Scriptis Adespotis, quot ex professo editis lacessitus? illos oblivione Nominis obruemus: manebit ipsum ex decora & polita Politica scriptione Nomen non inglorium, neque illi Libro infra servos ingenium, nedum infra Magistros Philosophiæ, qui illis Tractationibus Vitæque Aulicæ intonant, nec intelligunt. *Dam.* Secedamus ad Argumenta Thori Augustalis, ubi *Authorem XIV. Tabul. Genealog.* malè fecerunt Conjectur. vel *Rauscherum* vel *Molitorem*, edidit enim *Detler Marcus* FRIESE, *Comes Palatin. Cæsar. & Consiliarius Ranzovicus*, testimonio Celeberr. Dn. Thulemarii: quibus & æqualibus domum ire jussit, si vita, ut apprecantur omnes boni, à Deo ipsi dabitur in generosa Stemmatum Notitia Illustrissimus *Dn. Jacobus Wilhelmus Im*-HOFF, *Patritius Noricus &c. &c.* cujus Opera Actis Eruditorum inserta, & coram videmus. *Orest.* Sed heus quid tibi cum Thoris Augustalibus, *memoresque domi cantaveris ignes*, abstine! & si generosa cohors te in Libro, qui præsens est, DAPHNÆI ARCUARII Betrachtung des Heil. Ehestands / vom Ehebruch / Ehescheidung / und vielem Weibernehmen / Anno 1679. edito deprehenderet, uti est in rivales sæva, discerperet te & deglutiret; *Dam.* Bona verba! nec laudo Librum nec vitupero, nec sperno, nec apprehendo, ut mihi in indifferentibus nec mei fori mos est: Sed puta-

(pag. 139.) (pag. 148.) (pag. 181.)

putaveris ne *Laurentium* BÖGERUM, *Sereniss. quondam Elector. Palatini Archivarium & Antiquarium ex Thesauro Palatino* potentis famæ Virum Opusculum scripsisse? *Orest.* Sic vulgatur in Actis Lipsiensibus: nec dabit *scandalum*, quod sciam. *Dam.* Quid? *non scandalum: Orest.* Imo non; Libellus enim ita delicati, subtilis, formosique Sermonis & Sensus Stylique est, ut non credam privatos ultra Horizontem vel sapere velle vel posse: Principes rei securi sunt, & vide, cum aliquando vacaverit vetus otium, locum facetum Taciti *lib. 13. Annal. cap. 12. vers. 2. Dam.* Redeunt post paulò Conjectur. ad miraculosum PAULI SARPII animum deprecor, ne turbes Auth. de (*pag.* 185.) illo præclaras æstimationes, crede mihi auferres catulum leoni. *Orest.* Profectò non, sed juvabo: En Grotium *in Epist. ad Fratr.*
„ *339. Tenta Blavium etiam an edere velit* ἀνέκδοτον *Fratris* Pauli de
„ Inquisitione: *possent adjungi edita ejusdem, sed non omnibus nota*
„ *satis Opuscula*, de Asylis, Historia Controversiæ Venetæ cum Ponti-
„ fice, Considerationes ad eandem Controversiam pertinentes, *qui-*
„ *bus addi posset nondum Vulgata* P. Fulgentii illarum Consideratio-
„ num contra Oppugnatores Defensio. *Habeo & ejusdem* Fulgentii,
„ *quo nemo fuit* P. Paulo *conjunctior*, Vitam P. Pauli: *Sed dubitant*
„ *Amici, an sine periculo* Fulgentii, *qui nunc etiam vivit edi possit.*
„ Erraveruntne ergo Conjectur.? non: dabo locum alterum *ex Epist.*
„ *ad Fratr. 388. Est Liber Anglicè pridem editus* Equitis Edwini San-
„ dis, *versus in Italicum cum* Additamentis à Fr. Paulo, *non addito*
„ *Nomine: inde translatus Gallicè ab* Adeodato *Genevæ, hoc Titulo:*
„ Relation de l'Etat de la Religion &c. *hunc ego Librum, quia ad pur-*
„ *gandos à pravis judiciis homines plurimum valet, velim verti &c.*
„ ego me non contineo, quominus castissime rideam, cum adversus
„ ineptum & malignum *Cardinalis Peronii* de *Paulo Sarpio* judicium
„ maximus Polyhistor *Morhoffius* eruditissima Satyra scriberet: *Ad-*
„ *versus Solem hoc loqui est. Qui norunt, quantas qualesque res ges-*
„ *serit* Sarpius? *quibus ille Doctrinis excelluerit, illi non supra* Mona-
„ chum, *sed & supra* Cardinalem, *ac ipsum hunc* Peronium *sapuisse*
„ *largientur*, cætera Elogia ad Baronett. Blount. *pag. 608. & 609.* remitto: & multo clariora quædam in Act. Lips. *Anni 1686. pag. 243.* ad vitam Bedelli *Episcopi Kilmoriensis:* quæ quia in obtutu jacent,

quorsum describerentur. *Dam.* In materia Status dixerant Conjectur. de *Authore* der Grundfeste des Heil. Röm. Reichs; multa, sed minus solida: nonne verum est, Authorem esse RUDOLPHUM ab HEYDEN, *Consiliarium Aulicum Saxo-Vinariensem*; juxta Authorem des Bedenckens über die Grundfeste. *Orest.* Quis negaverit? sed quis Author des Bedenckens? *Dam.* Est *D. Nicolaus Christophorus* LYNCKER, *JCtus & Antecessor Jenensis*; uti ad Pythiam scripserat jam pridem Dn. Thulemarius. *Orest.* Numnam autem nihil prorsus de *Galliotti Galliacei* KARELSBERGICI, *Teutoburgensis*, judiciis haberi poterit per nostrum Amicissimum? *Dam.* Metuit procellas, priorum non immemor tempestatum. *Orest.* Interseruit Author Conjectur. non illaudabile *Carmen ad cunas Regii Principis*: Numnamne Pythias illius florentissimi KECKII, Amicus? num Panegyricorum Carminumque Veteribus profectò æquandorum custos aut hæres! *Dam.* Neuter: Sed recuperatis Bibliothecæ suæ trientibus ad stuporem eruditi Seculi redditurus erit ea quæ eminentissima sunt: si modo & hi flammam effugient! Scripsit & ipse Pythias *ad cunas illius Principis*, aut scripturus erat, cum incidisset in Versum

> Hostes prostravit PRINCEPS *seu Numina ritu*
> *Armavere* DEUM; *seu, quod reor, omne Tonantis*
> *Obsequium* PUERI *mores potuere mereri.*

Projecit vegetam & prægnantem Carmine pennam, *Claudiano occupati Sancti Ministerii* subiratus: Et Nemetibus suis feralem prædixit cladem, eheu ignivomè secutam: sed abstrahamus tempora nostra „ ab illis ignibus: Quid tibi *de* BEROSO videtur? *Orest.* Sane recte „ judicant Conjectur. & vidi eadem apud Voss. *de Histor. Græc.* qui „ ita: *Sed* Annii Berosus *ejusdem est farinæ, ac sunt ejus* Megasthe„ nes & Archilochus; *ut insanum sit, velle ex quisquiliis istis, ac nugis* „ *mendacibus metiri magnum illum* Berosum, *cui ob divinas prædi-* „ *ctiones Athenienses publicè in Gymnasio statuam inaurata lingua po-* „ *suere, ut Auctor est Plinius.* Annianus *ille* Berosus *multos commi-* „ *niscitur Reges, qui nusquam extant, quod docti Viri satis ostenderunt* „ &c. & Justinus Martyr affirmat, BEROSUM, fuisse *Patrem Sibyllæ* „ *Cumææ*; ut Blount. adnotavit. *Dam.* Fabellæ jam pridem fluxæ: sed mentio interserta HERMETIS sive MERCURII TRISMEGISTI,

(pag. 227.) (pag. 259.) (pag. 275.) (pag. 299.) (pag. 314. & 315.)

Moysis,

Moysis, ni fallor, coæqualis; Osiridis Consiliarii intimi & sacri Scribæ: de citato *loco Casauboni* non ambigo; redde, si audes, integrum, ut præclarior & insignitior lux rei affulgeat! *Orest.* En illum: *Librum integrum, qui sub Nomine* Trismegisti *circumferri ab aliquot Seculis cœpit, non veremur pronunciare, & omni asseveratione confirmare esse* ψευδεπίγραφον, *utpote, qui sit Christiani alicujus, vel, ut dicam melius,* Semi-Christiani *merum figmentum &c. &c. Porrò, quis fuerit hic* Mercurius, *aut quando vixerit, omitto quærere. Constat, Literarum & omnium Scientiarum inventionem ad istum referri solitam.* Hæc, si vis, integra sunt. *Dam.* Gratias ago mi Orestes, & in mentione VESALII in compensationem dabo locum elegantissimum ex Huberto Langueto, nec mihi unquam, nisi apud Illustr. Blountum obvium: *Fama est*, VESALIUM *esse mortuum. Audivisti procul dubio,* (pag. 319.)
„ *eum profectum esse* Hierosolymam. Causa ejus peregrinationis est
„ mirabilis, *ut ad nos ex Hispania perscriptum est:* Commissus fuit curæ
„ ejus quidam Vir Nobilis in Hispania, quem cum obiisse existima-
„ ret, nec satis percepisse causam morbi sibi videretur, petiit à pro-
„ pinquis defuncti, ut sibi liceret cadaver dissecare. Concessum est
„ ei, quod petebat: cumque pectus aperuisset, *reperit cor adhuc*
„ *palpitans.* Cognati mortui non contenti eum accusare *factæ cædis,*
„ accusant etiam *Impietatis apud Inquisitionem;* existimantes, se ibi
„ severiorem ultionem consecuturos. Cum constaret de cæde, nec
„ facile excusaretur *error tam periti Medici*, voluit omnino *Inquisitio*
„ de eo sumere *supplicium*, vixque potuit Rex sua authoritate vel po-
„ tius suis precibus eum periculo tanto eripere: tandem concessum
„ est Regi & toti Aulæ pro eo deprecanti, ea conditione, *ut ad ex-*
„ *piandum illud scelus proficisceretur Hierosolymam & ad Montem*
„ *Sinai:*

VESALII *cineres venerandaque gentibus ossa,*
Quisquis remota contueris insula,
Quâ jacet incultis nemorosa Zacynthos *arenis,*
Gradum, Viator, & laborem sistito:
Naturæ hic genium, finemque, extremaque rerum
Vidisse credens; cætera insanus labor.

Sed

Sed en reducem *Pythiam nostrum* turbato vultu, quali non exierat, ut fermè ad subitos casus. Quid rerum communis Amice? *Pyt.*

Ah mihi post tenue hoc vitæ fataliter actum
dent tandem ad superos fata venire meos!

Rapina rerum omnium est, (miseri, nescitis?) & fuga vivere ludicram sed elegantem causam acturi erimus *mori*, & post mortem imperitare malis; nunc tristem & insipidam, *vivere:* nunciat qui à Ministeriis est, jam nunc obiisse, qui NANI *Historiæ Venetæ* in Latinum Sermonem vertendæ mecum incubiturus erat; ergo & hæc *Jactura Hominis & Temporis* est. *Dam.* Inter perituros & peritura vivimus; non ita pridem *à Gallis capti*, ut habet ominosus Propheta Tacitus *lib. 2. Annal. cap. 24. vers. 8.* nunc *morti* cedimus. *Orest.* Quid mihi cum veteratoria morte, non desino jocari, ego non moriar! *Dam.* En, risum teneto Pythias, immortalem nostrum Orestem! *Orest.* Profecto immortalem; circumfusa hæc gravis & lacertosa moles in antiqua elementa vertetur, ego in Deum, in cœlum, in æternitates, & tu Pythias, & tu Damon, & pars optima nostri mens, per misericordiam æterni illius & ineffabilis Dei infelicissimas aliquando vitas, in æternitates, in gloriam sine invidia transituri erimus, quæ vos & me angit & torquet hostis immanis, mors, morietur. *Pyt.* Euge ita sit! ita sit! *Orest. Convertatur & noster Alexander, qui à pueritia sævus, gentiumque vastator, tam hostium pernicies quam amicorum, qui summum bonum ducit, terrori esse cunctis mortalibus; oblitus non ferocissima tantum, sed ignavissima, quoque animalia timeri ob virus malum.* O beatum & satis illi Advocato partium cui in partem cedit Deus, in reditum æternitas. Valete & plaudite: cum Deus volet iterum conferemus! *Dam.* Nondum omnino! *Pythias*, dic mihi prius, nam tunicam teneo, unde ille Liber recentissimus, tam elegans, tam jucundus, tam eruditis CENSURA CELEBRIORUM AUTHORUM, quem toties nominasti honorificentius *Baronetti* BLOUNT? *Pyt.* Unde putatis Amici? Exinde, unde omnis apud nos insignitior Literaria Res, Antiquitatum reviviscentia, præsentis Seculi flores & majestas sequuturoque ævo memoria resurrexit & resurget, *ex Bibliotheca Illustris Summi Judicii Cameralis Assessoris Eminentissimi* ERICI MAURITII; id tibi Nomen satis grande in reminiscen-

Senec. 1. de Benef. 13.